morte eterna ſm regulas quas dat ezechiel. xviij. c. In punitione autem temporali non est necesse q̄ deus semper conuertatur: quia moyses orauit sibi dimittere penam de morendo ante iordanem: sed non obtinuit. stat enim corporalis ⁊ temporalis punitio cum magno amore dei ad creaturam: quia filij quos deus non castigat adulterini sūt: vt patet ad hebreos. c. Et sic deus puniebat paulum quem valde diligebat dans ei stimulum carnis sue: vt habetur. ij. corinthi. xi. c. Et cuilibet istarum gentium vnum peccatum ponitur quod ceteris grauius erat ⁊ propter quod magis a deo puniebatur. ⌊ Damasci ⌋. tria ⁊ quattuor scelera damasci dicūtur multa peccata: que non ponuntur sub certo numero propter que deus flagellat damascum. ¶ Et ponitur ei vnum. scilicet quia triturauerunt in plaustris ferreis galaad: ideſt rex syrie azael de quo fit mentio in littera amos pugnauit contra israel ⁊ deuicto acab: regionem galaad valde destruxit. q. triturans in trituris ferreis: vt patet. iij. reg. c. xij. ⌊ gaze ⌋. gaza metropolitana ciuitas est in terra philistinorum: vt patet primo reg. vj. c. peccatum horum fuit: quia conclauserunt captiuitatem perfectam in ydumeam: vt patet amos primo. c. ideſt q̄ quecunq; de iudeis capere poterant vendebant ydumeis. ⌊ tyri ⌋. tyrus ciuitas est phenicie in littore maris iuxta sydonez que coniungitur terre promissionis in angulo lateris occidentalis ⁊ septemtrionalis. ¶ Peccatum huius ciuitatis fuit. quia conclusit captiuitatez in ydumeam ⁊ non fuit recordata federis fratruz. Erant enim tyri negociatores: ⁊ si aliquid de iudeis capere poterant vendebant ydumeis. ⌊ ydumee ⌋ ydumea dicitur terra edon in littere meridiano terre promissionis siue esau. ⁊ vocatur mons seyr a nomine esau: quia esau tria nomina habuit: scilicet esau. edon. seyr. Peccatum autem ydumeorum fuit quia prosecutus fuit esau fratrem suum in gladio. scilicet Jacob ⁊ violauit misericordiam eius. i. non fuit misericors eius vt frater fratri misereri debebat. ⁊ tenuerunt vltra furorem suum ⁊ indignationem suam seruauerit vsq; in finem. Refertur ad filios esau; qui non perdiderunt odium fraternum quod pater habebat ad Jacob hoc ipsi habuerūt ad filios eius: quia noluerunt a principio concedere transitum per terram suā: sed cōminati sunt eis si intrare vellent: vt patet numeri. xx. c. ⌊ filiorum amon ⌋. amon ⁊ moab sunt filij loth de duabus filiabus suis: vt patet gen. xix. c. hij habitant in arabia ⁊ valde persequnti sunt filios israel: tempore iudicum. ⁊ tempore saulis: quia venerunt in iabes galaad volentes eruere oculos dextros omnibus viris: vt patet primo reg. xj. c. Et quadam alia vice: dum pugnarent contra iabes galaad vt acciperent illam regionez pro terra sua diſecuerunt pregnātes galaad. ideſt illius terre totius: vt non multiplicarentur bellatores ex partu pregnantium: vt patet amos primo. c. ⌊ ⁊ moab ⌋ moab filius ex maiori filia loth: vt patet gen. xix. c. Peccatum moabitarum fuit q̄ incenderūt ossa regis ydumee: vt patet amos. ij. c. ¶ Et dicit Hieronymus sup amos q̄ tradunt hebrei ydumeos fuisse subiectos iosaphat regi iuda: Et moabitis ioram regi israel. Sed post modicum cuz receſſisset rex moabitarum ioram petunt ille auxiliuz a iosaphat rege iuda q̄ veniens. duxit secum regem ydumeorum ad oppugnandam ciuitatem in qua rex moab erat conclusus. Et cum rex moab vellet fugere per eam partem ciuitatis quaz rex ydumee obsidebat non est permissus ab eo: tūc ascendens murum inuiolauit videntibus hostibus filium suum deo suo: ⁊ propter immanitatem huius facti receſſerunt filij israel a ciuitate. postea mortuo rege ydumeorum ⁊ sepulto recordati moabite quid egisset cōtra eos in obsidione extractum de sepulcro cōbusserunt igni ⁊ in cinerem redigerunt vt quod non potuerunt in viuo vlciscerentur in mortuo. ⌊ Jn septimo ⁊ octauo gradu iuda ⁊ israel ⌋. ideſt peccata ⁊ prenunciationes penarum contra iudam ponuntur septimo loco punitiones contra israel: ponuntur quarto loco incipiendo a damasco ⁊ gaza. ¶ Peccata iuda erāt multa: scilicet quia legem dei non custodiebant ⁊ volebant agere que deus mandabat: sed declinabant ad idola: vt patet amos. ij. c. ⌊ Et israel octauo loco ponitur israel cuius peccatum. q; vendidit argento iustum ⁊ pauperem pro calciamentis: ⁊ q; conterebant super puluerem capita pauperum ⁊ viam humiliuz declinabant vt p3 amos. ij. c. ¶ Alig. n. dicūt q̄ ō fuit pctm̄ vēditiōis xp̄i. q. p. xxx. argēteis vēditus ē

Pctm̄ damasci

Pctm̄ gaze.

Pctm̄ ydumeorum.

Pctm̄ iuda

Sed nullo

Se ꝺ nullo modo conuenit: quia ista punitio que hic prenũciatur infligenda paulo post inflicta est. Sed Christi venditio multo post tempore fuit. ¶ Item quia ista priuatio refertur ad peccata preterita. venditio autem xpi non erat preterita. nec valet si dicas ꝙ loquitur de futuro tanquã de preterito propter certitudinẽ prophetie. qz licet aliquãdo ponatur preteritum perfectũ pro futuro nunq̃z vel raro ponitur ꝑ teritum imperfectũ ꝓ futuro quia semper refertur ad rez gestaz. totus autẽ contextus littere ad preteritũ dirigit. ¶ Itẽ quia nõ vẽdiderunt iudei Christũ sed iudas discipulus suꝰ. peccatum venditionis nullo mõ imputabile est iudeis. Itez dato ꝙ imputaretur iudeis qui ipm emerunt quia sanguinẽ innocentem emerunt tñ israelitis nõ põt imputari. quia sola tribus iude que mansit. Christum persecuta est z crucifixit. tribus autẽ que vocantur israel per multuz tempus antedu cte fuerant in terram iudeoz ad quas de scelere facto cõtra Christũ vel attinebat ridiculuz ergo est talia dicere. ¶ Sed intelligitur ꝙ principes z viri potẽtes in israel vendebant iustum pro argento. i. damnes contra iustũ sententiã iniquaz
ꝯ propter munera. ⌊ z pauperem ꝓ calciamentis ⌋. i. qz pauperes nil dare poterant pro modico vẽdebant iusticiam eoz z humiliabant pauperes vsq̃z ad terrã flagelantes eos z pcu
ꝯ cientes capita eoz super p'uerem: qz vitulos nolebant adorare z aliquos occidebant. ⌊ hic loquit ad vacas pingues ⌋ Hoc habet amos. c. iiij. ꝑ. dicit ibi captiuitatez assyrioz istis
Uxores sacerdotũ i terra samarie vacepigues sunt appellate. vacis pinguibus. z dicunt vacce pingues vxores sacerdotuz z iudicũ in terra samarie: qz ventri z gule seruiebant lautissime. Aliqui volunt ꝙ dicat pro ipsis viris z vocentur vacce irrisorie. Sed nõ est qz in littera amos subiungit. ⌊ qui dicitis dñis vestris afferte z bibxus ⌋. dñi autez sunt mariti earꝫ Item quia post subditur z ꝑ aperturas exibitis altera cõtra alteram: z proiciemini in armon. nõ potest autem hoc de viris intelligi. ⌊ in mõte samarie. i. in bethel vbi erat vnus vitulus quẽ fecerat Jeroboaz vt patet. iij. reg. xij. c. z sacerdotes multi z iudices vel dicitur mons samarie altitudo potestatis sacerdotalis: vel iudicatiue in samaria. ⌊ z ruituram domũ maiorẽ minorẽq̃z testatur ⌋. i. predicit ꝙ domus israel q̃ est maior domus habens decẽ tribus: z domus minor. i. domus regni iuda que parua erat ruent tradite in manus hostiles de hoc amos. c. vj. qz ecce dominus mandabit z percutiet domum maiorez ruinis z domum minorem scissionibus ⌊ ipse cernit factorẽ locuste ⌋. i. amos vidit imaginaria visione. dñi fingentem. i. facientẽ locustas z mitentem eas in terram vt cooperirent z vastarent oia virentia in principio ger
ꝯ minantiũ ⌊ serotini imbris ⌋. i. in primo vere cunctis incipiẽtibus germinare vt patet amos. vij. c. ¶ Aliqui tñ intelligũt hoc de assyrijs ascendentibus multitudine magna z cooperientibus terram ꝓmissionis. Sed melior expositio est ꝑma: qz sic factũ est. s. ꝙ percuteret deus israelitas primo fame z alijs minoribus malis: vt corrigerentur. Deinde perseueran tibus ipsis induxit captiuitatẽ ꝑm ordinẽ punitionis qui po
ꝯ nitur deut. xxviij. c. z leui. xxvj. ⌊ stantem dominũ super murum litũ vel adamãtinũ ⌋. biblia nostra habet murum litũ. i. planatum. z dicitur a lino. is. litum. litu. i. superinducere calcem lapidibus vel lateribus ad fortiorem structuram z compagination em. Stabat autem deus super murum litum. i. bene leuigatum. vel adamantinuz ꝑm litteram. lxx. interpretum. z signatur soliditas murorum israel. Et dixit prophe amos quid tu vides amos? qui respondit trullam cementarij ego video: volebat enim deus signare deiectionẽ murorum israel in quibus confidebant. ideo subiunxit ecce ponam trullã in medio populi mei israel. non adijciaz vltra super inducere eum. z demolienꝫ excelsa: trulla enim est instrumentum edificatoz: z ferreus. ampluz z planum ad complanandum lu
ꝯ tum vel calcem z vocatur vulgariter paleta. ⌊ Et vncinum pomorum attrahentez supplicia peccatorum ⌋. De hoc amos viij. c. iste vncinus significat captiuitatem imminentem eis futuram per assyrios. z sicut poma violenter inclinantur vncino. i. illo instrumento curuo ad capiendum. ita ipsi portare debebant in vinculis z laqueis inuicti in captiuitatẽ ad terram medorum. vel sicut vncinus accelerare facit ramuz ad decerpentem fructus ita signabatur instare de propinquo captiuitatis israel. z hoc vult. c. viij. amos dicens hec ostendit mihi dominus. z ecce vncinus pomorum z dixit quid tu vides amos. z dixit vncinum pomorum z dixit dominus ad me. venit finis super populum meum israel. ⌊ z famez in terra ⌋. Ista non fuit fames panis: sed audiendi verbum dei: vt patet amos. viij. c. Hoc fuit imminẽte captiuitate: inquirebãt responsum a prophetis: z circuibant querentes prophetas nec inueniebant eos timore z desiderio exardescentes.

¶ Abdias q interptat seruus dñi ptonat ꝯ edon z sanguineũ terrenũq̃z fratrẽ fratris quoq̃z iacob semp emulum basta percutit spiritali.

¶ Abdias qui interpretatur seruus domini ⌋. hic ponitur quartus de minoribus prophetis. ¶ Hebrei dicunt ꝙ iste est qui sub rege achab z impijssima iezabel pauit centum ꝓphetas in speluncis z specubus qui non curuauerunt genua sua ante baal. sepulcrum quoq̃z eius cum mausoleo helisei z Baptiste Joannis in sebaste ciuitate veneration i habetur: que olim samaria dicebatur vt ait Hieronymus in prologo super abdiam qui incipit Jacob patriarcha. interpretatur abdias seruus domini maximam quippe deo seruitutem exhibuit cum pauit centum prophetas vt non recederent a
ꝯ vero cultu dei ⌊ pertonat contra edon ⌋. i. contra filios esau qui sunt ydumei. tota enim prophetia abdie destructionem designat ydume. ⌊ sanguineum terrenumq̃z fratrem ⌋. dicit
ꝯ autem sanguineus. i. valde rubeus. z propter ruborem corporis edon dictus est: vt ait Hieronymus in prologo super abdiaz. vel vt habetur gen. xxv. c. vocatur rubeus siue edon quia desideranit] lenticulam ruffam. Uocatur autem esau a nomine proprio. Uocatur seyr a corporis dispositione quia hispidus erat vt pãnus vel pellis. vel potest dici sanguineus quia propter inuidiam sanguinez fratris sui Jacob effunde
ꝯ re conabatur. ⌊ fratris quoq̃z Jacob semper emulum ⌋. i. inuidentem. pro benedictione quã surripuerat. sed nec in hoc eum grauauerat: quia esau vendiderat ei primogenita. Si ergo possessionem rei sue que ab alio violenter detinebatur palam accipere non poterat licebat accipere quomodocũq̃z posset. ⌊ basta percutit spiritali ⌋. s. prophetando contra eus desolationem: prophetia enim que contra aliquod dirigitur non nocet corporaliter quia verbum est. sed certissimuz malum prenunciat futuꝫ ideo basta spiritualis vocatur.

Abdias

Prophia dñi basta spiritualis.

¶ Jonas pulcherrima colũba naufragio suo passionẽ dñi ꝑfigurans: modũ ad pniaz reuocat: z sub noie niniue gentibus salutem nunciat.

¶ Jonas columba ⌋ iste est quintus propheta de minoribus iste ionas z abdias: quia in principio sui temporum annotationes nõ habent. intelliguntur prophetasse eisdem tẽporibus quibus prophete qui prepositi sunt. ¶ Fuit iste Jonas de geth que est in ophir vt ait Hieronymus. Dicunt iudei ꝙ iste fuit filius mulieris sareptane quã helias propheta postea mortuum suscitauit vt ait Hieronymus in prologo super ionam qui incipit sanctum ionã. Sepulcrum eius demonstratur in vna vrbium geth in vico quodam qui est secundo miliario a sephorin itinere quo pergitur tiberiadem: vt ait Hieronymus in prologo qui incipit Jonas columba. z vocatur ionas columba: quia sic est eius interpretatio in hebreo. vel interpretatur dolens vt ait Jsidorus. vij. ethimo. quia doluit de salute niniuitarum. vel quia in ventre ceti tribus diebus doluit. ⌊ naufragio suo passionem domini prefigurans ⌋. quia sicut ionas fuit tribus diebus in ventre ceti. Sic filius hominis fuit tribus diebus in corde terre. Ideo phariseis petentibus signũ Christus respondit dicens matthe. xvj. c. generatio mala z adultera signum querit z signũ
ꝯ non dabitur ei. nisi signum Jone prophete. ⌊ Mundum ad penitentiam reuocat ⌋. quia vocando niniuitas ad penitentiam omnes homines vocare intelligebatur dans causam similem confidendi. ⌊ z sub nomine niniue salutem gentibus nunciat ⌋. nullus propheta legitur missus ad gentes nisi ionas. ideo per niniuem ad quam mittebantur cetere gentes ad pniam vocate intelliguntur.
ꝯ

¶ Micheas demorasthi coheres xpi vastationẽ ãnunciat filie latronis: z obsidionez ponit contra eã: qz maxillã percusserit iudicis israel.

⌊ Micheas demorasti ⌋. Iste est sextus ꝓpheta de minoribus. iste ꝓphetauit sub ioathan z achaz. z eze chia. vt patet michee. j. c. z ꝑcesserunt eũ alij prefati ꝓphete: qz tpe ozie inꝯ ceperũt. iste aũt tpe ioathan filij ozie. z loquit cõtra samariã

z hrlm.

ē ihrlm. ¶ Fuit micheas de morasty q est grandis vlculus q est iuxta eleutheopolim vrbem palestinoꝝ vt ait Hieronymus. ⁊ coheres xpi ⁊ aludit Hieronym. verbo qō hēc ad roma. viij. heredes dei coheredes aūt xpi. qz morasti sigt hebraice heredem. ⁊ vastationem annūciat filie latronis ⁊ vocat hierusalem filia latronis. i. filia diaboli q semper insidiat vt rapiat fructum bonoꝝ operū. De ista vastatione dicit michee. v. ⁊ Nunc vastaberis filia latronis: qz pcusserit maxillā iudicis isrl'. i. qz percussit xpm in maxilla. fuit. n. iniuria toti trinitati qñ facientib⁹ iudeis pcussit seruus pontificis, xpi maxillā: qui erat iudex isrl'. lra aūt in michea nō est sicut hic. Sz dicitur ⁊ obsidionem ponent super nos in virga percutient maxillam iudicis israel ⁊ quod valde conuenit captiuitati babilonice ideo dicitur. ⁊ Nunc vastaberis filia latronis ⁊. i. destrueris a caldeis. ⁊ Obsidionē ponēt sup nos ⁊ circūdando vos i ciuitate ierusalē añ babilonicā captiuitatē. ⁊ In virga percutiēt maxillā iudicis isrl' ⁊. i. in ista irruptiōe ciuitatis hostes nri ita crudeli' se hębunt q nō dabunt honorē senibus ⁊ viris nobilibus. Sz iudices ipsos q in toto pplo honoratissimi sūt pcutient virga in maxill' ⁊ capite ad magnū dedecus. ⁊ sic pnūciatū fuerat eis deut. xxviij. c. ducet sup te dns gentē cuius linguā intelligere nō possis gentē pacissimā q nō deferat seni nec misereat puulis. ¶ Et magis ꝓpe vr hoc debere intelligi de pena iudeoꝝ in obsidiōe qz de culpa: vt pz ex ptextu lre. s. q: dī nunc vastaberis: maxie q: si dicat q debet intelligi de pcussiōe xpi quo poterit stare: qz culpa sp pcedit penā: sz captiuitas babilonica de q ibi micheas ꝓphat fuit añ pcussionē xpi: qsi p qngentos annos. immo qsi p sexcētos. qō pz ꝓputādo. lxx. ebdomades daniel'. q faciunt qdringētos nonaginta ānos. ⁊ deiñ pcedēs tps qō fuit inter ꝓphiā michee ⁊ danielis. ¶ Sz pōt dici q ista pcussio maxille refert ad xpz. ⁊ sic li. nūc nō demōstrat tps captiuitatis babilonice. sz tps captiuitatis facte p romanos ⁊ tunc est sensus. ⁊ Nūc vastaberis filia latrōis ⁊. s. tpe titi ⁊ vespasiani. ⁊ obsidionē ponēt sup nos ⁊. i. sup oēs exītes in ihrlz. loquit. n. ꝓpha de toto pplo: Et ponit se cū eis. sz ipse nō vidit istā captiuitatē nec babilonicā: qz tpe ezechie mortu⁹ est postqz fuerūt qnqz reges vsqz ad captiuitatē babilonicā. vt pz. iiij. reg. ꝓputādo iosiā pmū. ibidē. xxj. c. scōz ioachā. tertiū ioachin. quartū aliū ioachin. quintū sedechiā de ꝙs. iiij. reg. xxv. c. ⁊ percutient in virga maxillā iudicis isrl' ⁊. i. ista vastatio fiet. qz pcutiēt xpm in maxilla. sz pma expositio magis cōsonat littere.

Cōparatio duaꝝ expo. Naum.

¶ Naū ꝓsolator orbis increpat ciuitatem sanguinū: ⁊ post euersionem illius loqtur. Ecce sup mōtes pedes euangelizantis ⁊ ānūciantis pacem.

¶ Nauz consolator ⁊. iste est septimus prophete inter minores. ꝓphauit āt eodē tpe quo micheas: qz in pnci. lib. tpis annotatiōes nō hz. ⁊ cōsolator orbis ⁊. qz nō erat pua ꝓsolatio tā decē tribubus q in captiuitate tenebant: qz duab⁹. s. iude ⁊ beniamin q ab eis obsidebāt q caldei assyrios destrueret ⁊ captiuaret: vt ait Hieronymus in plogo sup nauz q icipit nauz ꝓphaz. ⁊ increpat ciuitatē sanguinū ⁊. i. niniuē q dī ciuitas sangninū: qz rex assyrioꝝ q morabat in niniue metropoli regni sui multū sanguinē effuderat de isrl'itis iudeis: ⁊ alīs gētib⁹ qs subiecerat. de qb⁹. iij. reg. xvij. c. ⁊ increpatio erat pdicē ei q destrueret a caldeis. ⁊ rō: qz pdicāte iona in ciuitate niniue ꝓuersi sūt ad dñm ⁊ misericordiā ꝓsecuti. Deinde trāqlitate hīta grauiorib⁹ se crib⁹ miscuerūt. qre ꝓphā naū vltimatā ⁊ totalē eis denunciat destructionem. ⁊ post euersionē logt ⁊ euersionē niniue in gñali ponit in pmo. c. i alīs duob⁹ sequentib⁹ ponit magis in spāli. In pmo aūt ca⁹ post pnūciationē destructiōis seqt. ⁊ ecce sup mōtes ⁊. hic pnūciat gaudiū iudeis nō solū de captiōe ⁊ destructione assyrioꝝ p babilonios. Sz pmo de morte senacherib: ⁊ pz qz dī i lra ꝓsequnti. ⁊ celebra iuda festiuitates tuas ⁊. qa vt hēc. ij. paralipo. xxij. c. dū senacherib obsideret ihrlm ⁊ inuaderet terrā illā nō potuerūt celebrare solēnitatē pasche azimoꝝ pmo mē se. deinde pcussis octuagintaqnqz millib⁹ viris senacherib ipse ausugit in terrā suā. ⁊ imediate in tēplo dei sui a filīs suis occisus est. Et tūc venerūt nūcij ad terrā iude anūciātes mortē eius: ⁊ dicētes q secure possent celebrare festiuitatē ⁊ tūc. Scō mense. die qntadecima pascha celebratū est iuxta regulā positā numeri. ix. c. ⁊ ecce sup mōtes pedes euangelizantis ⁊. Ista sūt verba nauī dicētis iudeis. ecce nūc venit nūcius denūcians mortē senacherib. pedes erāt sup mōtes: qz velociter trāscurrebat mōtes ⁊ valles ⁊ plana. euāgelizans dī. i. bonū anūciās. ab eu. qō est bonū. ⁊ angelus qō ē nūci⁹. q. bñ ānūciās. nō poterat āt iudeis meli⁹ aliqd nūciari quā ges ab hostib⁹ ⁊ mors senacherib. iō sbdit ⁊ anūciātis pacē.

¶ Abacuch luctator fortis ⁊ rigidus stat super custodiam suā: ⁊ figit gradum super munitionem vt christum in cruce contemplet: ⁊ dicat opuit celos gloria eius: ⁊ laudis eius plena est terra: splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius.

¶ Abacuch luctator ⁊. Iste est octau⁹ de minoribus ꝓphis. Iste ꝓphauit eo tpe quo nauī ⁊ micheas: qz ānotationē tpis nō hz. abacuch interptat amplexās vt ait Hieronymus sup istū ꝓphām. qz ex eo q amabilis dñi erat sic vocat. vel qz in certamē cū deo ingredit amplexantis. i. luctātis fortit vocabulū. ⁊ luctator fortis ⁊. qz nullus ꝓphā ē q ita cōtra deū dure loquat ꝙquerēdo qre in pñti vita mali ꝓspant ⁊ ꝙculcāt bonos ⁊ in hoc magis ptendētis ⁊ irati vocabulū hz ex verbis qs petētis vel pcantis ⁊ stat sup custodiā suā ⁊. aludit hic Hiero. verbis ipsi⁹ abacuch in. c. q. dicētis sup custodiā meā stabo. ⁊ est sensus stat sup custodiā suā. i. cū magna attētiōe custodis. sic custodes nocturnaꝝ vigiliaꝝ cū diligēter custodire volūt stāt sup pedes erecti toto corpe ne dormiāt. ⁊ figit gradū sup munitionē ⁊. ad idez ptinet ⁊ sic est in ordine lre abacuch. ⁊ notat diligētiaz custodiētis ⁊ figit graduz sup munitionē ⁊. i. ponit pedē firmatū sup murꝝ. Et erat intentio abacuch q ex quo ipse cum deo disceptauerat ꝙquerēdo de ꝙculcatiōe bonoꝝ a malis ⁊ dñs ei nōduz rñderat. nunc volebat diligēter attēdere qd ei de⁹ rñderet. ⁊ ad hoc facit istū apparatū ad modū diligētis custodis stantis sup muros. ⁊ iō sequit in lra. ⁊ ꝓtēplabor ⁊ videā qd dicat mihi ⁊ qd repsōdeā ad arguentē me. Et qz ista questio ꝓuidētie introducta fuerat pp nabuchodonosoz q neqssim⁹ erat. ⁊ tñ iudeos meliores se ꝙculcabat. iō rñdet dns i illo. ij. c. q babilonia destruet a medis ⁊ psis. ⁊ vt xpm in cruce ꝓtēplet ⁊. hoc fit in tertio cap⁰. qō pōt intelligi de destructione babilonis p cyrū ⁊ darīū. vel de passione xpi ⁊ in aliqua pte magis ꝙsonat lra vni aliqn magis alteri. sz hic Hiero. applicat ad xpm. De hoc tñ plenius ibi dicet deo dāte. ⁊ opuit celos gl'ia eius ⁊. i. gl'ia xpi opuit celos implēs illos: qz infinita est. ⁊ hoc fuit marie in natiuitate eius qñ angeli cecinerunt. gl'ia in excelsis deo. luc. ij. c. ⁊ laudis eius plena est terra ⁊. qz in tota terra narrant mirabilia eius ⁊ miserationes ei⁹ sup oia opa ei⁹. laudat vt creator. vt redēptor. ⁊ vt gl'ificator ⁊ splēdor eius vt lux erit ⁊. i. splēdor fame xpi q p totū orbē diuulgata est vel qs tū ad doctrinā q splēduit exponēs antiq legis veritatē ⁊ intelligentiaz q sub tenebroso cortice celabat. ⁊ cornua in manibus eius ⁊. i. cornua crucis fuerūt in manibus eius. vel pt fieri hypalage vt dicam⁹ manus ei⁹ in cornibus. s. crucis. ⁊ hoc cōuenientius est. ⁊ ibi abscondita est fortitudo eius ⁊. i. ibi demōstrauit se esse infirmū. qz nihil opata fuit diuinitas ad euasionē pene. sz pmisit xpm amarissime pati ⁊ amarius qs nos patiamur pp maximaz armoniā in cōplexione ⁊ viuacitate ⁊ in sensibus. et qz in nobis dū pars inferior patiētie superior ꝓpatit ⁊ dolorē qs tū potest lenit. ⁊ tollerabilius fit. in xpo aūt qui dns nature erat ex voluntate sua facta fuit ista discōtinuatio. s. vt vires inferiores pfectissime ⁊ amarissime paterent. ⁊ partes supiores. s. intellectus ⁊ voluntas taliter finirent ⁊ nulla ꝓsolatio a deitate vel ab intellectu saltez naturali' redundabat illo tpe in partē sensitiuā. Et tunc potentie sensitiue soli dolori vacantes acerrimuz dolorē pacieba: iō nullus homo tantū dolorē sensit in penalitatibus sicut xps. ¶ In martyribus enim gratia xpi redundat afluenter dum patiebant ne desparent. sed voluntarie acciperēt

¶ Nullus enim homo fuit qui si in mortis tollerationē ita relictus fuisset sine aliqua influētia ad partes inferiores redundante sicut christus q nō desperasset. ⁊ ex hoc specialiter clamauit in morte sua dicens. deus meus vt quid dereliquisti me. vt patet Matthe. xxvij. c. De nullo aūt viro sancto legimus q istam vocem in morte sua dixerit quantumcūqz acerbissime pateretur. quod valde notandū est. qz nul-

lus ste

Cū dī pcutient maxillaz iudicis isrl'. An intelligitur ō Christo.

Niniue ciuitas sanguinum.

Qō. ix.

Cā pp qua xps amarissime pas sus est.

lus sic derelictus fuit. ¶Alij autē homines qui pro christo moriebantur ex influentia virium superiorū in inferiores alio quo modo tollerabilius habebant: q̄ per intellectū ⁊ voluntatem aliqualiter potentiā sensitiuam impando ab attentione doloris remouebant. Ideo abscondita est fortitudo eius.

¶Unde ylarius ait q̄ ante passionem apuit christus deus ⁊ homo: in passione solum homo: post passionem solus deus. De his ponit aliquid sanctus Thomas in quodam quolibz. scilicet vtrum christus vere mortuus fuerit.

¶Sophonias speculator ⁊ arcanorum dei cognitor audit clamorem a porta piscium ⁊ eiulatū a secunda ⁊ contritionem a collibus. Indicit quoq3 vlulatum habitatoribus pile: quia cōticuit omnis populus chanaam: diſperſi ſunt vniuerſi qui inuoluti erant argento.

Sophonias

¶Sophonias. ⌊Iste est nonus propha de minoribus: iste prophauit post tpa oium predictorū prophārum. ſ. tēpore Josie regis: ⁊ denūciat iste prophā captiuitatem babylonicam: deinde liberationē ⁊ h̄ ex merito Josie regis: qui fuit de optimis regibus iuda: vt ait Hieron⁹. in prologo sup sophoniā: sophonias speculator vel archan⁹: ⁊ ad idem ptinent: q̄ sophonias archana domini cōsiderabat ⁊ vocatur speculator q̄ sic vocantur ꝓphē: vt p3 eze. 3. c. filij hominis speculatorē dedi te domui israel. ⌊ ⁊ archanorū domini cognitor ⌋ q̄ ista que futura erant sibi reuelata fuerunt. ⌊ Audit clamorem. ⌋ hic ponitur. c. i. vbi innuitur aflictio iudeorum manentium in hierusalem: tempore quo caldei intrauerunt ciuitatem per omnes portas ⌊ Clamorem a porta piscium. ⌋ q̄ oēs qui stabant circa illam portā clamare ceperunt intrantibus caldeis: ⁊ vocatur porta piscium que contra iopē est ⁊ diospolis contra occidentalem ptem ad mare mediterraneum qō vocatur mare palestinorū. ⌊ Et eiulatum a secunda. ⌋ qui erant apud secundā portam: eodem modo intrātibus caldeis vlulabant ⁊ ista secūda porta erat prope portas maris siue piscium: q̄ ibi incipiebant numerari porte. ⌊ ⁊ vllulatum a collibus. ⌋ colles hierusalem erant mons syon in quo erat tēplus ⁊ ibi habitabāt nobiles eratq3 ibi domus regia ad quā partem ascendebant caldei vociferantibus eis qui supra erant.

Hrim pila nūcupata.

⌊ Indicit quoq3 ⌋ i. annunciat ⌊ vllulatū habitatoribus pile ⌋ i. hierusalē que dicebatur pila propter rotūditatem magnaz sicut est in pila ⌊ q̄ cōticuit omnis populus chanaā ⌋ q̄ tunc conticuerunt omnes iudei superbi pressi ab hostibus: iuxta illud ysa. 2. c. oculi sublimes hominis humiliati sunt ⁊ incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur autem dominus solus in die illa: q̄ dies domini exercituū super omnem superbum ⁊ excelsum ⁊ super omnem arrogantē: vocatur autez hierusalem populus chanaā: q̄ habitatores eius peccatores erāt vt chananei: ⁊ sic Daniel improperauit iudicibus peccatoribus: vt p3 Daniel. 13. c. Semen chanaā ⁊ non iuda: sic etiam vocantur sodoma propter magnitudinē peccatorū: vt p3 ysa. primo. audite verbū domini principes sodomorū: ⁊ percipite auribus legez dei populus gomorre. Etiā propter manifestationem delictorū: vt p3. ysa. 3. quasi sodoma peccatū suū predicauerunt nec absconderunt. ⌊ Diſperſi ſunt vniuerſi qui inuoluti erant argento. ⌋ q̄ in irruptōe ciuitatis caldei deprędati sunt oēs diuitias qs inuenire potuerunt: ⁊ nominātur hic diuites: q̄ peccatū auaritie eorū in quo diripiebant bona pauperum fuit magna cā huius captiuitatis vt tangunt generaliter omnes prophe tam maiores qs minores.

¶Aggeus festiuus ⁊ letus qui seminauit i lacrimis vt in gaudio meteret: destructum templū edificat: deūq3 patrem inducit loquētez. Adhuc vnū modicūq3 ⁊ ego cōmouebo celum ⁊ terram ⁊ mare ⁊ aridam: ⁊ mouebo omnes gētes ⁊ veniet desideratus cunctis gentibus.

Aggeus

¶Aggeus festiuus. ⌊ Iste est decimus propha inter minores. Iste aggeus fuit post omnes supiores prophas: q̄ post captiuitatem babylonicam prophauit post finē temporis captiuitatis. ſ. anno. 2. Darij regis secundi vt p3 aggei. primo. c. ⁊ iste aggeus prophauit ista existens in hierusalē post reditum de babylone: vt p3 in processu primi ca. ⁊ in. 2. q̄ querit quis est qui viderit templū in gloria sua prima: ⁊ isto presente incepta est edificatio templi secunda vice. ¶Unde notandum q̄ sicut scribitur. 2. palipo. vlt. c. nabucho. rex caldeorum propter piuriū sedechie regis iude qui ab ipso recesserat ipz sedechiam cū populo iudaico in babilonē duxit captiuos in censo templo ⁊ vrbe destructa. Mortuo autez Nabuchodonosor ⁊ eluimorodach filio suo: ⁊ Balthasar nepote suo succedente in regnum a caldeorū hostibus. ſ. a medis ⁊ pſis interfecto. Darius medus successit in regnū Babylonis: quo mortuo successit Cyrus rex persarum qui in primo anno regni sui remisit in hierusalem circiter quinquaginta milia iudeorum: quibus prefecit zorobabel: ⁊ iesum filium iosedech. Et precepit vt edificarent templū domini: illi autez extructo altari fundamenta templi iecerunt: vt p3 esdre primo. 3. c. Interea mortuo Cyro arthaxerses qui dictus fuit cambyses succedens cyro: mādauit gentib⁹: que erant in circuitu hierusalem vt interdicerent iudeis: ne aliquid instaurarēt vel in muris siue templo: ⁊ tunc mansit opus incohatum vsq3 ad secūdum annum Darij secundi: qui vocatur filius ydaspis: de hoc primo esdre. c. 4. tunc aggeus ⁊ zacharias inceperūt ꝓphare ⁊ cohortari ceteros iudeos ad templi instaurationē dicentes esse. tempus impletum quod predixerat hieremias. ſ. 70. annos captiuitatis: de quibus hiere. 29. c. Principalis autē intentio aggei est pronocare zorobabel ⁊ alios qui cū eo erāt ad templi restaurationem. Uocaſ autem festiuus: q̄ velociter templum dei edificari hortabaſ non obstante Cambysis contrario decreto ⌊ ⁊ letus ⌋ q̄ p̄nunciabat multa bona iudeis euentura: si ad templi edificationez curā haberent: ⁊ q̄ prenunciabat maiorem futurā gloriam domus huius qs prime vt p3. 2. c. eiusdem ⌊ qui seminauit in lachrymis vt in gaudio meteret. ⌋ Jsta loquutio accipitur de psalmo. c. 125. ſ. in cōuertendo ⁊ est sensus. aggeus seminauit in lachrymis. i. mādauit fieri aliquē actum laboriosum. ſ. templi restaurationez que quasi cū lachrymis fiebat ⁊ dolore magno: q̄ vna manu edificabant: ⁊ altera manu tenebant lanceā cōtra hostes: vt p3 neemie. c. 3. vt in gaudio meteret: q̄ ex edificatiōe laborioſa templi sequereſ magna exultatio. ſ. q̄ gloria secūdi templi esset maior qs gloria p̄mi: vt p3 aggei. 2. c. ⌊ templus edificat ⌋ i. ad edificandū incitat predicaſ tēpus dictus a Hieremia esse completū. ⌊ Deniqs patrez inducit loquentē ⌋ hoc est in. ij. c. vbi dicit se missurū saluatorez ad templū illud ⌊ Adhuc vnū modicū ⌋ i. post modicū tempus fient ista que annūcio. ſ. aduentus messie ad templū: q̄ fuerunt quasi q̄dringenti anni a tpe quo dictus fuit hoc: vsq3 ad xp̄i natiuitatē ſm quoſdā: sed ſm veritatē fuerunt anni quingenti: ⁊ decē octo: vt p3 per Eusebiū. ⌊ Et ego mouebo celū ⌋ sicut enim qn̄ deus dedit primus testm̄ in synai motū fuit mare rubrū: exo. 14. c. ⁊ celi: q̄ distillauerunt mana exo. 16. c. ⁊ ignis apuit ⁊ caligo. exo. 19. ca. Jta veniente xp̄o qui nouum testm̄ in sanguine suo cōfirmaturus erat debebat fieri magna in rebus mutatio: in celo enim fuit facta mutatio: siue in natiuitate siue in passione. In natiuitate q̄ apuit stella dirigens magos reges vsq3 ad locū in quo erat xp̄s Mat. ij. c. vel q̄ in die natalis apuerunt tres soles in oriēte q̄ post paulatim in vnū ꝓiūcti sunt ad trinitatē subaz notandā in hoc xp̄o. ſ. deitatē animā ⁊ corpus: vnica tn̄ psona c. ſ. verbi. In passione aūt mutatio facta fuit: q̄ erat eclypsis miraculosa in sole in plenilunio Mat. 27. ca. de qua deo dante aliqd dicē sup Mat. ⌊ Et terraz. ⌋ fuit facta mutatio i terra: q̄ illa nocte natalis xp̄i fons olei manauit in ciuitate romana trāſ tiberim i taberna emeritoria vt p3 ex certissimis historiis ⁊ floruerunt vinee engadi illa nocte in terra iudee: q̄ engadi est mōs i terra ⁊ sorte iude: in quo latuit dauid fugiens saulē: vt p3. i. reg. c. 24. Etiam maxima mutatio facta fuit q̄ ante christi natalem Octauianus romanorū imperator qui tunc toti orbi pacatissimo imperabat mandauit q̄ describeretur vniuersus orbis: ⁊ quilibet iret in ciuitatem suam vt profitereſ ⁊ faceret se scribere: ⁊ tunc homines existentes in longinquis partibus orbis veniebant in terrā suam: ⁊ tunc veniens domina nostra Maria cum viro suo sponso Joseph in betleem peperit in diuersorio vt patet Lu. ij. c. ⌊ Et mare. ⌋ quia isti qui veniebant in terras suas de longinquis plerisq3 veniebāt per mare ⌊ ⁊ mouebo omnes gentes suas ad faciendum se scribi. Uel dicūtur mutate gentes: q̄ reductę fuerunt ad aliam disp̄onem qs ante fuerant: quia ante natiuitatem christi per aliqua tempora duriſſima bella fuere: scilicet Julij Cesaris ⁊ Pompei. Deinde Julij Cesaris cum parte

Qō. x.

Qō difficil' fuerit pstructio tēpli in hrīs q̄ secūdario fcā ē.

Signa q̄ in terris ⁊ i celo visa sunt q̄ tpe xp̄us natus est.

cum parte Pompeÿ remanẽte: post magna bella Octauiani
& Antonÿ: ad vltimũ aũt christi natiuitatẽ per paucum tps
tanta pax in orbẽ venit vt nunq̃ talis a mũdi origine fuisset:
ita vt totꝰ orbis vno ãno Octauiano imperatori subderet: & tũc
euenit maxima mutatio quã predixit ysa.c.2. & micheas.c.4.
& conflabunt gladios suos in vomeres & lãceas suas in fal
ces: non leuabit gens ꝓtra gentẽ gladiũ nec exercebũtur vl
tra ad preliũ. Durauit autem ista pax vsq̃ post mortem chri
sti per annos aliquot. s. tpe Octauiani sub quo christus na
tus est: & tpe Tiberÿ sub quo mortuus est: & tpe Gay caligu
le & Claudÿ: tanta enim paccato orbe trãquilitas erat: vt ait
Paulus orosius. 6. de ormesta mundi: q̃ roma dissueta bel-
lis: & iam bellox auida per totũ orbem ea nõ inueniret. Et
veniet desideratus cunctis gentibus .i. saluator noster quẽ
oẽs desiderabant vt saluaret orbem: & prophe eum cum ma
gno desiderio expectabant.

Pau. oros.

Zacharias memor domini sui multiplex in prophetia iesum vestibus sordidis indutum & lampadem oculorum septem candelabrũq̃ aureum cuius totidez lucernis quot oculis: duas quoq̃ oliuas a sinistris lãpadis cernit: & a dextris vt post equos rufos nigros varios & albos: & dissipatas quadrigas & effraim & equum de hierusalem pauperem regem vaticinetur: & predicet sedentem super pullum filium asine subiugalis.

Zacharias

Zacharias. Iste est. xi. iter minores pphas. Aggeus & zacharias in eodẽ tpe prophauerũt. s. sub Dario scõ filio ydaspis vt ps esdre primo. c. 4. sed ꝓponit aggeus zacharie: q̃ duobus mensibus ante incepit prophare aggeus: q̃ aggeus in mense. 6. anni secũdi: zacharias aũt in mense octauo anni secũdi: vt hr ex principijs suax prophax de hoc hiero. memor dñi. Sic interpretat zacharias: vel memoria dñi: q̃ vt ait ysidorus. 7. ethimo. septuagesimo anno desolatiõis templi predicante ipso memoratus est deus ppli sui iubẽteq̃ Dario reuersus fuit & reedificauerũt ciuitatem & templũ: vt ps primo esdre. 4. & 5. c. multiplex in prophetia. q̃ varijs rebus pnunciat. s. de reditu iudeox: de restauratione templi ac de destructione quarũdam terrarum: de aduentu messie: & vltimo iudicio: vt ps in discursu libri sui cernit hierusalez vestibus sordidis. Iste ẽ iesus iosedech: sacerdos magnus: qui cum zorobabel venit de babylonica captiuitate: & videbantur vestimenta eius sordida: & sathan stabat contra eum. De hoc hr. c. 3. & erat ista visio imaginaria: apparebant autẽ vestes sordide. q̃ ipse iesus sacerdos habebat aliquã culpam permittendo iudeos ducere mulieres alienigenas in vxoreꝰ ꝓtra legis interdictũ: quod hr exo. 34. c. Uel q̃ postq̃ duxerant nõ increpauerat: vt abijcerent. Et hoc ps q̃ multũ plorauit propter hoc esdras: & predicauit q̃ abijcerent vxores alienigenas eodez tpe: vt ps in fine primi hesdre: & in fine secundi eiusdem. Aliqui aũt volũt hoc de christo intelligere qui erat in vestibꝰ sordidis. i. qui venit in similitudine carnis peccati: vt hr ad ro. 8. c. Fuit etiã vestis sua sordida: quia in passione sua caro sua fuit sputis & vulneribꝰ deturpata: & sic habet ysa. 63. c. aspersus est sanguis eox super vestimenta mea: & omnia indumenta mea inquinaui. Ista quidẽ possunt dici in sensu allegorico: sed nõ ꝓgruunt in sensu litterali vt ps in eis que sequunt in eodem. c. Et lapidem oculox septez. Hic loquit de xpo qui erat lapis firmitatis qui absciss us de monte sine manibus contriuit omnia regna & subijci ens principatui ecclesie: vt habet Dani. 2. c. vel vocatur lapis angularis: q̃ cõiunxit nouũ testamentũ veteri: vel nos deo coniunxit: vt habetur ad hebre. 2. c. Et sunt septem oculi sup istum lapidem. s. septez dona spũs sancti: qui vberius fuerũt in christo q̃ in aliquo homine de cuius plenitudine omnes accepimus: vt ps Jo. primo. c. Uel potest intelligi de ipso iesu sacerdote qui vocatur lapis propter firmitatem: q̃ fuit colũna & robur iudeox: temporis illius: & super istum sunt septẽ oculi de quibus dicit zacha. 4. c. q̃ sunt septez oculi dñi qui pambulant vniuersam terram. i. vniuersitas angelorum bonorum administrantium in vniuersa terra iuxta id q̃ deus fieri prouidit: quia angeli administratorij spiritus sunt missi in ministerium: vt patet ad hebre. primo ca. & isti multuz ob

Quedã pphax dicta ad xpm male redacta.

sequebantur tunc iesu sacerdoti. ad cõplementũ totius operis templi. Et hoc significauit angelus qui videbatur loqui visione imaginaria iesu sacerdoti dicẽs. zacha. 3. c. Si in vijs meis ambulaueris: & custodiã meaz custodieris tu quoq̃ iudicabis domum meaz & custodies atria mea & dabo tibi ambulantes de his qui nũc assistũt. i. dabo de istis angelis qui nunc assistunt mihi multos custodientes te: & patet quia in illa visiõe imagiaria nullus alius assistebat nisi iesus sacerdos & sathan accusans & angeli dei. Ideo de nullo posset verificari demonstratio sancta in textu cum dicitur de his qui nunc assistunt nisi de angelis bonis. Candelabrũ aureuz. Ista visio notabat consumationem templi: in quo ponerent vasa ista: & principale vas est candelabruz quod ponebatur intra tabernaculum ante velum sancti sanctorum in latere meridiano ex opposito mense in qua erant panes propositionis in latere aquilonari: vt patet exo. 26. c. Cum totidem lucernis quot oculis ista non referuntur ad idem: q̃ lucerne referuntur ad candelabruz: oculi autem referũtur ad lapidez: q̃ in candelabro non erant oculi: naz de oculis dicit in. 3. c. de lucernis dicitur in. 4. c. & pertinent iste septez candele ad complementuz candelabri: vt ps exo. 25. c. Dicuntur aũt candele: non aliqua luminaria facta de sepo: vel cera: sed vasa septem in quibus ponebatur oleuz: de fabricatura huius candelabri diximus satis late exo. 36. c. & magis. 25. Lucerna autem vna. i. vnum vas erat super quẽlibet calamum: erat aũt astille & sex calami procedentes de ipso: & sic erant septẽ vasa in sumitatibus istorum sex calamorum & astilis. Duas quoq̃ oliuas a sinistris lampadis. Lampas vocatur ipsuz candelabrum: q̃ de ipso lumen procedit: & apud candelabra erant due oliue. i. Jesus sacerdos magnus: & zorobabel: qui curam precipuam gerebant de edificatione totius templi: & dicuntur oliue propter pietatem & vite mansuetudinez: quia valde mites & tractabiles erant: & vna istarum oliuaruz stabat a dextris candelabri alia a sinistris. Si autez fm allegoriam intelligere velimus candelabrum aureum significauit ecclesiam que aurea est propter spiritualem scripturaruz intelligentiã. Lampas christuz significat: qui quasi lampas fulsit: vt habetur ysa. 62. saluator eius vt lampas accendetur. Septem lucerne sunt septem spiritus sancti dona: due oliue fuerunt: Moyses: & helias: qui apparuerunt loquentes cum christo in monte thabor: de excessu quẽ facturus erat in hierusalem: vt patet Math. 17. c. Uel dicuntur due oliue duo testamenta: s. noua lex & vetus a quibus pietatis oleum emanat: q̃ de charitate principaliter agunt. Ut post equos rufos per quos designatur babylonÿ sanguis effusores. nigros. per quos accipiuntur medi & perse: qui babylonios destruxerunt nigerrime. i. valde crudeliter: vt patet in Abachub. 2. & 3. c. varios. per quos intelligũtur macedones. s. alexander & pueri sui: qui ei in diuersis terre partibus successerunt: quorum aliqui crudeles: alij pij fuerunt. per albos. Intelliguntur romani qui mitiores fuerunt. Uel possunt accipi per equos albos macedones. s. reges succedentes Alexandro in quorum tempore machabei floruerũt: & victorias habuerũt: per varios Romani accipiũtur: quox aliqui crudeles fuerunt: vt Uespesianus titus: & adrianus: domicianus. Alij clementes: vt Octauianus Julius Cesar & Claudius. Uel possunt accipi per. 4. quadrigas: quattuor euãgeliste. s. quorum quidaz rufus martirio dicitur. s. matheus: alius niger per altitudinem & intelligentie luculentiã vt Johannes. Alij albi virginitate vt Lucas. Alij varij gratia virtutum & tollerantia passionum: vt Marcus. Sed ista allegoria est. Prima autez litteralis expositio. De istis equis habetur zacha. 6. c. q̃ vidit inter duos montes ereos exire quattuor quadrigas. Prima habebat omnes equos rufos. Scõa omnes equos nigros. Tertia omnes equos albos. Quarta omnes equos varios: & iste procedebant in diuersas partes mundi: fm q̃ iste gentes designate per equos & quadrigas pugnauerunt contra diuersas partes orbis: applicatio autẽ patet ibi. 6. c. & dissipatas quadrigas ex effraim. Jeffraim significat regnum decem tribuum que confidebant in curribus arcu & bello. Et istud regnum fuit destructuz ante christi aduentum: & etiam antecq̃ iste zacharias ppharet. Sz non est dicendum propter hoc q̃ non prophetizauit: quia aliud est quod nos per historias factum esse cognoscimus: aliud est quod deo reuelante comprehendimus. Sic etiam

ea que

ea que dixit de caldeis qui erant equirufi: t de perfis t medis qui erant nigri equi iam tranfierant. Solum autem qui dicuntur de macedonibus t romanis complenda reftabat. ⌊ Pauperē regem vaticinetur ⌋ .i. meſſiam xp̃m: qui rex fuit: q: de ſemine Dauid ſm carnem. Et de eo dictuꝫ fuit: q ſederet ſuper ſedem dauid patris ſui: t regnū iuda vt confirmet t coꝛroboꝛet illud in iudicio fuit paup: q: nihil omnino habebat: ideo dixit cuidam volēti eum ſequi: vulpes foueas habent t volucres nidos: filius autem hominis nō habet vbi reclinet caput ſuū: vt p3 Mat. 8. c. ⌊ Et predicet ſedentē ſup pullum filiū aſine ſubiugalis. ⌋ Hoc agit in. c. ix. vbi ait exulta ſatis filia ſyon ecce rex tuus venit tibi pauper: ipſe ſedens ſuper aſinam: t eſt ſententia ſuſpenſiua. ſ. q zacharias vidit candelabꝛum t oliuas: vt poſtea videns equos ruffos nigros tē. predicaret xp̃m pauperem: t eſt ſenſus primo vidit prophā candelabꝛum quod ſignificabat conſumationē edificationis templi: t poſtea vidit illos equos quoꝝ duo .ſ. albi t varij ſignificabant tempoꝛa futura a reſtauratione templi vſq; ad tps meſſie: vt poſt deſcriptionē iſtoꝝ tempoꝝ deſcriberet xp̃m ſub habitu paupere venientem.

¶ Malachias aperte t in fine omnium prophetarum de abiectione iſrael t vocatione gentium. Non eſt mihi ait volūtas in vobis: dicit dominus exercituum: t munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab oꝛtu enim ſolis vſq; ad occaſum magnū eſt nomen meū in gentibus: t in omni loco ſacrificatur t offertur nomini meo oblatio mūda.

Malachias

¶ Malachias aperte. ⌋ ¶ Hic ponitur duodecimus t vltimus numeroꝝ prophetaꝝ: Malachias in tpe duoꝝ predictoꝝ prophauit: q: tempoꝝ annotationes nō h3: t interpꝛetatur Malachias angelus dñi: q: quecūq; dicebat, ita recipiebantur: ac ſi angelus dixiſſet aperte. Satis aperte p̄dixit abiectionem iſrael vt p3 in auctoꝛitate que hic ponit que ſumitur de primo. c. ⌊ Et in fine oiuꝫ ⌋ quia de numero prophetarum quoꝝ libꝛo legit eccleſia iſte fuit vltimus. ⌊ De abiectione iſrael ⌋ .ſ. quātum ad cerimonialia: q: lex vetus tunc ceſſare debebat. Itez quantum ad par. q: ex quo iudei audire nolebant verbuꝫ dei diſcipuli conuerſi ſunt ad gentes: vt patet actuū. xiꝫ. c. vbi dixit paulus: Primum vobis loqui oportebat de regno dei: ſed q: repulſiſtis illud t indignos vos feciſtis verbo vite ecce conuertimur ad gentes ⌊ Non eſt mihi volūtas in vobis. ⌋ quia imunda t imunde offerebant: deus aūt coꝛ deuotum deſiderat. Iſtos autem valde abhominatur: q: dicebant menſam domini t ſacrificia eſſe contemptibilia: t de imundis t claudis offerebant: ſibi pinguia t optima reſeruantes ⌊ Et munus non ſuſcipiaꝫ de manu veſtra ⌋ .i. licet mihi iſta offeratis non placabor: q: non deuoto animo offertis: t talia deus ferre non poteſt: vt p3 yſa. primo. c. quid mihi multitudo victimaꝝ veſtraꝝ dicit dominus plenus ſum. holocauſta arietū t adipem pinguiū: t ſanguinē vitulorū: t agnoꝝ t hircoꝝ nolui: cum veniretis ante cōſpectum meū q; queſiuit h de manibus veſtris:: t vt ambularetis i atrijs meis: ne offeratis vltra ſacrificiū fruſtra: incenſum abhominatio eſt mihi: neomeniam t ſabbatuꝫ t feſtiuitates veſtras non feram: iniqui ſunt cetus veſtri: kalendas veſtras t ſolēnitates odiuit anima mea: facta ſunt mihi moleſta: t laboꝛaui ſuſtinens ⌊ ab oꝛtu ſolis vſq; ad occaſum. ⌋ Non enim eſt cultus dei nunc anguſtatus ſicut tempoꝛe legis antique: q: tunc ſolū in iudea erat notus deus t in iſrael magnū nomē eius: nunc aūt in omni pte mūdi xp̃iani habitant. India. nque terre habitabiliꝫ ab oꝛiente terminus eſt a chriſtianis tenetur partes oꝛbis occidue hiſpanoꝝ: fidem catholicam amplexantur ab aquilone chriſtiani ſunt ad auſtrum chriſtiani mixti arabibus t paganis gentibus cōmoꝛantur: t licet nō omnes gētes xp̃m colant: nulla tñ terra eſt in qua aliq chriſtiani non ſint ⌊ Magnū eſt nomen meum in gentibus. ⌋ q: omnes mediū verū vocant ⌊ Et omni loco offertur nomini meo ⌋ .i. ad reuerentiā nominis mei ⌊ oblatio munda ⌋ .ſ. euchariſtia ſub panis mundiſſimi t vini ſpecie: ſacrificia autez veteris legis. ſ. occiſio tauroꝝ t arietum t cōbuſtio carninz t inteſtinoꝝ in altari: t ſanguis effuſio: licet in tempoꝛe quodam ſm neceſſitatez illius tempoꝛis ex multis cauſis licita t ſalubꝛia fuerunt: vt demonſtrauimus in prohemiolo ſuper leuiticum: t in primo. c. tamen ſoꝛdida valde erant vt p3 intuenti. ſ. cōbuſtio adipis t carnium: que grauē odoꝛez prouocant: ſacrificium autez tempoꝛis noſtri mūdum valde eſt t in hoc valde amplificatus fuit cultus dei: q: in tempoꝛe legis veteris ſolum licebat offerre ſacrificia in loco quem dominus elegiſſet: ille autem erat vnus in toto regno iſrael t iuda: vt p3 leui. xvii. t deutero. xii. Nunc autem in omni loco licet ſacrificium dominici coꝛporis facere.

¶ Eſaiam: hieremiam. Ezechiel t Daniel: quis poteſt vel intelligere vel exponere. Quoꝝ primus non ꝓpham videtur mihi texere ſz euāgeliū.

¶ Iſaiam. ⌋ ¶ Dicto de minoꝛibus incipit de maioꝛibus ꝓphetis quoꝝ tres ponunt in ſecūdo oꝛdine canonis. Quartus autem. ſ. Daniel inter agiographa cōputatur: vt ait hieronymus in prologo galeato. Et primo ait de yſa. qui fuit cō tempoꝛaneus oſee cum ſub eiſdez regibus prophetauerit: vt patet yſa. primo. c. ſ. ſub ozia t iotham: tē. Ponit primo difficultatem in omnibus quattuoꝛ: q: dicit quiſ poterit exponere yſaiam vel hieremiaz. q. d. ſiue ad intellectuꝫ ſiue ad diſpoſitionem difficiles ſunt. ⌊ quoꝝ primus ⌋ .i. yſaias qui ponitur primus: q: prius prophauit. ſ. tempoꝛe ozie. hieremias aūt tēpoꝛe quo caldei venerunt in hieruſalē Ezechiel t Daniel in babylone cum captiuis ſuis prophauerunt: vt eoꝝ libꝛi demonſtrant ⌊ non mihi videtur prophām ſed euangelium texere ⌋ .i. cōponere vel oꝛdinare idez: q: prophia modū obſcurum t annunciationē futuri h3: yſaias autem clariſſime t per moduꝫ narrationis rei geſte loquutus eſt: t ſic ait hieronymus in prologo ſuper yſaiam. Deinde t hoc addiciendum eſt q; non tam prophā q̃ euangeliſta dicendus eſt Ita enim vniuerſa xp̃i eccleſieq; miſteria ad liquidum perſe quutus eſt vt non putes eum de futuro vaticinari: ſz de preteritis hyſtoriam texere. ¶ Sed hoc videtur repugnare ſu pradicto. ſ. quis poterit intelligere yſaiam hieremiam tē. ¶ Reſpondetur q; omnes iſti altiſſime t obſcure loquuti ſunt: ſed yſaias quātū ad miſteria paſſionis chriſti valde clare loquutus eſt: vt p3 yſa. liiꝫ. t. lxiiꝫ. t in alijs locis: ſed quantum ad aliqua extranea vt punitiones gentium ſatis obſcure loquutus eſt.

Yſaias

Obiectō q; yſaias non ſit clarus

¶ Secundus virgam nuceam t ollam ſuccēſam a facie aquilonis: t pardū ſpoliatuꝫ ſuis coloꝛibus t quadruplex diuerſis metris nectit alphabetū.

¶ Secundus vero. ⌋ Secundus q; eſt hieremias in oꝛdine tempoꝛis: q: yſaias incepit prophare inter quos fuerunt quinq; reges. ſ. ioathan. achaz. ezechias manaſſes amon: ſub quo mortuus eſt yſaias deinde ioſias filius amō regnare incepit ſub quo prophauit hieremias ⌊ Virgam nuceaz. ⌋ Iſta fuit prima viſio hieremie que habet. c. primo: quando hieremias excuſaret ſe ne mitteret ad predicandū q: neſciebat loqui: t deus monſtrauit ei viſionem imaginariā querens ab eo quid videret t reſpondit virgam vigilantez ego video: q; ſignificabat q; deus vigilaret vt cōpleret que p̄dicebat: ideo ſubdit deus bene vidiſti: q: ego vigilabo ſuper verbo meo vt faciam illud: t iſtam lr̃am. ſ. virgā vigilantez habent ſymachus t aquila antiqui tranſlatoꝛes: t ſic eſt in lr̃a noſtra: ſz hieronymus in iſto loco t. lxx. interpꝛetes dicunt baculum vel virgā nuceaz: ſed theodotion h3 virgā amigdalinā: quid autem hoꝛū magis conueniat intentioni prophe videbitur deo dante cum venerimus ad hieremiā. ¶ Iſta aūt non dñr de xp̃o ſm lr̃am: ſed quivolunt xp̃o attribuere dñt q; oīa iſta poſſunt ei ꝓgruenter attribui. Naz dr̃ virga in coꝛrectōe maloꝛ: vt p3 numeri. 24. c. oziet ſtella ex iacob t cōſurget virga ex iſrael t pcutiet duces moab. ¶ Dicit bacculus in ſuſtentatiōe actiuoꝝ: vt p3. pſ. 22. ꝛga tua t bacculus tuus ipſa me conſolata ſunt: dr̃ virga vigilans in cuſtodia ꝓtemplatiuoꝝ vt p3. pſ. cxx. ecce nō dormitabit neq; dormiet q cuſtodit iſrael dr̃ amigdalus in ſanatione ſpūaliuz infirmitatū ſic ſanat xp̃s vt p3. pſ. cvi. miſit verbū ſuum t ſanauit eos: dr̃ nux: q: perfectos reficit vt patet Matth. xi. venite ad me qui laboꝛatis t onerati eſtis t ego reficiam vos ⌊ Et ollam ſuccenſam ab aquilone. ⌋ Iſta fuit ſecunda viſio demonſtrata hieremie: ſcilicet q; viſione imaginaria vidit ollam ſuccenſam ab aquilone: vel ſecundum aliam litteram: ebullitionez eius ab aquilone. Semper enim cacabus vel olla feruet contra illaz

AA hieremias

Dr̃ia virgā q̃daz lr̃e apō antiquos t iuniore interpretes.

parte

¶ Oro te frat charissime iter hec viuere: ista meditari: nihil aliud nosse: nihil aliud q̄rere: nōne vr tibi iam h̄ in terris regni celestis habitaculū. Nolo vt offendaris in scripturis sanctis simplicitate ⁊ quasi vilitate verborum que vel vitio interptuꝫ vel de industria sic plate sunt: vt rusticā cōtionem facilius instruerēt: ⁊ in vna eadēq̄ sentētia aliter doctus: aliter sentiret indoctus.

⌊ ¶ Oro te ⌋. supra p̄obauit difficultatem scripturarum in nouo ⁊ veteri testamento. Hic demonstrat sacram scripturā p̄opter verborum incōpositionem non esse contēnendaꝫ: ⁊ agit duo. p̄imo ponit quod dictum est. secūdo excusat se nō reputando se magistrum. ⌊ ibi non sum petulans ⌋. ¶ Circa p̄imum. ⌊ oro te frater charissime ⌋. pauline. ⌊ Inter hec viuere ⌋. i. q̄ tota tua vita vel conuersatio sit in scripturis sup̄a nominatis. ⌊ nil aliud nosse: nil querere ⌋. scilꝫ p̄incipaliter: quia non debemus adiscere aliquam scientiā tāq̄ finem ⁊ dominam p̄eter sacram scripturam: sed bene licet al's seculares artes adiscere vt subseruiunt sacre scripture vt ingenium acuant ad clarius intelligendum sacram scripturam etiam poeticam artem inquātum subseruit sacre scripture: ⁊ sic omnes doctores catholici antiqui in poematibus fuerūt instructi: vt patet in Augustino ⁊ in ceteris si eorum opera relegamus. ⌊ nonne tibi videtur iam hic in terris regni cele

⁋ stis habitaculum possidere ⌋. qꝛ homo relegens scripturas in quibus p̄omittitur vita eterna attendit ad ōsiderū eternorum: ⁊ per continuam lectionem de eterna beatitudine: certus videtur. ⌊ nolo vt offendaris in scripturis sacris ⌋. i. nolo q̄ tu habeas causam peccandi in sacris scripturis contēnendo eas ex rusticitate verborum: quod contingeret: qa magna ingenia res paruas ⁊ incultas despiciunt: ⁊ dicit h̄ Hieronymus: quia ipse in hoc offenderat contēnens sacras scripturas ⁊ legens affectuose libros theoricos ciceronis: qꝛ displicebat ei incultus sermo p̄ophetarum. ⁊ ideo a domino grauiter flagellatus est: vt patet in decretis. xxxvij. di. in. c. legimus de beato Hieronimo. ⌊ simplicitate ⌋. qꝛ verba non nitent fucis rhetoricis colorata: sed nuda verborum serie veritatem indicant quam intendunt. ⌊ ⁊ quasi vilitate ⌋. quia verba que nullum ornatum habent vilia reputantur. ⌊ que vel vitio interp̄etum ⌋. Jsta est vna causa incompositionis verborum. s. vitium interp̄etum. i. translatorum q̄ con

⁋ grua non decorauerūt facundia. Jsta aliqualis causa est: sꝫ non valde magna: quia hoc teneret si sacra scriptura sub ornato stilo in hebreo scripta foret. ⁊ post translatōes eius ornatum per ignorantiā deturpassent. Sed in hebreo etiā sub rudi stilo sacra scriptura continetur. ⌊ vel de industria ⌋. i. scienter sic factum est. vt rusticam concionem. i. turbā. ⌊ faci lius instruerent ⌋. quia simplices magis eruditur verbis planis q̄ꝫ valde ornatis vel subtilitate iuncture coniunctis: qꝛ viꝫ rhetoricam ⁊ colores populus non intelligit. ⌊ vel in vna eadem sentētia aliter sentiret doctus: ⁊ aliter indoct⁹ ⌋. Jsta causa est ad exercendum ingenia. cum enim inie rhetorice sunt ita subtiles ⁊ polite dictiones ⁊ orationes mutuo copulantur: quia sensus multiplicitatem ⁊ cōmunem amphibologiam p̄orsus excludunt. In verbis autem aliq̄liter rusticanis amphibologia ⁊ sensus multiplicitas frequ

Rones cur sacra scrip⁹ nō a deo le pido ſmōe, sit p̄structa

ter euenit. ¶ Uel q3 si rhetorica cõpositio essz indocti nihil intelligere possent. cum aũt sit incompositie tradita est aliter indocti p3o capacitate sua intelligunt. z aliter docti qui subtilius speculantur.

¶ Non sum tã petulãs z hebes vt hec me nosse pollicear z eoz fructus cape i terra quoz radices in celo fixe sunt: sed velle fateoz sedenti me pfero magrz renuẽs comitẽ spõdeo: petẽti daz: pulsanti apiẽ: querẽs iuenit. Discamus in terris quoz scia nobis pseueret in celo. Obuius te manibus excipiã: z vt inepte aliqd ac de hermagoze tumiditate effundã quicqd quesieris tecũ scire conaboz.

Mat. 7. b. Luce. i i. b.

ℋ ¶ Non sum tam petulans ¶. hic ponitur secũdus. s. excusatio assumptionis magri: z agit duo. pmo arrogantiam vitat. secundo paulinus ad veniendũ incitat ibi. ¶ comitem me spondeo ¶. Secunda in sex partes: q3 ponuntur sex alliciti ua ad veniendus. s. status equalitatis. Secundus proficiendi facultas. ¶ ibi petenti dabitur ¶. Tertius sacre scripture dignitas. ¶ ibi discamus in terris ¶. quartum hospitis vrbanitas. ¶ ibi obuius te manibus ¶. quitum est compandi voluntas. ¶ ibi z vt inepte ¶. Sextus amicabilis societas ibi. ¶ habes amantissimum ¶. Circa primum. ¶ Non sum tam petulans ¶ .i. tantam laudem vel honoꝛem desiderans. dicit petulans. de petuloꝛ petularis. p3o luxuriari vel actum carnalem frequenter petere vel appetere. Unde animalia multus luxuriosa: petulca vocantur: z inde dicitur petulans. i. ipoztune vel supza rõnem appetens. ¶ aut hebes ¶. i. iustius vel me ignorans. ¶ vt hoc me nosse pollicear ¶. i. vt dicam me scire totam sacram scripturam: z q3 in ea magister efficiar. vnde stultum valde videtur z valde presumptuosum vt aliqs se totam sacram scripturam intelligere dicat. Et tamẽ potest aliquis ista dicere duobus modis. Quibus consueuimus peccare. vel p3opter inoꝛdinatum desiderium laudis z honoꝛis: vt quia passio foꝛtis est. etiam si intellectus cognoscat malum esse: z isti vocantur petulantes. s. quia sciunt se nescire totam sacram scripturam: z tamen p3opter laudis desiderium dicunt se scire. Alio modo peccamus quando intellectus deficit in iudicando etiam si voluntas non sit inoꝛdinata vel passio non sit vehemens: z isti vocantur ignorantes. vel hebetes: z sic est si aliquis tantum desipet vt se scire totam scripturam sacram existimaret. ¶ vt policear eoꝛum fructus carpere in terris quoꝛus radices in celo fixe sunt ¶. fructus sacre scripture est intelligentia eius. radices eius sunt in celo: quia omnis sacra scriptura deo dictante composita est: vt patet. ũ. petri. c. p3imo non enz aliquãdo volũtate humana alata est p3ophetia: sed spiritu sancto dictante loquuti sunt sancti. stultum est enim q3 aliquis existens in terra. i. q nondum speciali lumine multus eleuatus est intelligat perfecte sacras scripturas: in patria antez omnes perfecte itelligent quid deus intendat dicere in illa p3ophetia vel scriptura: qui etiam spiritu sancto repleti sunt perfecte intelligunt vt apostoli qui veriſſime z complete totam scꝛpturam intellexerunt. ¶ Aliqui vocãt fructus scripture illos quos enumerat apostolus ad gala. quinto. s. charitas gaudiuz ꝛc̃. sed hoc nihil ad p3opositum: quia ipse agit hic de intelligẽtia z magisterio sacre scripture. istos autem fructus spiritus multi non intelligentes sacras scripturas habẽt: quia sunt in affectu z non in intellectu. ¶ Sed velle me fateoz ¶. i. licet non intelligam sacras scripturas: tamen vellem eas perfecte intelligere. ¶ sed eniti me p3ofiteoz ¶. i. pfiteoz me laboꝛare quãtum possum vt intelligam. enitoꝛ. ris. significat valde niti. i. valde laboꝛare. ¶ Sedenti me p3efero ¶. i. licet ego non intelligam perfecte sacram scripturam. quia tamẽ laboꝛo quãtus possum sedenti. i. ocioso non laboꝛanti p3eferendus sum. ¶ vel sedenti me p3efero ¶. i. licet non vocer magister nec sim tñ p3efero me sedenti. i. pono me apud sedentem audire volentem sacre scripture doctrinam: sed p3ima expositio melioꝛ est. ¶ magistrum renuens ¶. i. nolens dici magister vel accipere formaz magistri. ¶ comitez me spondeo ¶ .i. p3omitto tibi q3 ambo tãq3 socij simul laboꝛabimus vt intelligamus: z illud est p3imum alicitiuum vt veniret paulinus. s. status eq̃litatis: q3 comites equales sunt. ¶ petenti datur ¶. hic ponitur scõm: scilz p3oficiendi facultas: z est sensus si eni ambo vt socij inquirẽdo in scripturis laboꝛamus deus dabit intellectũ: quia petenti datur: vt patet matthe. vij. z luce. xj. z de hoc Jacobus p3imo. c. canonice si quis indiget sapientia petat a deo qui dat omnibus affluẽter: z nemini impꝛoperat. ¶ pulsanti aperitur ¶. est metaphoza de stante ad ianuaz: q3 si cõtinuat aperietur ei: ita deus omni pulsanti aperit. ¶ que rens inuenit ¶. i. si aliquis querat per continuuz studium inueniet: deo demonstrante. ¶ discamus in terris quoꝛum scientia perseueret nobis in celo ¶. hic ponitur tertium alicitiuũ s. sacre scripture dignitas quia scia sacraz scripturaruz per maneret in patria alie autẽ non. z sic videtur intelligi quod habetur p̃ma ad coꝛin. iij. c. siue scientia ỏstruetur. ¶ Sed contra quia in patria intellectus nostri puriozes erunt ỏtracta coꝛruptibilitate coꝛpoꝛis: que agrauabat animam: z retardabat ad intelligendum: vt patet sapientie. ix. c. z applicato intellectu nostro ipsi sũmo lumini. s. diuine eẽntie reducetur ab omni potentialitate sua ad actum. Cuz ergo intellectus noster sit in potẽtia ad intelligendũ omnia naturalia q̃ non sunt maioza eo in gl'ia omnia naturalia intelliget: z sic oꝛtet concedere q3 nullus erit in paradiso qui non intelligat omnes res naturales: alias non esset beatus cum non esset repleta tota potentialitas sua. Item quia in vita eterna est sũma quietatio omnium virium nostrarum: sed nulla potẽtia receptiua totaliter quietatur donec repleatur sua potentialitas: ergo oꝛtet intelligere omnia ad que in potentia eramus: vt intelligeremus. Item quia dicitur. p̃s. xvj. saciaboz cum apuerit gloria tua. Satietas autem dicit totalez repletionem: quia q3 nondum totaliter repletum est: adhuc mouetur in aliquid vltra: per quod repleatur. Sicut patet ỏ p3ima materia que semper est in potentia ad alteram formã: z frequẽter acquirit z perdit: q3 nulla forma aduenies totam materie potentialitatem replet. In celestibus autẽ coꝛpoꝛibus: quia forme ille pfecte sunt. non appetit materia aliquam aliam formam. ¶ Et si dicas ex hoc sequetur q3 nullus sit btus: q3 glz q est in padiso põt tm̃ de deo cogĩscẽ sicut btã vgo: q3 itell's suus z cuiusz alteri° bti sẽ eiusdez rõnis: sed nullus est qui tantum intelligat. ergo nullus ali° est beatus. Item nec virgo mater erit sic beata: quia manifestuz est q3 ipsa potest plura intelligere deo volẽte q̃z nunc intelligit. ergo nondum est beata: quia nondum habet illa: z est in potentia ad illa: z quãtumcunq3 detur poterit semper deus ei plura dare. ergo non poterit esse beata. ¶ Respondetur q3 quilibet qui est in patria est beatus nec est in potentia ad intelligendum plura q̃z intelligit. Si autem daretur potentia in aliquo ad magis. impoſe erat esse beatum donec haberet illam potentiam. ¶ Et notandũ q3 potentia passiua est quedam virtus receptiua. Qui ante est in potentia ad videndũ audiendum vel intelligendum: habet potentiam receptiuaz siue virtutem que est quedam capacitas. ¶ Unde non dicitur q3 est lapis in potentia ad videndum: quia nõ habet virtutem receptiuaz siue capacitatez. Ita non dicimus q3 auris nostra vel auditiua potẽtia. est in potentia ad audiendus. al bedinem z nigredinem: quia non habet virtutez receptiuã. Sic etiam dicimus q3 non est in potentia oculus noster ad videndus animam separatam: quia non est p3opoꝛtio inter potentiam de natura coꝛpoꝛis: z substãtiam incoꝛpoꝛeaz: q3 non potest potentia tam imperfecta a tam nobili substantia pati vt recpiat illam. ¶ Sic est de intellectu habet enim intellectus noster capacitatez quãdam rerum: quas intelligit z ad illas est in potentia. Si autem alique res sunt quaruz capacitatem intellectus noster non bẽat non est in potentia ad intelligendas illas. sicut dicebamus q3 non est lapis in potẽtia ad videre. Sed aliqua res est que excedat intellectũ nostrum: vt deus qui infinitus est: ergo ad illuz nõ est in potentia noster intellectus naturaliter: quia nõ est p3opoꝛtio inter infinitum z finitum: z sic dicebamus q3 oculus coꝛporalis non est in potentia ad videndum animam separatam. ¶ Et sic dicendum est nulla anima etiam separata etiã chꝛistus in celo empireo est naturaliter in potentia ad intelligẽdum deum nec modicum nec multum. ¶ Et si dicas cõtra quia nos existentes in via intelligimus aliquid de deo naturaliter: quia vt ait apostolus ad roma. p3imo: quod notuz est dei manifestum est illis. ¶ Respondeꝛ q3 indirecte bene cognoscimus aliquid de deo: sicut est cognitio fidei z cognitio naturalis. Sed cognitione directa que est quando ipsa potentia passiua patitur ab obiecto. per seipsum non cognoscimus deũ

Fructꝰ sac. scripture.

Quõ. 18. An alie scie pter theologiã permãebũt in pꝛia. pꝛia rõ.

2ª rõ.

3ª rõ.

Quõ. 19. obiectio pꝛima.

obieº 2ª

mus deum: ⁊ hoc est intelligere per essentiaꝫ. nulla autē aīa nec ꝓiuncta nec seperata natura est in potentia ad intelligē dum deum per essentiam: qz intellectui nostro solum fuit data capacitas naturalr ad intelligenda ea que sunt infra ipꝫ s.entia naturalia. ¶ Si aūt dicas quomodo ergo beati deuꝫ intelligent. ¶ Respondeř ꝙ deus dat intellectui beatorum capacitatem quādam ad intelligendum ipsum: ⁊ ista capacitas datur ſm quātitatem meritoꝝ. Et ad hanc ꝓprie ptinet ꝓmium substātiale: ⁊ sic virgo maria qz pluſqꝫ aliquis beatus meruit maiorem capacitateꝫ recipit: quare plura de deo intelliget ⁊ acutius: ⁊ licet nullus beatꝰ tātū intelligat quātum ipsa: tamē non tollitur beatitudo eius: quia non est in potētia ad intelligenda plͣa. Jdeo quilibet cōpletus est. Si tamē aliquis haberet capacitatem in certo gradu: ⁊ deꝰ impediret aliquo tēpore vel instāti nature tñ intelligeret quātum intelligere poterat: tunc nō esset ſpiritus ille beatus: qa esset in potentia ſm capacitateꝫ datam ad intelligenda plͣa de deo: donec rediret ad intelligendū ſm totaꝫ capacitatem suaꝫ. ¶ Et quādo arguebatur ꝙ omnes anime sunt eiusdē rationis. ergo sic est in potētia ad intelligere intellectus meus sicut intellectus beate virginis. ¶ Respondeř ꝙ capacitas que consequitur naturam equalis est in omnibus ſpiritibus vt quibus placet: licet nō sit verum: ideo ſm hoc beati quātumcunqꝫ minimi sunt in potētia naturaliter ad intelligenda omnia entia naturalia. ergo omnes ea ibi equaliter intelligent. Sed capacitas ſm quā beati recipiūt deuꝫ vel cognoscunt supernaturalis est quare nō est eadeꝫ in omnibꝰ ſpiritibus eiusdeꝫ rationis: quia idētitas rationis ad naturā specificam pertinet. ¶ Unde dico ꝙ si aliqua anima nunc existens in coꝛpore seperetur: ⁊ poneret in celo empireo apud animam beati petri vel aliqua de inferno: ⁊ permitteret eas deus in puris naturalibus sicut nunc sunt nec deū viderēt nec beate essent donec supernaturaliter aliqua eis ꝓcederet capacitas. ¶ Dicēduꝫ ergo ad ꝓsens ꝙ in patria manebit cognitio perfecta in nobis omniuꝫ que humana cognitione vel arte cognosci possunt. s. cognitio naturaliū mathematicoꝝ: ⁊ metaphiſicoꝝ: ⁊ ſermocinaliū: ⁊ cognitio multoꝝ occultoruꝫ in natura que in via cognoscere non possumus. ¶ Et quādo dicitur ꝙ sciētia sacre scripture manet in celis ⁊ videtur negare ꝙ scientie alie maneant. Dico ꝙ non dicit illud de omni sciētia. Sed de quibusdam falſis vanitatibus quas hic hoies diligenter inuestigant vt fabuloſe narrationes vel alia que non existunt que tamē nos exñtia dicimus ⁊ de istis dicit apostolus. ỹ. ad thimo. iiỹ. c. Semper discētes ⁊ nunqꝫ ad scientiaꝫ veritatis peruenientes: ⁊ hoc est quia volunt studere circa falſa. vnde sequeř quēadmodum Jamnes ⁊ mābre restiterunt moyſi: ita ⁊ isti reſistunt veritati. ſz etiam dicitur. ỹ. ad thimo. iiỹ. c. ⁊ erit tempus cuꝫ sacram doctrinam non ſustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magiſtros ꝓrientes auribus a veritate quidez auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. ¶ Jste autez falſe cognitiones non manebunt in patria: quia ibi veritatem solam sciemus: falſa autez nulla erunt. recordabimur tamen nos errauisse sic vel sic opinantes: ⁊ isto modo etiā cōfictas fabulas non obliuiſcemur. ¶ Uel potest aliter intelligi. s. ꝙ scientia sacrarum scripturaꝝ manet in celo: quia ea que per sacram scripturam scimus. in celo experiemur. s. addiſcimus per eam quomodo beati vidēt deuꝫ: ita ibi videbimus: quod ergo addiſcimus ibi facimus vel recipimus. Sed non est sic de aliis artibus: quia que scimus per geometriaꝫ vel pbiam nec ibi facimus nec recipimus: ideo alie scientie ꝓter sacrā scripturam nō manent in celo: verum est quātum ad hoc ꝙ faciamus aliquid qō per eas cognoscimus. Sed bene quantum ad habitum: ⁊ in actu perfectiori ⁊ acutori. ⌊ obuiꝫ te manibus recipiaꝫ ⌋ .i. qñ sciuero ꝙ venis ego exibo ad te recipiendum obuiꝫ manibus ad amplexandu: ⁊ in hoſpitiū deducendum. Et illud est quartum alicitiuuꝫ. s. hoſpitis vanitas. ⌊ vt ꝛepte aliquid de hermagoꝛe tumiditate ⌋ .i. inflatione vel ꝓsumptuoſa ſuperbia. ⌊ effundā quicquid que sieris tecuꝫ scire conabor ⌋ .i. laborabo tecum vt sciam: nō dixit quicqd quesieris: ego demonſtrabo vel ego respondebo. Sed scire conabor: qō ptinet ad discipulos proficere cupientes: ⁊ non ad iam doctos ⁊ magiſtros. ¶ Hermagoras antiquiſſimus fere rhetoricus ſub Artaxerxe. ỹ. rege perſarum anno a creatione mundi. 4810. floruit. de quo Tulius in libro primo rhetoꝛice veteris. iſte Hermagoꝛas: ⁊ gorgias leontinus dixerunt ꝙ ꝓfectus rhetoricus omnia scire debebat: vt ꝓꝫ per Tulium ibidem. de hoc Hermagoꝛa Ualerius ait. Hermagoꝛas primuꝫ se obtulit de omnibus queſtiōibus reſponſurū quem ciues ſui in tanta veneratiōe tenuerūt quā tam phebi oracula merebanř. Jſte ergo valde tumidus eratꝫ qz omnia se scire iactabat hāc tumiditatē vel ꝓſumptionēꝫ euitat Hieron. formam socij colaboꝛantis ⁊ nō magiſtri docentis aſſumens. ⌊ ⁊ vt inepte aliquid ⌋ .i. ignoꝛāter vel nō multum bene dicam. tantū se humiliat Hieronymus quod non ſolum putat esse ineptum dicere: ꝙ respondebit ad omnes queſtiones: ſicut dixit Hermagoꝛas: ſed etiam dicendo ꝙ conaretur inquirere veritatem: in qualibet queſtiōe quaꝫ Paulinus vellet. ⌊ de hermagoꝛe tumiditate ⌋ .i. ſupba ꝓſumptione. ⌊ effundam ⌋ .i. dicam.

Qō. xx. Qūo beati deuꝫ itelligūt

Dubitatio q̄ oritur exca ſu poſito ⁊ ſoluitur.

Rō Ad. ꝑam obiectionem in ꝑmiſs dubijs.

Qō. xxj. Determiatio qōis q̄ ꝓmo ꝓpoſita est.

In ꝑria recordabimur erroꝛuꝫ nr̄oꝛuꝫ. Alia ex ꝑō qua explicař quō sac. ſcriptura mānet in celo.

¶ Capitulus Octauus.

HAbes hic amantiſſimuꝫ tui fratreꝫ Eusebium qui litterarū tuaruꝫ mihi gratiaꝫ duplicauit: referens honeſtatem moꝛū tuoꝛum contēptuꝫ ſeculi: fidem amicitie: amoꝛeꝫ xpi. Nam ꝓdentiam ⁊ eloquij venuſtatē: etiam absqꝫ illo ipſa epͣa ꝓferebat.

HAbes hic. Dic ponř octauū ⁊ vltimum capitulū. Jn quo ꝑ ponit ſextū alicitiuuꝫ ad veniendu. Secūdo ponit concluſionem: ſiue ꝓncipale intētum. Secūda ibi. ⌊ feſtina queſo. Circa ꝑm. ⌊ hēs hic amantiſſimum fratrē tuū Euſebiuꝫ ⌋ .i. Euſebius nō erat carnaliſ frater paulini: ſz ſic diligebat ac ſi eēt frater eius: ⁊ ſtabat Euſebius cū beato Hiero. vt addiſceret ſacram ſcripturam. ⌊ qui litterarum tuaꝝ mihi gr̄am duplicauit ⌋ .i. qñ ego recepi lr̄as a te gauiſus ſuꝫ: cū Euſebius de te multa mihi narrauit: qō est duplicare gr̄am litteraꝝ. i. facere ꝙ acceptabiliores sint. ⌊ Referens honeſtatē moꝝ tuorum ⌋ . quātum ad cautelā maloꝝ. ⌊ ꝓtēptum ſeculi ⌋ . q non ad incipiētes. Sed ad ſatis ꝓficientes ptinet. ⌊ fidem amicitie ⌋ .i. fidelitatē cū amicis. ⌊ amoꝛē xpi ⌋ .i. ꝙ valde erat deſiderium tuū ad xpm. s. vt pfecte ei ſeruias. ⌊ nā ꝓdentiā ⁊ eloquij venuſtatē absqꝫ illo tua epͣa ꝑferebat ⌋ .i. demonſtrabat. q. d. Euſebius ēt laudauit ꝓdentiā tuam. ⁊ verboꝛum venuſtatē. Sed ēt si ipſe non laudaſſet ipſa tua epͣa ſaꝫ demonſtrabat. ¶ Uenuſtas v̄boꝝ dī verboruꝫ oꝛnata ⁊ cōueniens diſpō que vocař eloquētia: ꝓdentia dicit recta ratio vel moderatio per quā eloquētia moderari dz: qz vt ait Tullius in ꝓlogo ꝓmi libꝛi rhetoꝛice veteris. Eloquentia ſi non recta ratione gubernetur multoꝝ maloruꝫ cauſa est. ⌊ nam multe v̄bes ꝓpter eloquentiaꝫ deſtructe ſunt ⌋ . ꝓdentia autem in eloquente iudicat: qd vbi: ⁊ cui dicēduꝫ ſit: ⁊ facit graues ⁊matur as ſentētias. Si aūt eloquentia ſiue ꝓdentia ſit. verba ſine ſenſu ſunt. Hec autez patebat: qz in epͣa quam Paulinus ad Hieronimū deſtinauerat: nihil diminutum nihilqꝫ ſuperfluuꝫ: ſed ſingula verba cū ponderē ſententie erant quod perfectiſſimis conuenit oꝛatoꝛibus.

¶ Feſtina queſo te: ⁊ herenti in ſalo nauicule funem magis ꝓſcinde q̄ ſolue. Nemo renūciaturus ſeculo bene poteſt vendere: que contēpſit vt venderet. Quicquid in ſumptus de tuo tuleris, ꝓ lucro computa. Antiquū dictuꝫ est. Auaro deeſt tam qō dz q̄ qō non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est. Jnfidelis autem etiam obolo indiget. Sic viuamus quaſi nihil hñtes: ⁊ omnia poſſidentes. Uictus atqꝫ veſtitus diuitie chr̄iſtianoꝝ ſunt. Si habes in ptāte rem tuā vende: ſi non hēs ꝓuiſce. Tolleti tunicā: ⁊ pallū relinqndū est. ſ. niſi tu ſemp recraſtinans. ⁊ die de die trahens catue ⁊ pedetim tuas poſſeſſiūculas vēdideris non dz xps vnde alat paupes ſuos. Totū deo dedit q ſe obtulit. Apli tñ nauē ⁊ rhetia reliquerūt

2. corin. 6.

Mat. 5. g.

Vidua duo era misit in gazophylaciū: ꝓfert̄ur ereſi diuitijs: Facile contēnit omnia qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.

¶ ⁊ feſtina queſo ⁊. hic ponitur pars tertia ⁊ principalis epl̄e ſ. concluſio in qua dicit paulinū debere ad ſe venire. ⁊ inuitat ad duo. ſ. ad vitanda mundi pericula. Scōm ad abꝺiēda rerum retinacula. ibi nemo renūciaturus. ⁊ feſtina queſo te. i. rogo te ꝙ feſtines venīre relictis ſecularibus negocijs. ⁊ herēti in ſalo nauicule funē magis ꝓſcinde q̄ ſolue ⁊. ponitur metaphora de nauicula: que heret. i. adheret ſalo. i. in mari. i. q̄cūq; naticula videtur alicui ꝑti in mari adhere re in qua piclitari pōt ne retineat ibi: funis quo ligatur ſcin dendus eſt nec expectandū eſt vt ſoluat̄ funis: q; in ſoluen do mora ꝛbitur: ⁊ periclitari poſſent naute. Si aut̄ ꝓſcin datur hoc cito fiet ⁊ nō periclitabunt. Sic eſt de eo q tenet curis mundanis ligatus nec frugē vite melioris ingrit: non ꝺz expectare vt omnia negocia ꝓſpere expediat: q; poteſt ſe qui in tanta mora periculā. ſed magis ꝓſcindat curas a ſe abꝺiendo: vt ꝓz imediate. ⁊ nemo renūciaturus ⁊. hic ponitur ſcōm. ſ. imutatio ad abꝺicienda rer̄ retinacula. Et q; ſūt duo retinacula que retardāt renunciatuꝝ ſeculo. ſ. timor penurie: ⁊ amor pecunie. amor pecunie conſiderat circa tria. ſ. in venditionis rer̄ retardatione: ⁊ ſollicitudine in ꝓtentiōe repetitione: ⁊ in alienandi voluntate retardante: ꝑmum ex cludit Hieron. cū dicit. ⁊ nemo renūciaturus ſeculo ⁊. i. qui ꝓpoſuit firmiter renūciare ſeculo. ⁊ pōt bene vendere que contēpſit ⁊. poteſt accipi bene. i. licite vel honeſte: ita ꝙ non cōueniat renūcianti ſeculo vēdere res: q; in emēdo ⁊ vendē do cupiditas vel dolus intercidit: vt ꝓz eccle. xxvij. ſicut in medio cōpaginis lapiduz palus figit: ſic intermediū ēptio nis ⁊ venditionis angustiabit anima peccātis. ¶ Vel me lius nō poteſt bene vendere. i. vendere iuxta extimationem debitam: tunc enim res bene vēdi dicit: qñ datur ꝓ eo quā tum ipſa rationabiliꝫ vellet: vel forte magis: q; ꝛz leges licet ementibus ⁊ vendentibus ſe decipere infra dimidiam iuſti ꝓtij. Iſta autez venditio non poteſt ſemp fieri: ſed expecta to tempore: ⁊ ad hoc oportet moram intercidere: ⁊ hoc non conuenit volenti ſeculo renūciare: ideo nō poteſt bene vēde re. i. dare res ꝓ rationabili ꝓtio: ſed vt cito vendat oporꝛ tet dare ꝓ minori ꝑtio: ⁊ ſic male vendit res. ⁊ que ꝓtēpſit vt venderēt ⁊. qui enim res ſuas bene vēdere vult: nō contē nit eas: q; maius vel equale recipere intendit: ⁊ magis ſibi conueniens. qui autez contēpſit res non aꝓtiat eas. ergo non deſiderat ꝓ eis equale vel maius cuz omnia mūdana ꝓtēnat. q̄ nec bene vēdere poteſt: q; cuz nō diligat ꝓtiū nō expectabit tēporis lapſum. vt carius vendat. ⁊ qcqd de tuo ⁊. hic excludit reſponſionem quam dare poſſet paulinus. ſ. q non tardabat vendere vt maius ꝓtium diligeret: ſed q; vo lebat ad ſuam neceſſitatem. ⁊ vel in elemoſynas pauperū ⁊. excludit neceſſitatem ꝓpriam dicens. ⁊ qcquid in ſumptus de tuo tuleris in lucrum computa ⁊. i. non debes multum cu rare: vt inde ſumptus habeas: quia poſtq̄ voluntate tua re bus renūciaſti nihil habes in eis. ſi autem poſtea modicum ſiue multū inde acceperis in ſumptus vite tue quātulūcūq; illud ſit: credas te illud lucrari: quaſi nihil haberes in eo cui renunciaueras. ⁊ antique dictum eſt ⁊. Dic alicit paulinum vt modicum de rebus ſuis in ſumptus accipiat: quia ſi accipe re deſiderat non contētabitur. ergo vel quātumcūq; modi cum ei ſufficit: quia non cupit vel nihil quātumcūq; magnū ſit: quia diuitie non ſaciant mentem cupientez: ⁊ inducit ad hoc dictum antiquū. ⁊. auaro deeſt ⁊. i. deficit. ⁊ tam qō ha bet tam quod non habet ⁊. quia quod nō habet cupit putaꝫ eſſe neceſſarium. id autem quod habet tangere non audet: ne deficiat. Ideo q; illo vti nō poteſt tantum eo indiget quā tum ſi nō poſſideret: ⁊ ſic dicitur eccle. ſ°. c. auarus non im plebitur pecunijs: ⁊ ꝓuer. ꝓj. Alij diuidunt ꝓpria ⁊ di tiores fiunt alij rapiunt aliena: ⁊ ſemper in egeſtate ſunt. ⁊ credenti totus mundus ⁊. hic docet eſſe confidendum in dño: ⁊ ipſe nos enutriet. ¶ Et non vocat credentem eū qui habet fidem catholicam: quia multi catholici auari ſunt. Sz vocatur credens. ſ. confidens in domino: quia nihil ei deffi ciet etiam ſi relinquat omnia ꝓpter chriſtum. ⁊ totus mun dus diuitiarum eſt ⁊. i. in toto mundo habet ita ꝙ vbicunq; fuerit nihil deficiet ei. ſicut qui in toto mundo diuitias ha beret, ⁊ ſic dixit chriſtus apoſtolis Luc. xxij. Quando miſi vos ſine ſaculo ⁊pera: ⁊ calciamentis nūquid aliquid ō fuit vobis. At illi dixerunt. Nihil non eſt ergo timenda penuria expenſarum: quia vbiq; habent qui relinquūt ꝓpter xp̄m. ⁊ Infidelis autem ⁊. i. qui non confidit in domino: ſed putat ſe in diuitijs ſaciandū. ⁊ etiam obolo indiget ⁊. i. etiam mini mis rebus indiget tanq̄ nihil habens. qui autem confidūt in domino. ſunt tanq̄ nihil habentes: ſed multos locuple tantes: vt patet. ij. corinthio. vj. c. ⁊ Sic viuamus: quaſi nihil habentes: ⁊ omnia poſſidentes ⁊. poteſt intelligi de multuz diuite: ſic nos habentes omnia vel poſſidentes omnia. ſ. val de multa viuamus tanq̄ nihil habentes. i. non faciam⁹ ma iorem curaz de diuitijs: vel non magis delectemur in eis q̄ ſi nihil haberemus. Iſte ſenſus ſatis verus eſt: ⁊ conueniēs littere: ſed non intendit iſtum Hieronymus: quia ipſe redu cit iſtam auctoritatem ad ſe ⁊ ad Paulinum: ſed ipſi pau peres erant: vt patet. poteſt autem intelligi de eo qui ꝓpꝛius nihil poſſidet: nec etiam vnum obolum ſed quicquid accipit ad neceſſitatem mendicat. ⁊ iſtam intentionem ſequit̄ apo ſtolus. ij. cozin. vj. vbi ponit iſtam auctoritatem de ſe ⁊ alijs apoſtolis qui nihil penitus poſſidebant ambulantes ſine ſa culo ⁊ pera iuxta doctrinaz chriſti. Luc. x. capi. ⁊ omnia poſ ſidentes. i. ita contenti: ⁊ magis q̄ſi omnia poſſideremus. Vel poteſt intelligi de illis qui pauca habent non ſufficien tia ſibi: ſed confidentes in domino. omnia neceſſaria acquiꝛ runt: ⁊ tunc eſt ſenſus quaſi nihil habētes. i. modica haben tes que ſunt quaſi nihil: quia nihil ⁊ inutile: vel modicum equiparantur: ⁊ omnia poſſidentes. i. in illis ita gaudemus ⁊ abundamus: quaſi ſi omnia poſſideremus. ⁊ victus atq; veſtitus diuitie ſunt chriſtianoꝝ ⁊. quaſi dicat alie gentes q̄ felicitatis terminum in iſta vita conſtituunt diuitijs abūda re volunt. chriſtiani autem qui non habent hic ciuitatez ma nentem: ſed futuraz inquirunt: vt patet ad hebreos decimo quarto capitulo tanq̄ viatores ſolo victu ⁊ veſtitu contenti eſſe debent: ⁊ iſte victus ⁊ veſtitus non curioſus: nec exqui ſitus eſſe debet: quia tunc ad victum ⁊ veſtitum nihil ſuffi ceret. ¶ Sic enim Gaius ceſar vna die centies cenauit: ⁊ in vna cena conſumpſit tributa trium prouinciarum exquiſi tiſſimis cibarijs vtendo: vt ait Seneca in libro de conſola tio. ad heſbiam. ¶ Debet autem veſtitus chriſtianorum ho neſtus eſſe. victus autem temperatus: ⁊ iſta modicum req ruunt ſi ſequamur naturaz: quia vt ait Seneca in libro de be neficijs. ſi naturam ſequeris pauco cotentus eris. ſi aūt opi nionem nullo. Natura modicum vult. opinio autem imen ſum deſiderat. Dicit ergo apoſtolus prima ad Timothe. vj. capitulo habentes alimenta: ⁊ quibus tegamur hijs contē ti ſumus. ⁊ Luc. ſeptimo capitulo. nolite ſolliciti eſſe anime veſtre quid māducabimus aut quo operiemur ⁊c. ⁊ Si ha bes in poteſtate tua rem vende ⁊. Supra dixerat ꝙ renūcia turus ſeculo non poteſt vendere bene. i. pro pretio ratione abili: poteſt tamen aliqualiter vendere: ideo dicitur. ⁊ Si ha beo rem tuam in ptāte vende ⁊. i. ſi habes res tuas in prom ptu vt velociter vendere poſſis vende. ⁊ Si autem non ha bes proꝛce ⁊. i. ſi non habes in poteſtate: ſed forte ab alio de tinentur: ⁊ oporteret primo litigare magis valet proꝛcere. i. dimittere eas perdi. Et talem breuem ⁊ in dilatam venditio nem chriſtus conſuluit Matthe. decimotertio capitulo. Si vis eſſe perfectus vade ⁊ vende vniuerſa que habes. ⁊ tol lenti tunicam ⁊. hic prohibet ſecūdum: ſcilicet contentioſaz repetitionem. i. ſi forte aliquis detinet rem tuam noli conten dere in iudicio: ſed dimitte. ⁊ quia tollenti tunicam pallium relinquendum eſt ⁊. Non eſt ſic intelligendum ꝙ pallium relinquere debeamus. Sed ꝙ ſi aliquis tollat tunicaz ante debemus dimittere pallium ⁊ omnia alia poſſeſſa q̄ iudicio contendere: ⁊ ſic intelligitur illud. Si aliquis percuſſerit te in vna maxilla prebe ei ⁊ alteram: non ꝙ prebenda ſit: quia occaſio mali eſſet aliquando: ſed ꝙ ita paratus eſſe debet il le qui percutit in vna maxilla: ꝙ ante conſentiat percuti in alia maxillia q̄ ſe vendicare: vel maluz verbum reſpondere. ¶ Licet tamen aliquibus in iudicio contendere pro rebus ſuis petendo vel defendēdo: vt ponitur in glo. ordinaria pri me ad cozinthi. vj. in quibuſdam verſibus. ¶ Expedit infir mis: licet abſq; dolo ſine lite. ¶ Prelatis licet: hoc non ex pedit anachorite. ⁊ niſi tu ſemper recraſtinano ⁊. hic exclu ditur ſcōm quod ſupra ponebatur: ſcilicet ꝙ non liceret di latare venditionem vt carius vendat ad dandum pauperi bus. ⁊ niſi tu ſemper recraſtinano ⁊. i. expectans vnuz craz

Pulcherima cōparatō A.

B

C

D

E

F

Quedā Senece dcā lepi diſſima.

Quō in telligi ſi aliqs pcuſſerit te in vna maxilla prebe ei al teram.

ꝛ deinde aliud vt melius vẽdas ꝛ die de die trahes.i. extendes.s.expectas aliũ ꝛ aliũ diez sp dilatando.⌊ non hꝫ xp̃s vñ suos alat paupereꝫ ⌋.q̃si dicat si sic esset ꝙ pauperes xpi sustentari non possent nisi tu dilatares tempus ad vendendum: ꝛ non haberet christus vnde pasceret ꝯ pauperes tunc debes expectare. Sed etiam si tu nõ expectes christus aliunde suis pauperibus prouidebit. ¶ Et ex hoc videtur ꝙ si aliquis proposuit deo seruire in totali paupertate abrenunciato seculo: ꝛ ex alia parte occurrunt sibi magni reddi tus in seculo: in quibus existimat ꝙ posset multum pauperibus prodesse: ꝛ videt ꝙ si ipse nõ acceptat illos recipiet eos aliquis pessimus qui totos in vsus nequissimos deuastabit potius debet intrare religionem relictis pauperibus q̃ꝫ manere in seculo in vita laxiori ꝓperibus prouidendo: q; etiaꝫ si iste non prouideat deus aliunde prouidebit. ⌊ pauperes suos ⌋.dicuntur esse pauperes christi: quia in eius custodia specialiter derelicti sunt cum non habeant alium auditorez: ꝛ sic dicitur.psal.9.tibi derelictus est pauper ꝛ orphano tu eris adiutor. ⌊ caute ⌋.i.expectato tempore ꝛ loco opportuno. ⌊ pededẽtim ⌋.i. paulatiue: quia multe possessiones non possunt cito bene vendi. ⌊ possessiunculaſ vendideris ⌋. Nõ vocat possessiunculas: ita ꝙ possessiões paulini parue eẽnt: sed quia diminutiua semper dicunt diminutionem vel in re vel in pretio: ideo licet possessiones paulini valde magne essent: quia tamen ꝼm rei veritatem omnia que possidenẽ modicũ valẽt nisi ex hominũ opione: iõ diminutas eas facit: vt doceat esse contemnendas. ⌊ totuꝫ deo dedit ⌋.i.omnes res possessas ꝛ possidendas. ⌊ qui se deo obtulit ⌋.s. abrenũciãs omnibus rebus ꝛ seculo: vt in paupertate christum pauperem ꝓsequatur: non multũ dat qui in seculo manens: ꝛ diuitꝫ ꝛ delitꝫ.moderate vtens per temporum cursus magnas diuitias ꝓpter christum pauperibus erogat: q; semper plures sibi retinuit ꝛ voluntatem possidendi: qui autem in paupertatis habitu deo seruire desiderat multuꝫ deo dat: quia se totum dat ꝛ voluntatem suam que maior toto mundo est: ꝛ reliquit omne desiderium possidendi ꝓpter christum. ¶ Non enim multum deus respicit ꝙ aliquis det milia vel duo millia. animus enim est maior. modicus enim animi feruor in dante maximam donorum quantitatẽ excedit. ¶ Unde magis acceptat: ꝙ aliquis qui vult ad paupertatis religionem transire dimittat res suas perdi: vel quia detinentur ab alĩs: ꝛ non vult contendere vel quia ad vendendum moram dilationis exigunt: vt tempore quo contendere vel vendere, debebat domino in paupertate seruiat: q̃ꝫ ꝙ ad vendendum vel conteñendũ expectet: ꝛ deinde multis millibus in cibos pauperuꝫ distributis ad habitũ transeat paupertaꝫ. Petrus enim ꝛ alĩ apostoli paucas possessiones ꝓ christo reliquerant: sed audacter loquebantur dicentes. Ecce nos reliquimus omnia ꝛ secuti sumus te: quid ergo erit nobis. vt patet Matthe.iiij.c. ⌊ apostoli tm̃ retia ꝛ naues reliquerant ⌋.s. Petrus ꝛ Andreas: Joannes ꝛ Jacobus: vt patet Matthe.iiij. ꝛ Luc.qnto.c. ⌊ vidua quoꝫ era duo mittit in gazophylatium ⌋. De hoc habetur luc. vigesimoprimo capl'o. de vidua quam dominus vidit offerrentez duo minuta era. diuites autem magna munera offerebant: sed vidua magis laudata est. Dicitur gazophilatium. archa vel locus i quo reponiẽ thesaurus: ꝛ sic sunt in ecclesijs quedaꝫ arche desuper parua habentes foramina per que offerrentes denarios demittunt ad fabricam vel necessitates ecclesiarum. Et in templo erãt gazophilatia vt pecunia ibi poneretur ad sarcienda tecta templi. ¶ Aliquãdo accipitur gazophilatium: ꝛ dicitur camera: vel palatium: in quo seruatur illa archa: ꝛ sic in edificatiõe templi quod describit Ezechiel.xlj.c.xl.vsq; ad.xlvij.ponitur structura vl' edificatio gazophiliatij. Et isto modo accipitur. Jo.viij.c. vbi dicitur hec autez verba loquutus est Jesus in gazophilatio. Et dicitur gazophilatium de gaza ꝛ philaxe: quod est seruare: quia ibi gaze.i. diuitie conseruãtur. ⌊ ꝛ tamen prefertur cresi diuitꝫ ⌋. cresus fuit rex lidorum: pecuniarum abundantissimus qui multas gentes sceptro regebat. fuitq; anno ab orbe condito. 4670. contra quem cyrus rex persarum qui iudeis licentiam dedit redeũdi de babylonica captiuitate sepe pugnauit ꝛ eum vicit: vt per galterum alexandreidis libro secũdo in fine. De hoc narrat quoddaꝫ mirabile solinus in polistor.c.primo. cuꝫ victor cyrus intrasset sardis asie oppidum vbi tunc cresus latebat

Cresus.

Solinꝰ

atis filius regis mutus ad id vsq; ad tẽporis in vocem erupit vi timoris exclamasse dicitur parce patri meo cyre ꝛ hominem te esse vel casibus nostris disce. ¶ Et non est intelligendum ꝙ christus compauerit viduam cresi: quia in toto euangelio non fecit de cresi mentionem christus: nec etiam aliquid obtulit vt vidua ei comparari potuerit. Sed est sensus ꝙ illa vidua paupercula magꝭ deo placuit ex feruore charitatis in dando q̃ꝫ placebant alĩ diuites etiaꝫ si obtulissent diuitias cresi que maxime erãt aliqui textus habent. ⌊ crassi diuitꝫ ⌋. Fuit enim crassus multuꝫ diues inter romanos ꝛ cupidus ante christuꝫ natus fere ãno quinquagesimo. cũ Pompeius esset consul romanus: qui cum esset prefectus syrie ꝛ mitteretur contra pthos introiuit in templum hierusalem: ꝛ tulit inde omnia vasa sanctuarij̃ aurea ꝛ argentea: quasi duorum millium talentorum qui cum Romã veniret ex decreto senatus morti adiudicatus est: quia vasa abstulit a quibus Põpeius victor ꝛ intrans templum abstinuerat ꝛ cassius auruꝫ liquefecit: quod in gutura crassi ifudit dicẽs crasse: aurum sitisti: aurum bibe: ꝛ sic mortuus est: vt ait lucas tuden. in cronicis. ⌊ facile cotẽnit ⌋. Hic excludit pecuniarum amorem: ꝛ hic tantum facit paulinum contra tẽtationes philargirie: quia postq̃ aliquiſ seculo abrenunciauit subit animũ pecuniarum relictarum cupiditas: ꝛ secularis honoris desiderium: contra quas passiones fortiter cõfligẽdum est mortem ad memoriam reuocando: ꝛ quomodo per mortem omnia relinquũtur. ideo dicitur. ⌊ facile contemnit omnia q se cogitat esse moriturum ⌋.i. non est difficile cõtra diuitiarum desiderium purgare si mortem ad memoriam reducamus: ꝛ ista cogitatio conuenit eis qui nondum ad perfectionis statuꝫ deuenerunt qui magis timore q̃ꝫ amore moueantur: quia sic mouit beatus Joãnes quosdam discipulos suos: qui relicto seculo post redire cupiebãt q excitauit quẽdam iuuenem mortuum: ꝛ dixit eis mala que recupabant ꝛ bona que perdebant: gaudiuꝫ demonum: ꝛ tristitiam angelorum de eorum reditu ad seculum: ꝛ sic humiliter veniam implorantes ad priorem bonum redierunt: perfecti autẽ viri amorem christi contra omnes tentationes pro defensiõe habent. Sic enim dicebat apostolus omnia reputaui vt ſter cora: vt solum xp̃m lucrifacerez: vt p3 ad philippeñ. iij.c.

Filius cresi mutus loquutꝰ fuit ꝓ timore

Crassius

¶ Explicit epl'a bti hiero. p̃sbyteri ad Paulinũ p̃sbyterum.

¶ Incipit prefatio sancti Hieronymi presbyteri in Pentateuchum.



Desiderij̃ mei desideratas accepi epistolas: qui quodam presagio futurorum cum Daniele sortitus est nomẽ obsecrantis vt translatũ in latinã linguam de hebreo sermone pentateuchum vestrorũ auribus traderem.

¶ Incipit p̃fatio sancti Hieronymi p̃sbyteri in pẽtateuchũ.

Desiderii beatus Hieronimus in translatione biblie quã de hebraica lingua in latinum conuertit sermonem: omnibus libris quos transtulit prologos preposuit: qui sunt quedaꝫ epistole directe ad illos quorum precibus illos libros transferebat: ꝛ ideo in omnibus prologis de aliqua persona mẽtio fit. ¶ Declaratur etiam in istis prologis aliqua difficultas: que in ipsis libris est: vel quãtum ad moduꝫ procedendi: vel aliquod pũctum speciale vel difficultas tẽporum vel personarũ. ¶ Iste autem prologus qui dicitur epistola ad Paulinum quã adiuuante deo vt valuimus supra comẽtauimus non est prologus alicuius libri biblie: nec a Hieronimo ponitur iter prologos biblie: quia ꝼm maiorem partem posuit eos in secundo libro contra Rufinum: sed a quibusdam post in modernis biblijs positus est. Prologus ergo geneſis est iste. s. ⌊ desiderij̃ mei ⌋. Et scripsit istam prohemialem epistolaꝫ beatus Hieronymus cuidaꝫ episcopo familiari suo qui Desiderius

vocabatur qui a beato hiero. petijt vt pentateuchum moysi de hebreo in latinum transferret. Erat enim de greco in latinum translatus: et scriptorum primorũ translatorumq; imperitia: viciatus: laceratus: et detruncatus. huius precibus beatus hieronymus obtemperans pentateuchũ de hebraica veritate transtulit in latinum: cui post ad aliquales declarationem hanc prohemialem epistolam assignauit. ¶ Et qr ħ omniũ prologorum initiũ est. ideo notandũ q̃ prologus prohemium. argumentum: prefatio idem significat. s. quandam prolocutionem sequentis operis declaratiuaz. ¶ Dicitur autem prologus a prothos quod est primũ: et logos qđ est sermo. q. primus sermo: quia ante totum opus ponitur: et est duplex prologus: quidam est qui est de ipso opere ab auctore positus: et sic reperiuntur duo prologi vt magis exp̃ssi in tota biblia. s. in euangelio Luce: et incipit prologus. ⌊ qñ quidem multi ⌋. et durat vsq; ad illam partem. ⌊ fuit in diebus herodis ⌋. Secundus prologus est in apocalypsi. et incipit apocalypsis Jesu christi: et durat vsq; ad illam partem. ⌊ Joãnes septem ecclesijs ⌋. Alij sunt prologi qui non sunt de ipso opere: sed sunt positi ab alio ad declarationem: et sic super lucam est prologus positus a beato hieronimo qui incipit. ⌊ Lucas anthiocen̄ ⌋. in apocalypsi est prologus. oẽs qui pie viuere volunt. Prohemium dicitur a prothos quod est primum: et hemi quod est sermo vel modulatio. et sic dicit Aristote. iij. rhetorico. prohemium est orationis principium: sicut prologus in poesi et in fistulatione preludium. ¶ Argumentum dicitur quasi argute. i. subtiliter factum vel inuẽtum. i. q̃ subtiliter dat intelligentiam ad cetera que in opere sequũtur. Prefatio dicitur a prefor. aris. i. ante loqui vel dicere. ¶ Diuiditur autem iste prologus in quinq; partes. prio ponit amici sui desiderij deprecationez. Secũdo ab opere retractione. ⌊ ibi periculosuz opus ⌋. Tertio ponit ad transferendus suã inductionem ibi. ⌊ q̃ autem vt audirem ⌋. quarto sui excusationem de antiquorum emendatione ibi. ⌊ quic quid igitur ⌋. Quito implorat desiderij amici sui per orationes subuentionem ibi. ⌊ nunc deprecor ⌋. Circa primũ. ⌊ desiderij mei ⌋. approbat desiderij amici sui petitionem ex trib⁹ primo ex sua nominatione: quia vocat amicum suum. ⌊ Desiderij mei ⌋. non accipitur hic hoc desiderius pro quadaz animi passione: sed declinatur desiderius. ij. est nomen cuiusdaz episcopi qui erat amicus hieronymi. ⌊ Desideratas litteras accepi ⌋. i. ego desiderabam recipere litteras ab eo ħstinatas qr amicus meus erat: et valde in suis litteris delectabar. Et est constructio: ego accepi litteras desideratas desiderij mei i. missas a desiderio amico meo: et in istis litteris continebat petitio vt pẽtateuchuz de hebreo in latinũ verteret eloquiũ. ⌊ qui quodam presagio ⌋. hic ponit ꝼm quare approbat desiderij petionez. s. nominis prefiguratio. s. quia vocabatur desiderius. ⌊ qui quodam presagio futurorum cuz daniele nomen sortitus est ⌋. i. iste desiderius amicus habuit nomen sicut daniel a voluntate dei sic impositum. propter futuꝝ euẽtum. i. q̃ sicut daniel vocatus fuit vir desideriorum: vt patet dani. xx. c. quia desiderabat scire secreta liberationis populi sui et messie: ita iste episcopus habuit nomen cum daniele. i. sicut Daniel q̃ vocatus fuit desiderius. ⌊ quodam presagio futurorum ⌋. i. a diuina volũtate. s. a diuina voluntate predicente. vel ãnunciante futura. presagiũ diuinatio dicitur: vel p̃nũciatio: et ista respiciebat futura. s. q̃ õn frustra vel a casu istud nomen desiderius ei impositum est: sed presagio futurorum. i. propter futura que a deo demonstrabantur. s. q̃ sic Daniel desiderauit scire secreta et vir desideriorũz dictus est ita iste episcopus. Quia deus nouerat q̃ desideratiti⁹ erat vt pẽtateuchus de hebreo in latinuz verteretur: ideo eum fecit habere nomen desiderius. et in hoc non modicam auctoritatem attribuit hierony. translationi isti dicens: q̃ a deo p̃ nunciata fuerat in nomine illius qui desiderius dictus est. ⌊ obsecrantis ⌋. i. desiderij obsecrãtis: et potest sic resumi constructio. ⌊ accepi litteras ħsideratas desiderij mei ⌋. i. desiderij amici mei. ⌊ obsecrantis ⌋. i. qui obsecrabatur. s. vt transferrem pentateuchum de hebreo in latinum. qui. s. desiderius. ⌊ sortitus est nomen cum daniele ⌋. i. habuit nomen sicut daniel. ⌊ quodam presagio futurorum ⌋. i. a diuina volũtate reuelante vel prenunciante futura. ⌊ vt translatum ⌋. hic ponitur tertium quare approbat petitio desiderij. s. q̃ pro cõmuni vtilitate omnium ecclesiarum petebat. ¶ Est aũt ista petitio. s. vt hieronymus transferret pẽtateuchuz de hebreo in latinum. Erant autem tunc multe translationes biblie in latino: sed erant facte de greco et non de hebreo. Et quia biblia greca fuit scripta: a. lxx. interpretibus qui aliquid in littera imutauerunt addiderũt: et diminuerunt: ideo nulla trãslatio latina hebraice vitatj totaliter consonabat: quare hebrei nostram bibliam irridebant tãq; ab imperitis scriptoribus vitiataz. Et nos non poteramus contra eos arguere in multis punctis fidei: quia sua littera a nostra multuz disonabat: construe supple obsecrabat desiderius. ⌊ vt traderez pẽtateuchum ⌋. i. quinq; libros moysi. ⌊ translatum de hebreo sermone in linguaz latinam ⌋. s. imediate: ita q̃ non transferret de greco. ⌊ auribus nr̃oꝝ ⌋. i. latinorum.

¶ Periculosum opus certe et obtrectatoꝝ meorum latratibus patens: qui me asserunt in septuaginta interpretum sugillationem noua pro veteribus cudere: et ita ingenium quasi vinum probãtes: cum ego sepissime testatus sim me pro virili portione in tabernaculo dei offerre que possiz nec opes alterius aliocꝝ paupertate fedari.

⌊ ¶ Periculosuz opus ⌋. hic ponitur scõz. s. rationẽ ab isto opere retrahentem. et sunt due rationes. p̃ est operis grauitas. Secũda est detractorum iniquitas ibi. ⌊ obtrectatorum meorum periculosuz opus certe ⌋. quia tante difficultatis est q̃ posset errare. Et error est hic magis periculosus q̃z i alijs operibus. Alia enim opera nõ sunt canonica que doctores agunt: ideo si aliquid contra rationem dicant: licet eis non consentire: sed refutare. Sacre autem scripture nullo modo licet contra ire: quia excedit humanuz ingenium eius veritas cum spiritu sancto dictante condita sit de quo multa diximus deutorono. iij. c. Est autem facile errare in translatione: et si erraretur acciperemus et firmiter crederemus illud sicut scriptum erat. et ħ est omnium periculorum maximum s. errare in fidei fundamento. Sed hoc deus nunq̃z permitteret: quia ipse dixit Petro q̃ fides sua. i. fides ecclesie nũq̃z deficere nec errare potest: vt patet Luce. xxij. c. et in capitulo maiores. extra de baptismo et eius effectu. Aliqui autẽ qui hebraicam linguam non nouerunt putant facile esse transferre de hebreo in latinum quasi si quis transferat de latina in cõmune vulgare. Sed valde difficile est propter quasdaz difficiles sentẽtias et punctuationes: et maxime in nominibus proprijs fluminũ: auium: animalium: gentium vel terrarum que ipsi hebrei ignorant quid vocẽtur in lingua materna. ⌊ et obtrectatorum meorũ latratibus patens ⌋. Istud est secũdum retractiuuz. s. quia obtrectatores. i. detractores. siue murmuratores magnum locum apertum maledicendi habebant. Comparat autez murmuratores canibus: quia sicut canes contra omnes incognitos latrant nulla facta differentia an boni vel mali sint. Ita detractores irrationabil'r bene dicta deprauant et detrahendo lacerant: que ignorant. et est triplex eorum malignitas. primo q̃ benedicta depuãt: vt dictum est. secundo q̃ bona que dicuntur ab aliquo interpretantur ex mala intentione dicta esse: licet ipsa asserãt vera esse: et hoc inuit beatus hiero. dicens. ⌊ qui me asserunt in septuaginta interpretum sugillationem noua pro veteribus cudere ⌋. i. q̃ isti detractores dicũt q̃ ista translatio quã facio est ad contenendum. lxx. interpretes. s. vt ego demonstrem eos non bene dicere: sed non est ista intẽtio mea: quia non intendo aliquẽ de veteribus dãnare: et dicebant hoc detractores: quia hieronymus volebat trãsferre ꝼm litterã hebraicam. Interpretes autem deuiauerunt a littera hebraica ideo videbatur hieronym⁹ velle eos corrigere vel reprobare: et dicitur sugillatio. condẽnatio vel strangulatio. ⌊ noua pro veteribus cudere ⌋. dicitur cudere fabricare vel formare siue figurare: et pertinet ad monetã: et sic dicebant detractores q̃ hieronymus volebat loco veterum scripturarũ. i. trãslationis facte a septuaginta interpretibus formare nouam translationem. s. vt non reciperet antiqua translatio. ⌊ ita ingenium ꝓbantes ⌋. Tertio demonstrat eorum malignitatẽ qr ex inuidia dicebãt antiquos modernis preferẽdos: et modernorum ingenia nihil valere. ⌊ ita ingeniũ vt vinum probantes ⌋. i. sicut vinuz vetus melius est q̃z nouũ: ita isti dicebant q̃ antiqua ingenia magna erant: moderna autẽ nihil valent

Diuersitas plogorum

Argumẽtũ

Prefatio.

nõ

A Cursit difficile transferre de hebreo i latinum.

pulchẽ cõpatio murmurantiuz ad cães

triplex õtractoruz malignitas.

ret mihi vero postq̄ peccauit homo: nocet ei mordendo: ꝛ morte inferendo. Jdeo vī q̄ inferre opus inimiciciarum vñ ſm veritatē iſta maledictio inq̄ſtū maledictio eſt nō eſt ſpen tis: ſed hominis q̄ deus cōſtituit ſpentē vt homini valde noceat: ꝛ hoc rectiſſime: q̄ in quo quis peccat puniri debet: ſz homo ſuggerēte diabolo per ſerpētē peccauit ſō pro pecca to tradit diabolo puniēdus poſt mortē. Jn uita āt tradit ſer penti vt ei magis noceat q̄z cetera aialia: ꝛ hoc exigit recti tudo diuine iuſticie: vt peccans p ſerpētē in ſpente: ꝛ a ſpen te torqueat. Sz inq̄ſtū videt iſta eē maledictio mulieris. ni chil aliud eſt niſi ad cōſolationē mulieris vt putet ſpentem. puniri pro eo q̄ ei nocuit vt inſtrumētū tētationiſ ⌊ mulieri quoq; dixit. ⌋ hic punit maledictio mulieris: ꝛ ponit hic de uo maledictiōes eo ordine quo peccatū iniciatū eſt. ꝑmo .n. diabolus elegit hominē ad malū ꝓſuadē. Scōo femia cōſen ſit. Tertio vir comedit ſō ꝑmo diabolo pro maledictio infli git. Scōo femie. Tertio ipi ade. ⌊ multiplicabo erūnas tuaſ miſerias tuas ⌋: ꝛ iſte poſtea explicanꝫ. vel accipiūꝫ erūne i. aliqua faſtidia que ſequūtur poſt actū coitus lz actꝰ dele ctabilis ſit: q̄ paſſio inſurgit: ꝛ hoc eſt conueniēs: q̄ poſtea ponunt omnis alie miſerie per ordinē. ſ. cōceptus ꝛ ptus q̄ ſequunt poſt coitū: ꝛ pz rō q̄ ſi accipent hic erūne in cōmu ni ꝑ miſerijs: ꝛ poſt explicarent nō cōgrue ponerēt coniun ctio inter cōceptus: ꝛ erūnas: q̄ cōiunctio copulatiua diuer ſitatē ſignat copulatorū cōe aūt nō diſtinguit ꝓtra ſpālia ſua ⌊ ꝛ cōceptus tuos ⌋ vocat cōceptus tēpus quo vir geſtat fe tū in vtero vſq; ad ptū: ꝛ in hoc tpe ꝓgnātibus labores mul ti euenīūt. ſ. cibi faſtidiū. frequētia ſuſpiria tardus motus. co lor infectus. imutatio appetitus: ꝛ labor ingeſtando fetum multi duriq; dolores. ⌊ Jn dolore paries filios tuos ⌋. i. i p turientibus valde magnus dolor eſt mortiſq; ꝓpiquitas cū pturienſ q̄ſi exanimata reddit. Jſte autē dolor non fuiſſz in padiſo: q̄ nō doloris acerbitas. ſed fetus maturitas femi nea viſcera relaxaret. vt ait augu. xiiij. de ciuitate. dei ⌊ ꝛ ſub viri poteſtate eris. ⌋ hō ꝛ femia ſunt aialia naturaliter cōican tia vita ycōnomica: vt pz in ꝓio politi. ꝛ in omni ycōnomia. neceſſe eſt eē vnū rectorē. ꝛ q̄ vir naturaliter ſenſatior. er go naturaliter ꝑerat: nō videt ergo facta iniuria feie q̄ ponere tur ſub viri ptāte. ¶ Rñdet q̄ in padiſo terreſtri nō fuiſſet ꝓpe ꝓncipatuſ vel cōicatio ycōnomica nec politica: pz q̄ ꝓn cipatus eſt in qualibet hax: ꝛ ſubiecto. Sz iſta repugnabāt ſtatui beato in paradiſo terreſtri. vt maxie pz: q̄ oīs politia regit legibus: vt pz ꝑ totū libū politicorū: ꝛ in omni politia iudex eſt: vt pz. iij. politi: q̄ magis eſt nēcium ad eſſe politie eē diſtributiuū iuſticie. i. iudicē. q̄z eē ibi panē: in illo aūt ꝓ mo ſtatu nec leges fuiſſent nec iudices: q̄ lex ſolū eſt poſita peccatori: ꝛ nō iuſto. vt pz ꝑ ad thimo. ꝓio. c. ꝛ qui ſpū dei agunt nō ſunt ſub lege ad gala. v. c. Jn paradiſo aūt nō fuiſ ſent homines peccatores ſed cōfirmati in bono ſi reſtitiſſent a ꝓncipio nec indigerent legibus. ſicut ſpūs beati in paradiſo legē nullā hnt: q̄ inordinatio nulla ibi eē pōt. ¶ Nō fuiſſet ibi etiā ycōnomia: q̄ cōicatio ycōnomica dicit neceſſitatē ad vitā. pp cōſeruationē indiuidui. ſ. in cibis quos nō pōt ſuffi cienter vnus ſibi ꝓcurare: ꝛ veſtitutus: ꝛ calciamēta homi ni neceſſaria: ꝛ ideo cōſtituitur. vita ycōnomica ex domino: ꝛ ſeruo eſſentialiter: ꝛ vxore vt pz ꝑmo politi. c. ꝓio. ꝓo quib⁹ dicit homerus. q̄ domus. i. cōicatio ycōnomica vel domeſti ca dicit virū ꝛ mulierē: ꝛ bouē aratorē. bos autē loco ſerui ponitur: q̄ bos ꝓ miniſtro pauperibus eſt in ſtatu para diſi nullo horū idigēmus: q̄ veſtibus caruiſſemus. ¶ Erat enim maior decor nāe iſtitute q̄z veſtiū. ¶ Jtē q̄ veſtes ad re pellēdā aeris intēpies cōceſſe ſunt. ſed ibi nulla fuiſſz aeris i tēpies q̄ penalitas eſt. ꝛ peccatū cōſequit. Jtē nō idiguiſſem⁹ i quiſitione laborioſa ciborū: q̄ ſpōte illa bti padiſi tellus oīa ad vitā neceſſaria ꝓducebat: ꝛ dato q̄ vir aliquid laboraſſet extollēdo: nō eēt ibi aliqua laborioſa fatigatio: ſed volūtaria ꝛ ḡta. exercitatio. femie aūt nullū opus diſtinctū remanebat agēdū q̄pp yconomia non erat: q̄ vt ait Ariſto. ij. politi. Jnt cetera aialia cōicatio ycōnomica nō ē: q̄ opa diſtincta non ſunt maris: ꝛ femie: ſed ābo idē agunt. in viro aūt ꝛ femina ſua officia nāliter in domo diſtincta ſunt. ¶ Jtē q̄ li yconomia ſeruitus neceſſaria eſt. in padiſo aūt fuiſſz impoſe eam eſſe. ¶ Sola ergo cōicatio nālis que ꝓia eſt: vt pz in ꝓologo. politim. fuiſſz in padiſo: ꝛ iſta eſt cōicatio maris ꝛ femie: ꝛ ſolū ſunt mas: ꝛ femia in hac cōicatiōe de qua dixit deus. ſ. ꝓcedenti. c. nō eſt bonū hominē eē ſolū: faciamus ei adiu toriū ſile ſibi. ſ. ad generādū. Jn hac cōicatione nō eſt aliqua ſubiectio nec ꝓncipatus: q̄ nichil eſt diſponēdū vel regēdū ſz ſolus coitus ad ꝓcreationē liboꝝ in quo eqlitas eſt i q̄libet ſpē aialis. educatio aūt nō eēt laborioſa: q̄ fetus nati nō ꝓtraherēt miſerias: ꝛ indigētias q̄s nūc patiūt. ¶ Nūc aūt q̄ ꝓp peccatū nā nra in multas neceſſitates incidit inter q̄s eſt ꝓncipalior indigentia victus: ꝛ veſtitus que i ycono mia acqrit: ꝛ i hac ycōnomia. lz rōnabiliter mlr fuit ſubiecta viro tāq̄ ꝓrudētiori ad diſpoſitionē domeſticā. tñ ex pena ēt hoc eſt q̄ ſi mulier nō peccaſſz nō deueniſſz: in neceſſitatem iſtā. ſ. q̄ ſub viri poteſtate eſſz maxie q̄ mulieres multū ꝑmū tur a viris: ꝛ aliq̄n irrōnabiliter q̄ in penā datū eſt. ⌊ ꝛ ipſe do minabit tibi. ⌋ mādādo q̄ facere debeas. ꝛ puniendo quando ei placuerit. nec tñ itelligēdū eſt vt aliqui volūt q̄ corpꝰ mulieris ita fuiſſz robuſtū a principio ſicut corpus viri: ꝛ po ſtea in penā caruit viribus vt poſſz ei vir dñari. ſi m eſt: q̄ naturaliter corpus femie ſemp ē debilius corpore virili vt pz in ce teris aialibus q̄bus nō fuit data maledictio. ¶ Etiā q̄ ad robur corpis ſequunt quedā alie diſpoſitiones q̄litatie q̄ nō cōueniūt ad cōceptionē: ꝛ nutritionē fetus in ventre. Jn he breo habet. ⌋ ad virū tuum deſideriū tuum. ⌋ illi qui ſubdit ſunt ptāti aliorū ſemp deſiderant ab eis aliquid: q̄ tota vita dependet de manibus illorum. ſicut dicit. cxxij. ps. ſicut ocu li ſeruorū in manibus dñorū ſuorū: ꝛ ſicut oculi ancille in manibus dñe ſue. ita oculi noſtri ad dñm deum nrm donec miſereat nri: femina ergo cū recipiat a viro ſuſtētationē in ci bo. potu ꝛ veſtitu habz deſideriū ſuum ad virum: ꝛ hoc pena eſt q̄ in ſtatu iuſtitie originalis femina nō habuiſſz iſtud de ſideriū ad virū: q̄ per ſe neceſſaria ad vitā hret: q̄ ipa ſponte naſcuntur in paradiſo terreſtri. vel aliter. ⌊ ad virum tuum de ſideriū tuū ⌋. i. lz in dolore cōcipias ꝛ parias tñ poſt ptū iterum deſideriū tuū erit ad virū tuū vt inde cōcipias. Sed ꝑ ma melior expoſitio eſt. ¶ Ade vo. hic ponit maledictio viri. ⌊ q̄: audiſti vocē vxoris tue. ⌋ q̄: ſolū audire nō erat pecca tū: ſed obedire cōtra dei mādatū. ⌊ Maledicta terra in opere tuo. ⌋ ſicut maledixit mulierē ſubiūciendo eam poteſtati viri in regimine ycōnomico. ita maledicit viro in acqſitiōe neceſ ſariorum ad cōſeruationē familie. vir enim eſt ycōnomus. i. diſpenſatiuus domus ꝓuidens toti familie: ꝛ vxori de neceſ ſarijs: ꝛ q̄ iſta acquirūtur de terra. ideo maledixit terram vt hō multū laboraret i acgrēdo. Jn padiſo ſi pmāſiſſz hō ſine labore ſuo ſponte ſua tellus victui neceſſaria miniſtrabat: ꝛ ſi aliqs hō excoluiſſz hoc nō eſſz ad neceſſitatē: ꝛ laborez. ſz ad exercitationē. vt nō tota die occioſus exiſtēt. maledictio iſta fuit diminutio fertilitatis. q̄ antea terra cultore nō indi gebat: nūc autem ſepius ex culta neceſſaria vix miniſtrat. ꝛ magis iſta maledictio nūc inualuit q̄z imediate in ꝑma eta te q̄ cōtinue ſe neſcēte iā mūdo terra minus fertilis efficitur nō tñ eſt intelligēdum q̄ deus creaſſet terram in aliq̄ gradu fertilillita: ꝛ poſtea peccāte homine diminuiſſz illū q̄ eadē fertilitas manſit in terra poſt peccatū ade q̄ fuerat a ꝓncipio creationis ſue: ſed quid hoc ſignificet dicet infra. q. xx. Jn he breo dī ⌊ maledicta terra pp te ⌋. i. ipa pp ſe maledici nō de bebat: ſed q̄ tu peccaſti maledictio eius redundat in te. ⌊ Jn ſudore vultus tui veſceris pane tuo ⌋. i. ante ſudabis q̄z ico medas. ſudor aūt cauſat ex magno labore calorem excitāte ꝛ reſoluēte: ꝛ expellente multas ptes corporeas. iſte aūt ē in agricultura que varia laborū genera cōtinz in hebreo dī ⌊ in ſudore naris tue ⌋ Jdē ē: q̄ ſudor ſepe multiplicatus diſtil lat de fronte p exteriorē ptē nariū vſq; ad pirulā meditonij. veſceris pane tuo. ¶ Ex hoc aliqui dīt q̄ a ꝓncipio rerum. homines diſtinxerūt ex mādato dñi. q̄ alias nō dicēt pane tuo. ¶ Rñdet q̄ nichil probat hinc q̄ dī panis tuus ille quē tu comedis neceſſe eſt aūt dato q̄ omnia totaliter cōia eēnt q̄ vnus vnā ptē ciborum comedet alius aliā ptē. nec poterāt eādē ptē plures comedere: ideo illa ꝑs quā qlibz co medebat ſiue de ꝑpria ſiue de cōibus ſua dī. ¶ Dicit ergo ſz ꝑhm. ij. poli. c. ij. cōitas in rebus dicit tēpliter. vno mō q̄ poſ ſeſſiones ſint cōes ꝛ fructus ſint ꝑpij. ita q̄ oēs agri vel vi nee cōes ſint. ſed qui coluerit illos recipiat fructus. ꝛ nullꝰ alius. ¶ Scōo mō pōt eē cōmunitas in fructibus: ꝛ non in poſſeſſionibus ita q̄ qlibet agros certos poſſideat ſz poſtea agrorū totius cōitatis fructus coligant ꝛ diſtribuant in po litia per vicos tribus: ꝛ ꝓfraternitates. tertio mō erit cōitaſ

In quo qs peccat puniēdus eſt.

Qō. 18. An fēa. fuerit in iura mulieri qō ſit ſub. viri poteſtate.

In paradiſo nō fuiſſz cōmunicō ycōnomica aut politica.

Unū ſit q̄ nā in tot neceſſitates ir ruperit.

Nāliter viri: corpus paſſibilius eſt ſe neo corpe.

Qō. XIX. An a ꝓncipio domina uerant diſticta domina

Pōs ponit triplicez cōmunitatem

ſimplr.ſ.qñ agri ⁊ fructus cões ſunt: ⁊ iſta eſt ꝓpe cõitas. ¶ Utrũ aũt aliq iſtaꝝ cõueniat alicui policie.ſatis dicit i ſecũdo politi. ¶ Fuit aũt iſta tertia cõitas in eccleſia ꝑmitiua iter omnes credẽtes i hieruſalẽ vt p3 actuu3.iiij.c.multitudinis credentiũ erat cor vnũ: ⁊ aia vna nec qſq3 eorũ q̃ poſſidebat aliqd ſuũ eẽ dicebat,ſed erant illis oia cõia :quot quot.n poſſeſſores domorũ: ⁊ agrorũ erãt vendẽtes ⁊ afferebant ꝓcia eorum que vẽdebãt: ⁊ ponebant añ pedes apoſtolorum. diuidebãt aũt ſingulis prout vnuſq3 opus hẽbat.iſta etiã cõitas obſeruat apud veros religioſos: ⁊ forte pfectius q̃ tẽpore ꝑmitiue eccleſie. ¶ In ꝑma etate nõ põt poni iſta tertia cõmunitaſ.ſ.in fructibus: ⁊ poſſeſſionibus:qr ea que cõia ſũt a nullo poſſidentur.ſicut theatra menia: ⁊ porte.vt p3 inſtituta de rerũ diuiſione.§.ſacre quoq3 res: ⁊ ſi fructus cões ſunt.l5 cuilibet aliqua ps applicet ad cibũ ⁊ potũ.nullus tñ h3 diſpoſitionẽ volũtariã in rebus illis ſicut in rebus ꝓꝑis. ideo nõ poſſ3 alicui donare vel alqd aliud facere de illis cuꝫ cuilibet ex hoc dãnũ in tota cõitate ſequi videret. Si ergo fructꝰ fuiſſent cões in ꝑma etate nõ potuiſſ3 cayn ſine cõſenſu abel ſpicas domino offerre.nec abel ſine cõſenſu cayn poterat de agnis: ⁊ arietibus immolare:ſ3 hoc ftm eſt :qr cũ emuli eſſent nõ querebat vnus cõſiliũ vel cõſenſuꝫ alterius: ⁊ iſtud argumẽtũ agit pꝓus.ij.politi.cõtra poſitionẽ ſocraticã: ⁊ pl'onicã de cõitate.ſ.q̃ tolleret actus libalitatis:qr dare libalr ẽ dare de ꝓꝓꝛijs poſſeſſionibus.vt p3.i iij.ethi.ca. de libalitate. ibi aũt ꝓꝓuꝫ nullus hret. ¶ Nec põt eẽ q̃ in ꝑma etate fuerit ſecũdus modus cõitatis.ſ.q̃ poſſeſſiones eẽnt ꝓꝑe: ⁊ fructus cões.ſicut enim.ſ.ꝓbauimus nõ fuerunt fructus cões cayn: ⁊ abel ſiue agriculture ſiue artis paſtoralis.ſi ergo aliqua cõitas fuit ꝑma.fuit.ſ.q̃ poſſeſſiones eẽnt cões: ⁊ fructus ꝓꝓij: ⁊ iſta ſatis põt cõuenire illi ſtatui pⁱ etaꝫ. ¶ Melius tñ videt dicẽdũ q̃ ibi cõitas nulla fuerit.ſed ꝓꝑetas tã in poſſeſſionibus q̃ſ i fructibꝰ: ⁊ qñ cõiter dicit q̃ in ꝑma etate omnia cõia.rñdet q̃ intelligẽdũ eſt q̃ in illa etate pauci poſſeſſores erant: ⁊ tota terra poſſidenda. ⁊ ideo ſi aliquis. nolebat aliqd poſſidere patebat ei ois locus ſine repugnantia aliorũ.cũ alĩ nõ poſſiderent illa loca.quare dicebant cõia i.cedentia in poteſtatẽ: ⁊ vſũ cuiuſlibꝫ poſſidere volẽtis. duꝫ homines aũt magis multiplicati ſunt in.ij.etate ⁊ ꝑnter.iſta libtas poſſidendi diminuta eſt.pluribus occupantibus multa loca:nũc aũt iam tota terra poſſeſſa ẽ. ⁊ omnia in ꝓꝑietatẽ aliquorũ verſa ſunt. vt ſi aliquis poſſidere qcq3 velit nõ inueniat niſi ex aliquo titulo acquirat. ¶ Cõcludit ergo i ꝓi ma etate q̃ nõ erant omnia cõia.i.q̃ eẽnt aliq agri vel pars terre quos multi ſimul de cõi poſſideret.ita q̃ illa poſſeſſio q̃ erat cayn eſt3 abel fratris ſui: Sicut nũc ꝓꝑe cõia ſunt vl'qr oẽs ſimul nõ inſolidũ vnã rem poſſident vel tota cõitas poſſidet: ⁊ nullus eorũ poſſidet.⌊ſpinas ⁊ tribulos. ⌋hic ponunt impedimẽta agriculture.dicunt ſpine aliq frutices magni ſpinoſi occupantes terraꝫ ⁊ nocentes agricolis. tribuli dñr cardones a terendo vel tribulando dicti:qr terũt pedes calcantiũ: ⁊ pũgunt ſe intrinſecus infigẽtes.⌊ ⁊ comedes herbas terre ⌋fructus arborum melioris nutrimenti ſunt ⁊ ſuauiores q̃ herbe.homini ãt mox creato dictũ fuit q̃ comederet de fructibus lignorũ totius paradiſi vt p3 ꝑcedẽti. ca. h aũt dicit de herb.vtrũq3 tñ comedet licuit i etate illa.carnes aũt nõ. ¶ Ex ꝑdictis appet q̃ ponunt hic aliqua in maledictione que futura ſic eẽnt etiam ſi hõ nõ peccaret: ⁊ appet h in maledictione viri:qr multa ibi ſũt que in nõ peccante fuiſſent. ¶ Quod eni dr maledicta terra in opere tuo terra nõ recepit maledictionẽ aliq̃:tũ qr illa nõ peccauit iõ ñ erat maledicẽda:tũ qr maledictio pena eſt: ⁊ illa nũq3 eſt niſi in ſentientibus.terra aũt nõ ſentit: ⁊ ideo nec ſcriptura dixit terrã ſimplr maledictã:ſed maledicta terra in opere tuo.i.operando eã inuenies malũ.ſ.laborẽ ⁊ difficultatẽ in colẽdo : ⁊ malas herbas ⁊ nociuas q̃s illa germinabit que erunt ad maledictionẽ tuaꝫ. ¶ Sed iſtã maledictionẽ terre putant aliq eẽ diminutionẽ in fertilitate.quaſi ſi hõ õn peccaſſet fuiſſet futura feratior: ⁊ talẽ eã creatã dicunt: ⁊ ꝑmãſurã ſi hõ nõ peccaſſ3 qr hõ peccauit abſtulit ds illã nimiã fertilitatẽ: ⁊ ita laborat hõ in colẽdo eã. ¶ Sz iſtõ nõ ẽ verũ:qr deꝰ nõ mutauit aliquid in nã rerũ ꝓꝑ peccatũ hominis.nã ꝑfectio illa: ⁊ fertilitas terre in qua creata eſt ꝓtinebat ad ꝑfectionẽ operis dei.Sz indignũ ẽ q̃ deus diminuat gl'iam ſuã que eſt i operum ſuorum ꝑfectione ꝓꝑ iniquitatẽ alienã.ergo nõ minuerat fertilitatẽ illã ꝓꝑ hominis peccatũ: ¶ Itẽ nõ eſt veriſimile:qr ſi deus ſtati peccãte hoie ablaturus eẽt terre fertilitatẽ fruſtra ꝓduxiſſ3 eã mox tollẽdo cũ ſciret peccatuꝫ hoieꝫ.nõ ergo produceret illã debuiſſ3 ſi ablaturus erat. ¶ Dicendum ergo q̃ fertilitas illa terre in q̃ ipſa creata eſt mãſit poſt peccatũ ade. ⁊ illa nõ minuit vel tollit ꝓꝑ peccatũ. Sz nãlr minuit.fuit enim magna fertilitaſ in ꝑma etate:ita vt ſpõte fere omnia tellus produceret:poſtea aũt pauliſper. diminuta ẽ.cuꝫ quottidie germinãdo exhauriat eius virtꝰ ⁊ vetereſcat: ⁊ factũ eſt maxie hoc in diluuio ꝓ ſubintrationeꝫ aq̃ꝫ oceani in terrã ⁊ abzaſaꝫ ſupficiẽ in qua germinatiua virtus erat.de q̃ infra dicet: ⁊ maxie in cõmẽtarijs nr̃is ſup euſebiũ: ⁊ ex eo etiã tpe vſq3 nũc quottidie pauliſp nãlr terre virtus minuit. ¶ Sed dr eſſe terra maledicta in opere hũano:qr lz retinuerit eãdẽ fertiltatẽ i qua creata eſt.ꝑſtabat tñ q̃ſdã difficultatẽ hoi in colẽdo quã nõ preſtaret ſi hõ nõ peccaſſ3. etiaꝫ ſi non peccaſſ3 hõ coluiſſ3 terrã qõ p3 qr ante peccatũ poſuit deus hominẽ in paradiſo vt operaret ibi: ⁊ erat illa operatio agricultura.ſ3 illa cultura nõ erat laborioſa:qr nõ erat ad neceſſitatẽ.ſed tollẽdã ociſitatẽ. qr in paradiſo erant multe arbores ſponte ferẽtes poma de qbus hõ comedẽ poterat: ⁊ de illis iuſſit deuſ homini comedere ꝑcedẽti.c.in quo nõ oñdit ei agriculturã eẽ neceſſariã ad cibos habẽdos:eẽt ergo ad vitã dã ociſitatẽ q̃ mala ẽ.qui corpus exercet nõ ad neceſſitatẽ victus .ſed ad tollẽdũ ociſitatẽ parũ exercet.ſ.tãdiu q̃ſdiu ei delectabile eſt:ante vero q̃ incipiat eẽ triſte ceſſat q aũt ob penuriã laborat tãdiu exercet ſe q̃ſdiu acqſiuerit neceſſaria.ideo etiã ſi triſtis ſit ei exercitatio ſuſtinz illã ꝓ necitatẽ quale poſt peccatũ eſt.ideo nũc maledicta dicit terra in opere noſtro : ⁊ non ante peccatũ. ¶ Additũ eſt ſpinas : ⁊ tribulos germinabit tibi.Jſtud licet videat eẽ maledictio natura ẽ. qr etiã ſi hõ nõ peccaſſet certũ eſt q̃ naſcerẽt in terra ſpine ⁊ tribuli.nã ſunt quedã ſpẽs rerũ: ⁊ detractis quibuſdã ſpẽbꝰ videret diminuta eẽ vel pfectio vniuerſi que cõſiſtit in hũdo omniſ gradus medios pfectiones ſbalis inter minimũ ſubalitt quod eſt mã que ſubat ꝓ poſſe : ⁊ ſpẽm ſupmã.ſ.alicuius ſeraphin.ideo nõ eſſent ſpine : ⁊ tribuli que pertinẽt ad iſtã integritatẽ vniuerſi cũ ſint iuſt ariſto.ſpẽs vt numeri: ⁊ iõ dicẽ duꝫ q̃ qñ deus iuſſit vt terra produceret arbores : ⁊ herbas tertia die produxit quoq3 tribulos: ⁊ ſpinas.etiã producerẽtur iſta qr vtilia ſunt ad cibũ quorũdã aialiũ. ergo q̃ tribuli germinent nõ eſt maledictio:ſ3 natura eſt tñ homini malũ ⁊ pena quedã qr tribuli : ⁊ ſpine colẽtem pũgunt ⁊ ledunt ⁊ quod deterius eſt cũ agricola agros colit vt fruges inde habeat inde naſcũtur tribuli: ⁊ ſpine loco fruguꝫ: ⁊ alie herbe male:qr omnia hmõi accipiunt noie tribulorũ: ⁊ ſpinarũ : ⁊ ſuffocant atq3 extingunt fruges.iõ ad magnũ malum hominis iſta ſunt.lz naturalr eueniant cuꝫ idẽ futurũ eſſet in terra q̃ tribulos geminaret homine nõ peccante: ⁊ tñ pro tanto ad maledictionẽ ptiuꝫ qr ſi hõ nõ peccaſſ3 nõ coluiſſ3 terram ad hoc q̃ inde fruges colligẽt.ſed arbores paradiſi ſpõte ſufficientiã fructuũ ꝓſtarent.vñ ſi naſcerent tribuli ⁊ ſpine nõ curaret adã qr nõ ipediebant cibũ eius futuꝫ. alit ẽt põt dici:q̃ ſicut nõ ipedirẽt terre naſcẽtia.ita neq3 adam colẽtẽ pũgerẽt.qr nõ naſcerẽt ibi.futurus erat enim hõ : ⁊ tota poſteritas ſua ſemp in paradiſo terreſtri ſi nõ peccaſſet ⁊ illa tra nõ germinaret tribulos ſpinas neq3 aliqd nociuũ ⁊ hoc pp cõditionẽ ſuã naturalẽ:qr ẽ terra vilior q̃ſ iſta.ſicut ⁊ ſunt quedã terre nũc in qbuſ ſpẽtes nõ gignũtur neq3 nocture : ⁊ ſi aliũde aduchãtur noctue moriunt.ſic ẽ inſula cretenſis que vulgariter dr cãdia. vt dicit ſolinus in poliſtor. ⁊ yſidorus.li.xiij.ethimo. Jta ⁊ quedaꝫ terre gignunt aliq̃s herbas : ⁊ arbores q̃s alie nõ gignunt qr nõ omnes omnia ferre poſſũt.vt ait virgilius li.ij. georgicorũ. Jta ergo in illa benedicta terra paradiſi que meliorꝭ qualitatis ẽ nãlr quaꝫ iſta ex cõditione quã deus ei ab origine dedit ſolũ naſcit q̃ hominẽ adiuuat: nihil vo naſcit q̃ ledẽ poſſit: ⁊ ita lz ibi hõ terrã coleret nõ ledereꝫ a tribulis qui nõ naſcũt . terra aũtẽ in qua nos manemus nãlr tribulos germinat. ⁊ ſpinas ẽt ſi hõ nõ peccaſſ3. ⁊ tñ ſi nõ peccaſſ3 nõ coleret iſtã terram que tribulos germiat.ſed aliã que nihil nociuũ ꝓducit. ¶ Qõ vo additum eſt in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.nomine panis accepit omne qõ querimus: ⁊ noꝫ neceſſariuꝫ aut cõueniens eſt:nã omnis cibus nomine panis intelligitur vt p3 prio li.reg.xiij.c.vbi mel intelligit nomine panis.naꝫ di-

Thoſt.ſup geñ.

Nulla cõitas fuit in pria etate. primoꝫ patentum.

An ẽra habuiſſet maledictiones datas ẽt ſi hõ nõ peccaſſ3.

De nil mutauit in nã rerũ pp peccatuꝫ hois.

Diluuiũ ade mit. virtutes terre.

que opera ſit abſq̃ labore q̃ ve exercitatõ labori i mixta ſit

quedãq ad ſupliciũ videtur ꝓduci potiuſ tñ ad pfectionẽ ex cogitata ſit.

Quidp panẽ intelligit. quando dr i ſudore vultis tui. ꝛc.

ſit maledictus qui manducauerit panē: ⁊ Jonathas gustauit modicū de melle ſine pane ⁊ alijs cibis: ⁊ dictus eſt māducaſſe panē ⁊ incidiſſe in maledictionē. e. c. ⁊ noie panis intelligitur quecūq; larga ciboꝝ ꝓparatio lib. iij. reg. vj. c. ita hic omnia nēcia vel que ab hoie petunt noie panis ſignificat vt victus ⁊ veſtitus: ⁊ quicqd alteruꝫ eſt. noie aūt ſudoris ſignificat labor magnus. cū ſudor cauſet ex duro labore. vt inuaſ q̄ oia nēcia vel ꝓuenientia nobis iaꝫ non ꝑnt ſine laboribus hīi: qō nō erat futurū in paradiſo. nam ibi omnia nēcia. ſ. cibus ſine labore futura erant. Nā ibi ſolus cib⁹ eēt nēciuꝫ: q: veſtitus nullus futurus erat ſi hō non peccaſſet: qō pꝫ: q: poſt pctm̄ agnouerūt hoies ſe eſſe nudos ⁊ nō añ: vt pꝫ in lra hic. Et ideo tunicas dedit deus hoibus qñ eiecit eos de padiſo: ⁊ ita pauca nēcitas hoi eſſet: ⁊ ad ꝫ nulla eēt penuria: q: cibus q petereſ inueniret pendēs in arboribus ⁊ ſi hō terrā coleret ſicut de⁹ ei iuſſerat nō coleret ad releuā dum ciboꝝ inopiā: ꝫ ad ocioſitatē tollendā. iō vere maledictio hois fuit q̄ in ſudore. i. labore nunc oia acqrat. ⁊ tunc nullus labor affligens futurus erat. ¶ Labor in hoie vſq; ad mortem extēdit. Qō vo dō donec reuertaris in terrā de qua ſūpt⁹ es. vere maledictio eſt q: morꝫ hic ſigtur vſq; ad quā ꝑſeuerat labor in hoie: ⁊ ꝫ nō futurū erat ſi hō nō peccaret: q: nūq; guſtaſſet mortē. Nūc vo oēs morimur: ⁊ quaſi aque dilabimur in terrā q̄ nō reuertuntur li. ij. reg. xiiij. c. q: iā ſtatutū eſt vnūquēq; hoiez ſemel mori ad hebre. viij. c. non tñ eſt intelligendū q̄ deus creaſſet hoiem imortalē: ⁊ pp pctm̄ expoliauerit eū immortalitate in duens mortalitatē: q: hoc nō poterat fieri ſine mutatōe nāe que pp pctm̄ non mutata eſt ab ea qō erat ꝑpus. Sꝫ eſt intelligēduꝫ q̄ hō talis creatus eſt vt mori poſſet. nō tñ erat mortalis. i. neceſſitatē moziendi hīs. neq; ipoſſibilitateꝫ ad moziendū: ita q̄ ſi peccaſſet relinqueret ꝺditioni ſue. ſ. q̄ ſicut erat potens mori efficeret nēcio moriturus q̄lis nūc eſt. Si nō peccaret cū eſſet potens mori ex nā. efficeret impoſſibilis ad mortē ex gra gratis data. que eſt donū ſicut nūc eſt in btis q reſūpto corpe erūt imortales. donec reuertaris in terrā de qua ſūptus es. i. iſte labor ſemp durabit vſq; quo hō p mortem reſoluaſ in terrā de qua foꝛatus eſt. ⁊ iſta maledictio oi homini cōis eſt: q: nullus mortaliū tā cōpoſite felicitatis ē q̄licunq; ſtatu emineat: qui curaꝝ ⁊ laboꝝ pōdere ꝑſſus vnaꝫ diem ſaltē ſine labore ⁊ dolore trāſigat. qñ riſus dolore miſcebit ⁊ extrema gaudij luctus occupat: vt pꝫ ꝑuer. xiij. c. ¶ Primo hō ꝓpalis eſt ꝺ bonis ſi ſit bonus ſiue non. Qō. xi. Cur hō nō letaſ ꝺ bonis tpalib⁹ ¶ Et eſt mirandū q̄ deus nō ꝑmittit hic aliquē hoiez multum letari: q: leticia tpalis eſt in delicijs corpis: diuitijs: honoribus. ⁊ ſil'ibus bonis. Si aūt iſta a deo denſ alicui timēti deū ⁊ cuſtodienti iudicia eius oia iſta in deuꝫ ſēp referet ⁊ diſtribuet: nec vnq; in eis delectabit ꝑ fruitionē q̄ eſt ꝑpa delectatio. Sꝫ ſemp erit tanq; ſolitus diſpenſator ſciēs ſe rō nem de oibus redituꝝ vſq; ad q̄drātē nouiſſimū. ¶ Adde ēt q̄ boni frequēter tribulanſ bonoꝝ. n. ingeta ſors eſt. erit ēt ſic poſſidens ac ſi nō poſſideat ſich: onoratus vt honoꝛez non deſideret. Jn hīs aūt maior inſurgit tribulatio q̄ ſi nihil hoꝝ poſſideret. Si aūt ille cui a deo iſta ꝓpalia bona donata ſunt: intra ſeipm̄ oia referens ſeipſo ⁊ bonis ſuis fruereſ delectatio quidē aliq̄lis ineē poterat: ꝫ paſſionū dura tu multuatio ꝫ fieri nō ꝑmittit. Nūc timor ꝑdendoꝝ bonoꝛuꝫ ineſt quo miſer diebus atq; noctib⁹ cruciaſ. Nūc a deo deſi deriū attingēdi magnaſ res in penā infligit vt qō deſiderat non obtineat: ⁊ ſic a delectatione bonoꝝ q̄ poſſidet iuitus abſtrahit nūq; ſaciandus donec appeat glia dei i q̄ ſaciabū tur. de hīs ait Job. ſi malus fuero veh mihi eſt. ſi aūt bonus nō leuabo caput meū. ⁊ Aug. xxij. de ciui. dei. iō vita iſta amaritudinibus ⁊ erūnis repꝛeſſa eſt. vt alia vita queraſ q̄ nulla amaritudine ꝑturbaſ. q: puluis es ⁊i puluerē reuerteriſ Jſta nō eſt ꝓdicatio foꝛalis: ſed cālis. ſ. puluiſ es. i. ō puluere foꝛatus: vt pꝫ ꝑcedēti. c. ⁊ in puluerē reuerteris quātum ad maiorē ptē. Aliqd. n. abit in auras. aliqd aūt in aquā ⁊ ignē p mutationes mediatas. maior tñ ps in puluerē redit qui ꝓncipalis mā ialis eſt. ¶ Et vocauit adā. Hic ponit tertiū ꝓncipale. ſ. miſerie trāſfuſio: q: ſicut facti fuerant ꝑmi pentes miſeri p pctm̄: ita ꝑles miſerādas genuerūt infirmitate circūdatas. ⁊ vocauit adā nomen vxoꝛis ſue euā. Jn hebreo hr̄ haua. qō deſcēdit de hay. i. vita: q: vt redit rō in lra ipſa eſt mīmoniū viuētiū. ante. n: denoiauerat adā vxoꝛē ſuaꝫ noie nāe. ſ. viraginē: q: de viro ſumptā. Hic autez noīat eā a miſeria. ſ. q: miſeroꝝ oiuꝫ mr̄ futura erat. ¶ Jſta impō nois adhuc erat in padiſo. donec expellerenſ. inde ꝓthoplauſti poſt: vt pꝫ. j. eo q̄ mr̄ eſſet. i. futura eēt: q: non dum erat alicuius cū nō genuiſſet. oiuꝫ viuentiū. i. oium hoiuꝫ miſerabil' viuentiū. fecit quoq;. Hic ponit mīa dei cū adā ⁊ eua: q: ꝫ puniat. ſemp tñ miſereſ. bonis. n. ⁊ malis pius: q: ſolē ſuū facit oīri ſup iuſtos ⁊ pctōres: vt pꝫ mat. v. c. Tunicas pelliceas. i. de pelle factas. ¶ Utruꝫ aūt iſte pelles fuerint de aialibus mortuis vel ōducte ad eſſe p creationē dubitaſ: ſ fm reſaz datā ꝑcedēti. c. nūq; eſt ponēdū miraculū ſine neēcitate: poterant enim p creationē iſte pelles fieri: ſ hoc neēciuꝫ nō eſt. aialia. n. ad fuitiū hūanū fcā ſunt: iō non eſt incōueniens q̄ nūc indigētibus hoib⁹ opimētis pelliuꝫ occiderenſ aialia vt eis pelles detraherenſ. Sicut nunc vt comedamus carnes aialia occidim⁹. ¶ Dedit ḡ deus pmis parētibus veſtes iſtas pelliceas pp tria. ꝓmo vt notaret eos iā eē mortales: q: eos mortuoꝝ pellibus ꝓtegebat. ¶ 2° vt aeris intēpiez excluderet q̄ per pctm̄ hois iā vigebat. ſ. frigus vel calidus aer. Sꝫ ꝫ nō eſt intelligendū q̄ſi aeris qualitas poſt pctm̄ ade mutata ſit. nihil. n. ō nā reꝝ fuit mutatū p pctm̄: vt diximus. ſ. q. xx. Sꝫ talis erat nūc aer poſt pctm̄ ade q̄lis ꝑpus erat: ⁊ q̄lis futurus erat ēt nō peccāte hoie: ⁊ erat ille talis aer in quo hō indigebat veſte. Sꝫ q̄ aūt pctm̄ exīte eode aere nō indiguerit hō veſte. neq; illā hīturus eēt ſi nō peccaret. fuit pp duo. Prio pp locū: q: hō ſi nō peccaſſꝫ ſemp māſurus eēt in padiſo terreſtri vbi eſt aer tēpatiſſimuſ ⁊ manētes ibi nō indigerēt veſtibus: ⁊ hoc accidit: q: locus ille non eſt eiuſdē q̄litatis: cū tota alia terra cū ille dat⁹ fuerit ſcis. Jſta aūt terra eſt vt exiliū. vñ hic aer talis eſt in quo hō veſtib⁹ eget. Scōm erat: q: p pctm̄ incurrit hō nēcitatē moriendi: ⁊ iō paſſibilitatē oiuꝫ incōmodoꝝ p que ad mortē venit: ⁊ nō erat ꝫ ꝑpus. iō nō erāt tūc nēcie veſtes: ſ nūc. Tertiū vt hoib⁹ ptātē occidendi aialia ad hec demōſtraret: q: cū nō eſſet lnia ꝓceſſa de vſu carniū. ſic crederēt hoies ēt de occiſione aialiū. iō niſi inuat in hoc ſaltē pp vſus pelliuꝫ aialia eſſe credenda. ⁊ induit eos. Jbī nouerat adā ſe iduere: qa ſciebat tunicā ſubcinctoziā ꝓſuere: ſ deus eos induit: q: fortе tenebāt manib⁹ pizomata ne caderēt ne verecūdarentur. ecce adā q̄ſi vnus ex nobis factuſ eſt. Jṽba dei ſunt loquētis ironice zip:operātis ſtulticiā ꝑmoꝝ parētū: q: eua credidit. ſe futurā ſicut deus: ⁊ in magnas miſerias incidit: ⁊ qa ſerpens inducēs euā ad comedendū de vetito ligno ꝓmiſit q̄ eſſent ſic dij. i. ſicut angeli. iō deus ip:operās dixit ꝗ̄lis. ecce adā q̄ſi vnus ex nebis. i. videte qūo adā ⁊ eua q̄ comedendo de fructu vetito voluerūt eſſe ſil'es nebis nō effecti fuerunt ſicut vnus ex nob: ſ lapſi ſunt in magnas calamitates. ¶ Aliqui volūt q̄ iſta ſit vox iter ꝑſonas diuinas in trinitate. ſ. q̄ vna loquaſ ad aliā dicēs ecce qūo adā nō factus eſt q̄ſi vnus ex nebis qō intēdebat femina: ⁊ ſatis ſtat vtrūq; ſ melius ſtat ꝑmū. Q: ironia debebat fieri fm ṽba q̄ eua intēdebat eē vera. Diabolus. n. dixerat. erit ſicut dij. i. ſicut angeli: q: ſcia nō intelligebat eē pl'es deos. ⁊ iō nunc dz ꝓuerti ſermo ad angelos. Sic vnus ex nob. i. ſicut de⁹ vel vnus ex āgelis: q: nobis demōſtrat ibi ſbas ſpuales ſic de⁹ ⁊ angeli. ſciēs bonū ⁊ malū. i. cognoſcēs oia q̄cūq; ſit vt dixerat ſpēs: ⁊ nō intelligit de cognitiōe boni ⁊ mali experimētali: ſ ſola bona: q: al's eēnt infelices. Sꝫ neēe eſt intelligi de cognitiōe oiuꝫ reꝝ q̄leſcūq; ſunt que eſt in deo ⁊ in angelis. Et ad nōndū totā reꝝ vniuerſitatē ponit ex abūdācia loquēdi bonū ⁊ malū. nūc ḡ ne forte mittat manū. eſt modus loquēdi abbꝛeuiatus p defectū vnius dictiōis: ⁊ aliquādo vnius oīonis. ⁊ eſt ſenſus. nūc ergo. ſ. videte. ne forte mittat manū vox dei loquētis ad āgelos eſt quoꝝ miniſterio ꝓthoplauſti de paradiſo expulſi ſunt. ſ. vt cauerent ne adā vel ſua poſteritas mitteret manū ad lignū vite. ⁊ ſumat de ligno vite ⁊ comedat ⁊ viuat in eternū. Alicui forte dura videbit iſta ſnia: q: poſt tot miſerias inflictas ꝓthoplauſtis adhuc inēdicit eis ne comedāt de ligno vite: ¶ Reſpondeſ q̄ deus in hoc valde miſericoꝛditer punitionē infligtam tempauſt. hoies enī in magnas miſerias inciderāt deo infligente. Si aūt concederet ei eſus ligni vite diuturna eēt vita eoꝝ: ⁊ tanto diutius in miſeriꝭ angustiarētur. cū ergo miſeriaꝝ tēpus abbꝛeuiauit miſericoꝛs valde fuit. viuat in eternū. ⁊etiā ſi anteq̄ exīſſent ꝑmi parētes de paradiſo comediſſent de fructu ligni vite nō vixiſſent in eternū: q: vt diximus ꝓcedēti. c. etiā exītibus in paradiſo non ꝑpetuareſ

Labor in hoie vſq; ad mortem extēdit.

Primo hō creatus ē vt mori poſſet non tñ erat mortal'.

Qō. xi. Cur hō nō letaſ ꝺ bonis tpalib⁹

ſi ſit bonus ſiue non.

p^a rō

2^a rō

Principal' mā ial' pulſio eſt.

Qō. xvij. An pelles ex gb⁹ ſtructe erāt tunice ꝓuz parētū fuerūt ex aialibus mōtuiſ necne.

Qō. xviij. Cur dedit deus ꝑmis parentibus veſtes pelliceas.

p^a ratio.

2^a ratio.

Cur añ peccatū nō idigebat veſte

p^a ratio.

2^a ratio.

3^a ratio.

Qō. 24. An de⁹ fuerit clemens an crudelis cū poſt peccatū iteruꝫ ꝓhibuit lignum vite.

vita nisi de fructu ligni vite sepius comedissent. tñ dato q̄ semel tñ comedissent dilatare valde vita eoꝝ vt forte viuerent ad mille ꝛ qngētos ānos vel ad duo millia. ¶Nec hoc valde mirandū est. cū apud seres in india lanugo in arboribus est cuius esu vita ꝓtelat: ꝛinsule q̄dā sunt vbi nulli moriunt. sic.n. scripsit Alexāder aristoteli de sacerdotib⁹ arboꝝ solis ꝛ lune q̄ esu pomoꝝ longissimā agant vitā ⌊emi sit eū dñs⌋ .i. adā: ꝛ nō solū eū: sed et vxorē suam que magis peccauerat: ꝛ ad gñandū necia erat. ⌊de paradiso voluptaꝛ.⌋ Hoc fuit fcm̄ misterio angeloꝝ educentiū eos ꝛ locatiuꝫ in terra hitationis. Nō.n. poterat adā ꝛ eua per se descēdere ō altitudine paradisi: ꝛ trāsire magnas ꝓgregationes aquaꝝ que circuūt paradisuꝫ ꝛ venire per longa terraꝝ spacia in terras ignotas: ſꝫ angeli deduxerunt. sicut deduxit āgelus dñi abachub de iudea in babyloné sup lacū leonū: vt p̄z daniel. xiiij. c. ꝛ fuerunt ducti apud locū in quo post facta fuit vxbs hebron octo leucis a hier'm ꝑ meridiē. in illo.n. loco adam formatus fuerat: ꝛ ibidē ſepultus iacet: vt p̄z Josue. xiiij. c. Nā non moratus fuit adā in oriente circa paradisuꝫ. p̄z etiā q̄ infra. xiij. c. dī de cayn q̄ iuit ꝓfugus ꝑ orientē: ꝛ cōstruxit ciuitatē. s. fugiendo a loco in quo hitabat p̄ suus. ḡ non habitabat circa orientē. ⌊vt operaꝛ terrā⌋ .vt nō dicit hic finez sed ꝓsecutionē. nō.n. expulit deus adā de paradiso vt colēt terram: sed q̄ expulit eū de paradiso necesse fuit ei colere terrā non potēs alias viuere. Finis ergo electionis ade fuit vt in terra lueret penas debitas sceleri suo cū tota posteritate: do nec rediret ſpūs eius ad deū qui fecit illū per mortis resolutionē. ⌊de qua ſūptus est.⌋ ex hoc ꝓbant aliq̄ q̄ in eodē loco virit adā post pctm̄ de quo ante foꝛatus fuerat. Et ſꝫ vez sit: tñ non est ista ꝓbatio ꝓueniens: q̄ istud relatiuū de qua non refert eundē locū vel partē terre ꝓcise: ſꝫ spēm terre: q̄ de quolꝫ agricola verū est q̄ colit terrā de qua ſūptus est tñ non colit eā ptē de qua sumpta fuit mā eius diuersis tpibus. ⌊ꝛ colocauit āte paradisum cherubin.⌋ deus voluit custodire lignū vite: ꝛ introitū paradisi a demonib⁹ ꝛ hoibus Demões aūt igneis muris nō arcenē. posuit ḡ cherubin custodientē ꝑ demonū insidias. ¶Sꝫ vt qd nece erat custodire ꝑ demones locū illū: q̄ demones locoꝝ amenitate non letantur: sed solū vt tēptarent ibi hoies ad deiciēdū eos in magnas calamitates. nūc aūt nullus hō ibi manebat quouisq̄ enoch post mille exceptis duodecim ānis illuc trāslatus est ꝛ helias post annos q̄ter mille ducētos ꝛ fere septuaginta. Istud est verū tenēdo cōputationē interp̄etū quā cōiter sequūtur doctoꝛes ꝛ cronographi: sed tenendo hebraicā lr̄aꝫ quā loquit biblia nr̄a dōm q̄ quātū ad annos enoch est verum: q̄ ablatus sit de terra fere mille annis ab orbe cōdito. nam nō desunt duodecim vel tredecim: ſꝫ quātū ad heliā nō est verū. fuit. n. raptus post annos tria millia: ꝛ fere triginta q̄: sicut supra docuimus difert lr̄a hebraica a cōputatiōe interp̄etū p ānos mille ducētos triginta sex q̄ demunt. ¶Et forte diceret aliq̄s q̄ deus posuit cherubin post electionem ade de paradiso. vt extunc custodiret vsq̄ quo isti venirent: ꝛ post ne diabo. intraret ad tēptādū eos in paradiso sicut p̄mos parētes tēptauerat: sed hoc nō est verū: q̄ ſꝫ nō erat necesse istis q̄ cherubin ꝓseruaret eos ne diabolus accederet ad tēptandū: q̄ isti dū inter hoies vixerunt demonē supauerunt quāto magis nunc qñ vberiori gr̄a dotati sunt. Etiā q̄ hoc dato superfluū videbaꝛ p tot annos antea cherubin ibi locare. maxime q̄ textus repugnat dicens q̄ cherubin ꝛ flam meus gladius fuerūt positi ad custodiā ligni vite. non q̄ demones indigerent. illo ligno: ſꝫ q̄ ipsi cupientes se adoꝛari inducūt hoies per diuitias vel adiutoꝛia ad faciendū aliqua mala. Et q̄ nullū bonū est magis desiderabile hoiō⁹ q̄s vita. si demones possent adducere fructū ligni vite vt vitas hominum ꝓlongarent valde inclinarent ad ſ̄ q̄ adoꝛarentur: ꝛ ad oia alia mala. valde ergo ꝓuidit deus saluti ſpūali hūani gñis tollendo ne demones possent'itrare ad lignū vite. ⌊Et flameū gladiū⌋ .i. murū igneū circūdantē paradisum exptē inferioꝛi. ¶Nicolaus dicit q̄ iste ignis erūpit de illo mōte altissimo paradisi circūquaq̄ ꝛ eleuaꝛ in altas flāmas quēad modū in monte ethna sicilie ꝛ in alīs locis in q̄bus sunt flāmaꝝ eruptiones. ¶Sꝫ hoc non vr̄: q̄ si de illo mōte nascerentur interius flāme essent viscera montis tota sulphurea ꝛ exusta: ꝛ locus terre esset inhabilis ad fructificationē arboꝝ. ¶Dōꝫ ergo vi q̄ ille ignis nō nascit de montibus: ſꝫ a deo positus fuit ibi. nō.n. ꝓpie diceret ibi locatus gladi⁹ flāmeus si ibidē flāme nascerent: q̄ positū dī q̄ aliunde adducit ꝛ situatur: ꝛ hoc magis ꝓuenit positiōi doctoꝝ vt ysi doꝛi ꝛ basilij dicentiū q̄ ille ignis ꝓuenit vsq̄ ad ꝓcauitatē oꝛbis lune: qō non posset esse si eructaret de monte illo nāl'r q̄ nulla tanta mā esset que ꝓtinuo inflāmata in tā altuꝫ culmen erigeret. Dōm ergo q̄ deus creauit ibi ignē nouit forte ꝓuertendo illā mām aream eiusdez loci in ignem: ꝛ est ille ignis per modū muri ambientis totū locū paradisi: ꝛ incipit de longe a superficie terre ne magna ꝓpinqtas noceat amenitati paradisi: ꝛ ascendit iste ignis per oia aeris interſticia: ꝛ ꝓtinuatur regioni ignis vsq̄ ad lunā. Si aūt iste ignis de terra erūperet nō posset tātū ascendere: q̄ reqreret ad hoc valde magna mā sulphurea. ꝛ iaꝫ foret sic tota terra cōbusta etiā si sulphur esset. Etiā q̄ flāme erūpentes de montib⁹ aliquādo erūpunt. aliq̄n cessant. ibi aūt nūq̄ cessat igneus murus. ¶Aliqui tenētes esse paradisuꝫ sub equinoctiali dicūt istū gladiū flāmeū esse ardorē terre illius subiecte equinoctiali ꝓp quē nulls adire pōt paradisuꝫ tāq̄ ꝓhibitū muro igneo. alia opi.

¶Sed dato q̄ sit paradisus sub eqnoctiali nō bene vī ſ̄ dez obiectio
q̄: iste gladius igneus positus fuit ante paradisuꝫ post electionem ade: sed eqnoctialis ardoꝛ ante ibi erat eqnoctialis eni anteq̄ paradisus terrestris esset facta est: q̄ eqnoctialis est linea diuidēs totū zodiacū in duo eq̄lia. s. ad punctū p̄ncipij arietis: ꝛ ad punctū p̄ncipij libre ꝛ illā decurrit sol motu raptus bis in anno in die quo intrat arietē: ꝛ qñ intrat libraꝫ: sed nunq̄ eam directe decurrit: q̄ semp facit ſpiras. i. impfectos circulos. cum ergo zodiacus in octaua ſpera die secūda creatus fuerit. ergo eqnoctialis etiā. 4dor aūt eqnoctialis quarto die esse incepit. s. quādo sol ꝛ luna creati sunt: hec āt omnia fuerūt ante expulsionē ade in die sexto. non pōt ergo dici q̄ equinoctialis ardoꝛ locatus fuit ante paradisum electo adam cū ante ibi fuisset. ¶Dōꝫ ergo q̄ iste gladius flāme⁹ est ibi ignis positus sexto die adam electo. ⌊gladiū flāmeū⌋ vocatur gladius: q̄ sicut gladius acutus est. ita ignis in extremitate acuitur. ⌊atq̄ versatilē⌋ . Dī gladius versatilis q̄ ad quācūq̄ partē se verterit scindit. ignis aūt ad oēm partez cōburit. ⌊ad custodiendā viam ligni vite⌋ ne homines rediꝛent ad accipiendum de illo fructu: ꝛ ne demones venirēt ꝓo eo ex causa predicta ne fallant homines.

¶L.S. De gñatione abel ꝛ cayn ꝛ fratricidio ō maledictione cayn ꝛ filiꝰ eius vsq̄ ad lamech: ꝛ gñatione seth ad noe q̄ gñatus quātū vixit: ꝛ quā do mortuus

Capitulū quartum.



Bam vero cognouit vxorez suam euaꝫ que cōcepit ꝛ peperit cayn: dicens. Possedi hoiem per deū rursumq̄ peperit frem eius abel: Fuit āt abel pastoꝛ ouiū: ꝛ cayn agricola. Factū est aūt post multos dies vt offerret cayn ō fructibus terre munera dño. Abel quoq̄ obtulit de primogenitis gregis sui: ꝛ de adipibus eoꝝ. Et respexit dñs ad abel ꝛ ad munera eius. ad cayn āt ꝛ ad munera illius nō respexit. Iratusq̄ est cayn vehementer ꝛ ꝓcidit vultus eius. Dixitq̄ dominus ad eū. Quare iratꝰ es ꝛ cur ꝓcidit facies tua. Nonne si bñ egeris recipies. Sinaūt male: statiꝫ in foribus pctm̄ tuū aderit. Sed sub te erit appetitus eius: ꝛ tu dominaberis illius. Dixitq̄ cayn ad abel frem suum. Egrediamur foras. Cūq̄ essent in agro: cōsurrexit cayn aduersus frem suum abel: ꝛ interfecit eum. Et ait dñs ad cayn. Ubi est abel frater tuus: qui rñdit. Nescio. Nū q̄d custos fratris mei suꝫ ego. Dixitq̄ ad eū quid fecti. Vox sanguinis frīs tui clamat ad me de terra. Nūc igitur maledictus eris sup terram: que apuit os suū

ꝛ suscepit

Apō seros lanugo iducit vitaꝫ.

Insule vbi nulli moriū tur.

Ubi forma tus fuerat adam ꝛ sepultus.

Qō. xxv. Cur oporꝛtuit custodire paradisum a ōmnibus scum ipsi nō letētur amenitate locoꝝ.

Cōfutatio.

Cōfirmatō

Qō. xxvj. Uñ fuerit ille gladiuꝰ igneus qui ꝓstitut⁹ fuit in paradiso terrestri.

ꝑª opinio.

Cōfutatio.

ꝛ ſuſcepit ſanguinem frīs tui de manu tua. Cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus ſuos Vagus ꝛ pfugus eris ſup terrā. Dixitq; cayn ad dñm. Maior est iniquitas mea: q; vt veniā merear. Ecce eijcis me hodie a facie terre et a facie tua abſcondar: ꝛ ero vagus ꝛ profugus in terra. Dis igitur q inuenerit me: occidet me Dixitq; ei dñs. Nequaq; ita fiet: ſed oīs qui occiderit cayn: ſeptupluꝫ puniet. Poſuit q; dominus in cayn ſignū vt nō interficeret eū oīs qui inueniſſet euꝫ: Egreſſuſq; cayn a facie dñi: habitauit ꝑfugus in terra: ad orientalē plagaꝫ eden. Cognouit aūt cayn vxorem ſuā que cōcepit ꝛ peperit enoch. Et edificauit ciuitatem: et vocauit nomē eius ex nomine filij ſui enoch. Porro enoch genuit irad: ꝛ irad genuit mauiael: ꝛ mauiael genuit mathuſael: ꝛ mathuſael genuit lamech: Qui accepit duas vxores nomen vni ada: ꝛ nomē alteri ſella. Genuitq; ada iabel: qui fuit pater habitantium in tentoriis: atq; paſtorum: ꝛ nomen fratris eius thubal. Ipſe fuit pater canentiū cythara ꝛ organo. Sella quoq; genuit tubalcayn: qui fuit malleator et faber in cuncta opera eris ꝛ ferri. Soror vero tubalcayn noemma. Dixitq; lamech vxoribus ſuis ade ꝛ ſelle. Audite vocē meā vxores lamech: auſcultate ſermonem meum Quōm occidi virū in vulnus meuꝫ: ꝛ adoleſcentulum in liuorē meum. Septuplum vltio dabitur de cayn: de lamech vō ſeptuagieſſepties. Cognouit quoq; adhuc adam vxorem ſuaꝫ ꝛ peperit filium: vocauitq; nomē eius ſeth: dicens. Poſuit mihi ds ſemen aliud ꝑ abel quez occidit cayn. Sz ꝛ ſeth. natꝰ est filius quez vocauit enos. Iſte cepit inuocare nomen domini.

Capitulum quartum.

A Qō.I.

Adam deſcripta hominis conditione ꝛ tranſgreſſione hic agitur de eius ꝓpagatione. Duo enim s. tacta fuerunt. s. creatio rerū ꝛ tranſgreſſio primorum parentū. Primū erat neceſſariuꝫ in ſacra ſcriptura ad integritatē fidei. s. ad demoſtrandaꝫ infinitam dei potentiā que pz in creatione. ꝛ ne nos oēs res reducēmus in alliā cām. ſcōm. s. tranſgreſſio primorū parentum erat de integritate ſacre ſcripture vt demonſtrareť neceſſitas meſſie rediīntis ad quē tota ſcriptura principaliter tēdit. hic aūt incipit deſcribi ꝓceſſus generationū humanaruꝫ ſuccedentiū ꝛ hoc fit i toto iſto libro. Et q; vt ſepe ait augu. in libris de ciuitate dei. due ſunt ciuitates. s. ciuitas dei ꝛ diaboli. vtraq; autē earū ſuas hz generationū ſucceſſiones. Sacra aūt ſcriptura principaliter tractat de linea bonoruꝫ. ſz aliq̄n intermiſcet de linea malorum ſm q; bonis in vita p̄ſti corporaliter cōiuncti ſunt vt illis cā exercitationis per afflictioneſ ſunt. premittit aūt hic de linea malorum: vt ſe breuius expediat ꝛ iſta incepit in cayn. ꝛ deſcribiť in iſto capitulo vſq; ad diluuiū. Deide ponit lineā bonoꝝ deſcendentiuꝫ de adam per filiū eius ſeth. ꝛ in toto iſto libro deſcribit lineam continuatam bonorū ſm tres radices vel truncos. primo ꝑ adam. c. ſequenti. ſcōo ꝑ noe. c. vj. vſq; xj. tertio ꝑ abraā. c. xj. vſq; ad finē libri ꝛ vltra in alijs. Iſta deſcriptio est valde vtilis ad duo primo ad ſciendū lineaꝫ meſſie que valde neceſſaria est vt declarabimus late numeri. xxvij. c. ꝛ ſic euangeliſte eā deducunt Scōo vtilis est ad ꝑſuadendum factam creationem ꝛ mundū inchoaſſe. Si. n. iſta ſcripta nō forent putarent hoies ab eterno eſſe mundū. ſicut tenebant phi gentium ignari ſacrarum litteraꝝ. vel dato q; hoies crederēt. tñ non ita bene cōciperent neq; contētarenť eorum itellectuſ ſicut cum ſcirent quot āni fluxerūt a creatione. ꝛ que generationes hoim fuerunt. Et ideo deus volens ꝑſuadere iudeis a principio legis date mundū creatum fuiſſe: inducit iſtā ꝓbationē. ſ. q; inquirerent generationes hominū in linea aſcēdenti: ꝛ ſic deuenirent vſq; adam quē nullus hominū genuit. ſed eū deuſ ante oēs alios formauit. Sic. n. dicitur deutero xxxij. c. nunqd nō ipſe est pr̄ tuus qui poſſedit te fecit ꝛ creauit. memento dierū antiquorū ꝛ cogita generationes ſingulas. De hoc ibi ſatis late diſeruimus. Et diuidiť iſtud capitulū in duas ptes. p̄ pōiť gñatio ade. ſ. cayn ꝛ abel totaliter delenda. q; cayn generatio ꝑ diluuiū. abel aūt per occiſionem deletus eſt. Scōo ponit gñatio non delēda. ſ. generatio ſeth. ibi cognouit quoq;. Circa primū ¶ adam vero cognouit euā ¶ carnaliter ad ꝓpriꝫ ꝓ creationē. Iſta gñatio cayn fuit facta quintodecimo āno poſt electionē ade de padiſo. Methodiꝰ martir quē multū ſequiť magiſter ſcolaſticarū hyſtoriarū dum eſſet in carcere orauit a deo: vt aliq̄ ei de principio ꝛ fine mundi reuelaret. qō ſic factū eſt: ſcripſit aūt illa verbiſ ꝫ impolitis. ꝛ ait q; primi parētes virgines de padiſo egreſſi ſunt. deinde anno quidecimo vite ade natus eſt cayn. ꝛ ſoror eiꝰ calmana. Et forte tāto tpe a copula vacauerūt. q; erāt dolentes de pctō q; contra deū egerant. ꝛ de amiſſione felicis vite in paradiſo. ꝓ ſe ꝛ tota poſteritate. Deide a deo mādatum habuerūt de ꝓcreatione liberoꝝ. poſt alios quindeci annos. ſ. trigeſimo āno vite ade natus fuit abel ꝛ ſoror eius delbora. Hebrei aūt dicunt q; iſtud ꝑ recapitulationē ponitur q; cayn ꝛ abel in paradiſo geniti ſunt. ꝛ ꝓbant q; dicitur. ē. i. c. creſcite ꝛ multiplicamini quod ad cōmiſtionē carnalem refertur. Ideo dicunt q; formata muliere ꝛ aducta ad adā immediate cognouit eā carnaliter. Alioquin fuiſſet tranſgreſſor ꝓcepti p̄dicti. Sed oēs doctores catholici tenēt q; primi parentes de paradiſo virgines exierūt. ꝛ ſic ait augu. ſup gen. ad lr̄am primi parētes in paradiſo nō coierūt. q; formata muliere poſt modicū electi ſunt de paradiſo. Sic etiā hyeronimus ait nuptie replēt mundū: virginitas autem paradiſum. ꝓbatio aūt tē iudeorū non ꝓcedit q; modicum poſt formationē mulieris electi ſunt. iō non habuerunt, tps nec diſpoſitionē. Itē q; iſtud ꝓceptū datum de multiplicādo erat affirmatiuū ideo nō obligabat. ꝓ ſemp. ꝛ ideo licet i paradiſo manſiſſent multis diebus ꝛ non coiuiſſent nō trāſgrediebanť ꝓceptū donec deus ei limitaret tps in quo ¶ cōcepit ꝛ pepit cayn. ¶ Aliqui iudei dicunt q; immediate vt cognouit adā euam cōcepit ꝛ ſtatim peperit. rō eorū est. q; nulla diſtantia interponiť in conceptu ad partū. Sed hoc nihil est q; ſcriptura ſolū memorat eſſentialia facti nō curās ō hūj ꝫ que intercidebant. vt ſi dicatur filij iſrael intrauerūt deſertum ꝛ tranſierūt iordanē: ſed manifeſtū est q; nō immediate poſt ingreſſuꝫ deſerti tranſierunt iordanē. q; fuerūt. quadraginta anni inter medū ¶ dicēs poſſedi hoiez ꝓ deuꝫ. ¶ Iſta est rō impoſitionis nois. ſubintelligiť ꝛ vocauit nomen eius cayn. ꝛ conuenit hoc nomini impoſito. q; cayn in hebreo interpretať poſſeſſio ꝛ ide dr̄ in hebreo ¶ q̄uici ¶. i. poſſedi. iſta nomina demonſtrant fuiſſe primā linguā hebream. q; cayn: ꝛ abel: eua: ꝛ adaꝫ ꝛ omnia alia nō ſunt noia ſignificantia aliquid in aliq̄ lingua ꝓterq̄ in hebrea in q̄ conueniūt nominibus appellatiuis ꝛ verbis ¶ poſſedi hoiez ꝓ deuꝫ ¶. i. ante hoc nullū hoiem habebā nunc aūt incepi hr̄e. ꝛ hoc per deum. i. ꝓ voluntatem dei dantiſ mihi potentiā generādi. ¶ rurſumq; pepit fr̄ez eius abel. ¶ ex hoc argumto iudei dñt q; cayn ꝛ abel in paradiſo gēiti ſunt: q; tūc oporteret q; ſtetiſſent adam ꝛ eua in paradiſo ꝓ vnū annū ad minus. q; inter primam cōceptionē ꝛ ſcōam quaſi vnus annuſ interceſſiſſet. ſz cayn ꝛ abel non ſimul ꝓcepti ſunt vt pz in lr̄a q; dr̄. ¶ rurſumq; pepit frem eius ¶. i. alia vice. vel conceptione. Interpretatur abel. luctꝰ vel magis ꝓprie vanitas. vel nihil ꝛ vocatur hebraice henel. Luctus dicitur ab euentu q; propter mortem eius vt dicit luxit adam p̄r ꝛ eua centū annis in quada valle apud hebron. q̄ dicit vallis lacrimaruꝫ: vt pz in libro de diuiſione terre ſancte. Vel dicit nihil ex quodā vaticinio futurorum q; de illo nullum ſemen remanſurū erat. Vel dicit vanitas q; iam incipiebat nā humana vanitati ſubdita. eſſe fuit aūt abel. ¶ hic agit de primorū filiorū nō ꝑmanencium diſtinctiōe. ꝛ tangunť duo primum de morte abel. Scōm de generatione cayn. ibi cognouit cayn. Circa primuꝫ ¶ fuit aūt abel paſtor ouium ¶. Iſti fuerūt primi duo fratres multū differentes intentiōe ꝛ cōuerſatione. q; cayn in agricultura laborauit abel vero vt paſtor. Itē cayn fuit caput ciuitatiſ diaboli. abel fuit prior in ciuitate dei, iō fr̄ carnalis ſpirituale

Intētio totiꝰ iſtius libri Augu.

Utilitaſ linee generationis que in libro deſcribitur p̄ z.

B

Qō.II.

An primi parētes de padiſo virgines exierunt opinio

opio hebreorum

C

opinio communis

alia iudeorū poſitio

Cōfutatio

Rō perſuadēs primaꝫ linguā hebraicam fuiſſe.

rō hebreorū q; primi parēteſ nec genuerant in paradiſo

D

Qō.III.

sed de veritate magis tangemus in cōmētario nostro super eusebium. ¶ Sed post non soluz māsit in tribu iuda de qua xp̄s descendit directe: sed ēt in oibus vndecim alīs tribub⁹. ¶ Et hoc valde mirabile erat: qz omnes filij alicuius ō istis erudirentur in lingua hebraica: sed solus vnus loqueret in ea. ¶ Et erat lingua hebraica cōpleta in omnibus verbis sicut omnia alia idiomata. nunc autem non est completa: qa solum illa nomina māserunt pure hebraica que in lege scripta erant z non alia. ¶ Et ratio fuit: qz hebrei mixti fuerūt alīs gentibus: z acceperunt idiomata earum. de his augu. de ciui. dei. lib. xv. ⌊labij vnius⌋ .i. vnius idiomatis ⌊z pmo num eozundē.⌋ vt aliqui volunt non soluz erat idē idioma materialr quātum ad voces: sed ēt quātum ad modū accentuandi z proferendi. Uel dī qz erat idem idioma vel eadem lingua gñaliter apud omnes: z non solū hoc sed etiam erāt ēdem sermones: qz nō erat aliquis homo qui pferret verba que alius non intelligeret. nūc autē in qualibet idiomate: lz cōmune sit. sunt aliqua verba specialia que ab oibus non intelliguntur. ¶ Fuit autem facta ista cōfusio linguarz quasi per centum annos post diluuiū. s. in diebus phalech: qz phalech natus fuit centū annis post diluuium. pz computando duos annos quibus natus est post diluuiū arphaxat: z triginta quinqz annis arphaxat anteqz gigneret: z triginta annos sale anteqz gigneret heber: z triginta quattuoz ānos heber anteqz gigneret phalech. qui simul sunt cētū z vnus annus. In diebus aūt phalech. i. qñ natus fuit diuisa est terra. ¶ Et dicit ra. abrahā abenazra qz in edificādo turriz illaz z ciuitatē fuit Noe z abraham. ¶ Qō autem Noe fuerit ibi cum edificantibus satis patet: qz omnes homines qui tunc erant edificabant ciuitatē: lz quidā bona intētione. alij autez mala. Et hoc apparet: qz cū littera dixisset quasi de oibus hominibus qz terra erat labij vni⁹. i. qz omnes loquebanē vna lingua subiunxit imediate qz recesserunt de pte orientali. q. d. omnes hoies: z venerunt in cāpum senaar. ¶ Itē qz dixerunt anteqz diuidamur in vniuersas terras. noe aūt isto tempoze viuus erat: qz cum linguarum confusio facta fuerit annis quasi centū post diluuiū. ergo edificatio ciuitatis que precessit confusionē linguarz fuit ad plus per centuz ānos post diluuium. Noe aūt vixit post diluuiū trecentis z quinquaginta ānis: vt patet. s. ix. c. ergo tūc viuebat. ¶ De abraham autez qz tunc viueret non videt possibile: qz cōfusio linguarum z inceptio cōstructionis ciuitatis z turris ad magl fuerunt post diluuiū per centū annos. Abrahaz autem post diluuiuz trecentis minus vno anno natus est. vel forte centum ter z vno cōputando duos annos post diluuiū anteqz natus esset arphaxat. Deinde ānos oium succedentiū ante qz gigneret vsqz annos thare septuaginta anteqz gigneret abrahaz. ergo videt qz confusio linguarz precessit ciuitatem abrahe quasi per ducentos ānos. Sed quomodocūqz dicat abrahaz natus fuit post diluuiū trecentis minus octo ānis: vt patet cōputando ānos oium a diluuio vsqz ad abraham. Et iste suprapositе cōputationes procedūt fm errozē quozūdam. ⌊cūqz pficiscerētur de oriente.⌋ non dicit hic lra spāliter de aliquibus eozum qz recesserint ab oriente: sed quasi de toto humano gñe loquitur. Et sic est veritas qz oēs quotquot tunc erant videntes terraz armenie nō esse bone dispositionis ad habitandū: qz tota illa terra mōtuosa erat: vt ait paulus oroſius. pmo lib. de ozmesta mundi. venerunt vt quererent bonū locum habitatiōis in plano. Et persuadet hoc qz lingua hebrea erat ante in oibus hominibus: z si ibi nō fuisset destructa: z pfusa mansisset eadē apud oēs: z cū ista confusio fuerit facta solū in edificātibus babylonē si aliq alīj homines mansissent in alia parte orbis qui nō cōuenissent ad edificandū in illis nō fuisset mutata lingua hebraica: sed flz est: qz in solis filijs heber per rectaz lineam messie mansit: vt supra dcm̄ fuit. Ista ratio satis demonstrat qō intendit. ⌊de oriēte⌋ .s. de terra armenie in qua habitauerat Noe post exitum de archa cum filijs suis quouscqz venerunt ad edificandam babylonem. Est autem terra armenie magis orientalis qz terra babyloniozum z caldeozum in latere caucasi montis septētrionalis: vt ait Paulus oroſius primo libzo de ozmesta mundi. ⌊inuenerūt campuz in terra senaar.⌋ Dicitur qz inuenerunt campum quasi pro magna z notabili re. cum ex armenia vsqz ad locum illum tota terra esset montuosa z aspero situ: vt declarat Paulus oroſius libzo pmo de ozmesta mundi. Et vocatur ista terra senaar non qz ante sic vocaretur: qz nullus vnqz hominum ad eam venerat nec etiaz in prima etate: qz in loco sepato habitabant: sed qz ipsi venientes ad eam sic eam vocauerunt: z ista terra senaar est terra caldeozum z babyloniozum. ⌊z habitauerunt in eo.⌋ forte fecerunt ibi aliquas paruas māsiunculas: z patet ex hoc cū sequenti qz quando isti mouerunt sedes de oriente ad locum illum non venerunt ea intentione vt turrem aut ciuitatez facerent: sed vt in plano habitarēt. Deinde venit eis in mentē vt facerent turrim z ciuitatem. sic enim dicitur qz primo habitauerunt in campo illo quasi nihil aliud intendentes. Deinde tractu tēporis quasi consiliantes dixerunt inter se venite faciamus lateres tc̄. ⌊Dixitqz alter ad proximū suum⌋ ideſt omnes inter se consiliati sunt vt facerent ista. ⌊venite faciamus lateres: ⌋ qz forte terra illa cum sit campestris lapides non habet. vel quia putabant solidius edificium esse de lateribus qz̄ de lapidibus. vel qz vt aliqui volunt intēdebāt ibi euadere ab alia destructione seculi per ignem. lateres aūt igni resistunt cū decocti sint. Lapides autē igne soluūtur in calcem. ⌊z coquamus eos igni⌋ vt duriozes sint. ⌊habuerunt qz lateres pro saxis z bitumē pro cemento⌋ .q. inuit qz edificatio que fiebat temporibus suis. s. moysi. vel qlibet bona z firma edificatio fiebat de lapidibus z cemento. lapides enim sunt principalis materia edificationis. cementum aūt i. calx posita inter lapides ad conglutinandum. z firmiter retinendū erat minus principalis materia. ¶ Nec accipit hic cementum pro fundamento edificij: vt cōmuniter appellare solemus: sed pro calce conglutinante: z isto modo vocantur quidaz artifices cemētarij. i. lictores vel superinductores in parietibus edificioz. Isti autez acceperunt lateres pro principali materia z bitumē pro secūdaria. Est enim bitumen fortissimum genus luti ad cōglutinandum: z nascitur in terra illa sicut in terra iudee. vel apud sodomā: vt pz. s. xiij. c. ⌊faciamus nobis ciuitatem z turrim.⌋ non fuit tunc nouiter excogitata turris vel ciuitas: qz cayn ante diluuiū ꝯdidit ciuitatem: vt pz. s. iij. c. z forte viderant eā Noe z filij eius añqz intrarent in archaz. ex qua exemplar assumpserant. tota aūt ciuitas cayn aquis diluuij destructa fuit: qz dimouerūt superficiem terre. ⌊cuius culmen pertingat ad celos.⌋ Non est intentio edificantiū qz turris accederet ad celos: qz ꝫ sciebant impossibile. Maxime cum esset ibi nemroth. qui astrologus erat z sciebat distantiaz celi a terra. maxime qz sciebant iter medium aerem frigidissimuz esse in quo generanē grādines nix z omnia metheoꝝ: z ibi impossibile est aliquid viuere ex loci frigiditate. ¶ Sciebāt ēt ignem esse ante celum in quo nulla res viuit: sed omnia consumuntur. Etiaz qz facere turrim accedentē ad celos non conueniebat fini eozū. Quia ꝫ aliquos: vt vult ra. sa. z nicholaus. ideo isti faciebant istam turrim altissimam: vt in ea defenderentur a diluuio qō iterū superuenturum expectabant. ¶ Hoc ergo stante non erat aliqua necessitas vel vtilitas facere turriz vsqz ad celum: qz diluuium non attigit celum alia vice: sed solum quindecim cubitos super montes excelsos. ¶ Alij autez dicunt qz ideo faciebant istā turriz altissimam vt defensarentur ab igne superuenturo z consumpturo seculum: sed hoc nihil ꝓderat: qz etiam si turris pertingeret vsqz ad celuz nihil ꝓficeret: qz ignis tangit superficiē concauaz orbis lune. Et ideo adhuc ibidem consumerentur nisi turris subintraret celum aperiēdo vel rumpendo illud quod non est imaginabile. ¶ Sed adhuc iste presumptiones sunt falsę. ¶ Prima. s. qz ipsi intelligerent saluari in ista turri a diluuio. qz Noe erat ibi cū edificantibus: z filij eius tres quibus deus sepe promiserat z posuerat pactum cum eis. ne vnqz emitteret aquas diluuij ad consumandam terram. ideo ipsi non permitterent turrim edificari ad talem finem. Et dato qz non stetisset ibi Noe nec filij eius. alij nepotes eius qui ibi stabant sepe ab eo audiuerant de pacto dei cum terra ne vnqz mitteret sup eaz aquas diluuij. Etiam quia si ipsi hoc intenderent non bene edificarent turrim de lateribus qui aquis consumi possunt: sed de lapidib⁹ duris saxeis. z forte magis facerent multas archas tales qles noe in diluuio habuerat. ¶ Nec ēt est vera scōa presuppositio. s. ō igne qz ipsi timerēt ignē z vellēt ibi euadē qz sic deus pepigerat nūqz se inducturū aqs diluuij sup terrā. ita pepigerat qz nūqz maledicēt terre pp hoies diçēs. nō igit̄ pcutiā vltra omnē aiam sicut feci: sed si ignis vniuersalr veniret

Cur lingua hebraica nūc est icōpleta.

B ſſ

Qō. m. Qñ fuit facta cōfusio linguarum

An abrahā z noe fuerit in edificatione turris z ciuitatis. Opinio.

Cōfutatio opinionis in parte. s. de abraham.

Quo tpe abraham natus sit.

C ſſ

ſſ D

ſſ

Qō. iij. Quo turris pōt pertingere ad celuz

Cur hō est turris tāte altitudinis

Qō. v. Cōfutatio pma

2ª cōfutatio.

veniret omnia consumeret magis adhuc q̄ aqua: q; magis actiuus est.in diluuio.n.non pierunt pisces nec arbores. si tñ veniret ignis oia quasi ꝓsumeret elementa ⁊ elementata.

R' ad dubium E ff

¶Quis ergo fuerit,finis vel intentio in edificātibus taꝫ altissimam turrim infra demonstratur. ¶Dom ergo q̄ ista loquutio est hiperbolica.⌊cuius cacumen ptingit ad celum⌋ i.q̄ sit valde alta excedens omnē altitudinē montiū ⁊rupiū atq; scopuloꝝ ꝓminētiū.sic enim dī sepe hiperbolice.astra ferit clamor.i.magne voces sunt.non tñ est sensus q̄ alique voces hic ꝓlate possent audiri vsq; ad celū.sic enim dī alexandreidis li.iij.de magno clamore feminaꝝ qñ caperet ciuitas thyrus ab alexandro.aurea femineus perstringit sydera clamor.⌊⁊celebremus nomen nr̄m.⌋Ex hoc pz q̄ intentio edificantiū non erat euadere diluuiū vel ignē:sed celebrare nomen suū.i.facere famosuꝫ.fama.n solēnis alicuius tunc dilatatur cū opa magna ⁊ memorabilia agit sicut erat ista turris. ¶Sed aliquis dicet q̄ ex hoc inferē cōtra.ea que supra diximus.s.q̄ oēs homines conuenerint ad construendā istā ciuitatem:q; celebritas nomina vel fama nūq̄ est ad seipsuꝫ sed ad alterum.Si autem omnes homines ibi erāt ad quos poterat esse nomen eoꝝ celebre:ad nullum certe. ¶Rndeē q̄ ꝯ non intendebant nomen suū celebrare ad aliquos tunc existentes.volebant tñ celebrare respectu futuroꝝ vt maneret memoria eoꝝ apud futuras generatiōes sicut nunc manet quāto magis si illi turriꝫ perfecissent sicut intendebant. ⁊ non fuisset locus depopulatus sicut nunc est ꝓpter peccata habitantiū in eo.sicut p̄dixerat ysa.xiij.c.⌊anteq̄ dispgamur in terras.⌋fm nicho. ⁊ ra.sa.qui tenent vnā de superioribus p̄suppositionibus est sensus.⌊anteq̄ dispgamur i terras⌋.i.faciamus istaꝫ turrim in qua defendamur a diluuio. ne diluuiū veniens ⁊ reperiens nos impatos dispergat coꝛpora nostra per trans sicut fecit in p̄decessoribus nr̄is. Uel aliter⌊anteq̄ dispgamur in terras⌋.s.q̄ isti loquebanē ꝓphetice de futura dispersione sua p̄ linguaꝝ confusionez.iō anteq̄ dispergenē in terras volebāt nomē suū famosuꝫ facē ¶Uel alr intelligēdo q̄ ipsi volebant dispgi per terras: q; non poterant oēs simul in vno loco viuere.iō anteq̄ diuidentur:q; tunc multi erant volebat facere aliq̄ memor abile per q̄ nominarenē vbicūq̄ essent.Imaginabanē enim q̄ nūq̄ genus humanū totum sic esset ꝓiunctuꝫ:vt tunc erat. ⁊ideo rectissime ꝓueniebat toti gñi humano ꝓiuncto facere opus mirabilius q̄ esset in toto orbe magis q̄ vni gēti ꝑticulariter: ⁊ rectissime sic fuisset nisi deus ꝓuidens aliā vtilitatem humani generis hoc fecisset. ¶Aliqui enim stulti credunt q̄ illi ꝓditores turris babylonice.ideo sic eā altissimam faciebant:q; volebāt per eam ad celū ascendere tāq̄ pugnaturi cū deo:vt fabulose referē per Ouidiū metamor.li. primo: ⁊ per oēs alios poetas q̄ gigantes volētes deos de celo ascendendo depmere.iō montes mōtibus iposuerūt vt accederent: ⁊ ibi pugnātes maximos lapides iaciebant.tandem ibi a deis deleti sunt euersis mōtibus sup eos'in monte vel potius cāpo.phlegra in macedonia. huius tñ erronee fabule.Solinus in polistor.c.de macedonia originē ꝓdit.Nullus enim tā capte mentis est:vt ad celū ascendere cōtra dei volūtatē se posse credat. ¶Maxime q; coꝛpa celestia cōpora grauia qualia sunt nr̄a dum moꝛtalia sunt nō sustineret. ¶Maxime ꝓpter obstaculū ignis intermedū ⁊ aeris caliginosi frigidissimi.in lra hebraica habeē. ⌊ne dispgamur in terras.⌋q; ponitur ibi⌊penafū⌋. q̄ non significat anteq̄: sed q; nō vel ne.s.q̄ isti faciebāt turrim magnā ne dispergerentur. ¶Intelligebant enim q̄ turris tāte altitudinis que celū videreē tangere q̄si vbiq; terraꝝ vel saltem in valde magna ꝓte videri posset.Et vt in tanta distātia potentiā visuā posset imutare eā grossissimā ⁊ amplissimā fecerūt.s.q̄ quando aliqs vellet recedē ex aliqua causa a ciuitate illa vbicūq; esset videret illā turrim: ⁊ sciret postea redire ad ciuitatē q̄ non contingeret si nō esset illa turris sic altissime posita: qa cū nundū essent itinera per que hoies scirent ire: ⁊ redire indigebant aliquo alto signo vt venirent ne pderenē aberrantes: ⁊ dispergerenē per totū orbem.Et hoc est q̄ dicit.⌊ne dispgamur in terras vniuersas⌋.i. nos videntes a longe istam turrim vbicūq; simus non dispergemur aberrātes p vniuersas terras.Et istā intentionē tangit aliqualr ra.abraham abenazra.nec credo q̄ sit aliqua verior ista: ⁊ ita ꝓcordans verbis textus ⁊ recte rationi,tamē littere nr̄e nō convenit que dicit anteq̄ dispergamur in terras.Et iuxta istaꝫ litteram dz esse alius sensus qui supratactus est.s. homines erant nunc ꝓiuncti: ⁊ intēdebant dispergi per terras quasi melius ⁊cōmodius sic habitaturi essent.ante tñ q̄ dispgerē tur voluerunt facere aliquid famosuꝫ qō in memoria posterum relinqueretur factuꝫ esse a toto humano genere cōiuncto quale erat facere turriꝫ ⁊ ciuitatē babylonis: ⁊hoc est celebrare nomē.Et ista fuit intētio littere nostre ⁊ eoꝝ qui trāstulerunt anteq̄ dispgamur: cum tamen littera hebraica dicat ne dispergamur. ¶Sed tenēdo litterā hebraicam debemus dicere necessario q̄ homines intēdebāt simul manere omnes non lōge ab illa turri: ⁊ ideo volebant eaꝫ facere talē qualem cogitabant. ⁊ vbiq; eā videre possent ⁊ nō errarēt: sed redire scirent ad locū: ⁊ tunc celebrare nomē esset facere rem vbiq; vel ex quocūq; loco cognoscibilē. vtraq; opionum istarum satis ex littera pōt habere colorē ⁊ motiuū.augusti.autem lib.xvj.de ciuita.dei.c.iij. ⁊.v. ⁊.vj. loquitur de hoc. ⁊ inuit qō intendebat facere istam turriꝫ contra deum quasi per hoc aliquid possent contra eum. Sed hoc non est multum ꝓbabile.Etiam non consonat littere que dicit celebrem⁹ nomen nostruꝫ ⁊c.Ideo tenenda est aliqua de duabus ꝓcedentibus opinionibus. ¶Aliqui autem putant q̄ ideo deus destruxit vnitatem lingue: ⁊ fecit ne edificaret turrim:q; superbe ista illi homines faciebant volentes aliquid celeste cognoscere vel alias qualr̄cūq; peccarēt. ¶Sz salua reuerentia istoꝝ non videtur verum. imo dicendū est fm superiores expositiones duas que verissime sunt q̄ isti nullo modo peccauerunt: q; malum finem non intēdebant nec iste actus erat de se malus.patet enim: q; facere turrim altissimam de se nō est malū vel bonuꝫ:vt fornicari vel furari:sed est indifferens. ¶Itē finis istoꝝ erat bonus.s. vt oēs videntes illā turrim altissimaꝫ non aberrarent: ⁊ omnes ibi viuerent.vel saltē ꝑpe illā ciuitatem: ⁊ sic iste actus erat bonus:q; actus indifferens fm se sortitur bonitatē vel malitiā ex fine. ¶Desiderabant enim omneꝫ sil' viuere.hoc.n.naturale desiderium est.cū homo naturaliter sit animal politicū: vt patet in primo politicoꝝ.c.i.ideo dicit philosophus.iij.politi.q̄ hoies desiderantes vitā ciuilem multa mala sustinēt vt eam habeant ⁊ eā non dimittunt nisi a malis fm vitā superexcedanē.qō autem aliquis vellet complere naturale desiderium nō deordinatum non peccat. sicut si quis vellit comedere moderate cū esurit.nō ergo videtur fuisse in hoc aliqō peccatū nec moꝛtale nec veniale. ¶Maxime q; inē eos erat sanctus Noe pater omnium ipsoꝝ ⁊ principalis edificatoꝝ: q; pater ⁊ princeps qui nō permisisset turrem fieri ad aliquem malum finem. ¶Tenendo autem aliam exposi tionem etiam non erat aliquid malum neq; peccatum:nam q̄ homines vellent facere aliquod famosum:quod in memoriam ipsoꝝ omnium maneret postq̄ per orbem diuideren tur non erat peccatum:quia desiderium glorie vel honoris non est de se peccatum:licet enim homini desiderare honorem quēdam: ⁊ bonis actibus illum ꝓcurare si non sit ille honor contra deum:vt si homo per honorem quem cupit detrahat aliquid diuino honori vel ꝓcuretur honor per rem malam aut in re mala in qua non est verus honor:sed vituperium.aut si contra expressam ꝓhibitionem dei.Hic autē nihil horum erat.Nam per edificare turrim altissimaꝫ nihil detrahebant diuino honori.etiam non ꝓcurabatur iste honor vel fama per rem malam:q; edificare turriꝫ non est de se malum:cum deus aliquando iusserit fieri edificia magna ⁊ munita sicut erat templum salomonis. Et postea cum illud iussit restaurari destructuꝫ a caldeis.etiam non erat ista res a deo expresse vetita:quia hucusq; non dederat talem ꝓhibitionem. ideo sicut licebat hominibus edificare domos in quibus habitarent:ita licebat turrim illam facere. Et ita nō erant de hoc tāq̄ de malo arguendi. Neq; valet ratio deus destruxit opera eius vel nō ꝓsperata sunt. ergo mala erāt vel malo animo fiebant:quia deus per altissimam ꝓuidentiam suam aliud de rebus disposuit cuꝫ opera nostra discordarent: ⁊ ideo vult vt non maneāt operata a nobis licet bono animo illa fecerimus: ⁊ illa in se nihil habeant. Satis est enim q̄ non concordent intentioni eius:sed neq; nos volūtatē demouim⁹ neq; tenemur in oibus ꝓcordare diuino voliti:ꝛ in qbusdam licitū est potius discordare. sic cū pr̄ meus aut filius moꝛiē certum est deo placere q̄ moꝛiatur. ⁊ tñ mihi displicet

Qō.vi

Qō.vij. Cur deus fecē ne turrim edificarent

Edificantes turrim bonū finez itendebant

Qūo ōsiderīū glie vel honoris est sine pcō.

Qō.viij. Edificātes turriꝫ non intendebant pugnaē cū deo vt ō gigantibus fabulose dicitur.

Cā cur turris ille eminentissima structa sit.

hō nō tenetur in oīb⁹ concordari dei volito.

displicet q̄ moriuntur: ⁊ licite de eorum morte doleo. Sic etiam inter viros sanctos inuenitur q̄ quidam alijs contraria velint: ⁊ tamē vtriq; ex charitate. Non ergo diffiniēdum est q̄ isti malum facerent ex hoc solo q̄ deus opera eorū destruxit. ¶ Sed quātūcūq; isti putarēt bene agere: tamen deus aliud disposuerat: ideo non permisit eos agere ꝓtra id qđ prefuerat: ⁊ futurum esse disposuerat. Deus enim licet aliqñ permittat nos cogitare ⁊ deliberare cōtra ea que ipse disposuit. tamen nūq̄ permittit nos contra ea agere: q; dispositio dei imutabilis est. sicut si deus disposuit ꝑseruare petrum ab hostibus ne occidaf: licet permittat hostes suos cogitare q̄liter eum occidant: ⁊ hoc eligere. nūq̄ tamen permittit eos hꝫ agere. Dis exemplis tota sacra scriptura plena est. hoc tamē non tollit libertatem arbitrij vel diminuit: vt patz. j. l. c. Et maiorem vtilitatem generis humani deus fecit impediendo ne turris construeretur ⁊ diuidendo linguas q̄ si lingua eadē mansisset ⁊ turris edificata fuisset. homines enim qui habēt eandē linguam magis coniungūtur ⁊ desiderant simul habitare. qui autē habent diuersa idiomata simul nō cōueniūt q; in meliori discordant. s. in intellectu ⁊ volūtate: q; nō pñt sibi adinuicē cōmunicare que volūt: ⁊ que intelligunt. in q̄ tota humana ⁊ ꝓpria delectatio est. sic enim ait Aristote. ix. ethi. q̄ viuere est: ⁊ hoc est cōcare mente ⁊ verbo. nō autē quēadmodum animalia in eodē pasci. ista enim cōcatio horum fit per verba: hꝫ ꝑm pbm in principio periher. sunt ea q̄ sunt in voce eaꝝ que sunt in anima passionum note. carētes autem vnitate idiomatis ista cōmunicare non valēt. Etiam q; necessaria ad vitaz animalē habere non poterāt congrue inter se cuz se non intelligerēt. Itē si illa turris ⁊ ciuitas cōpleta fuisset sicut illi facere intēdebant. tanta nobilitas ciuitatis ⁊ turris induxisset homines ad simul ibi morandū vel saltē circa illā ciuitatez. Et hꝫ vnitas idiomatis ⁊ siltanea cō moratio de se bona essent. per accñs tñ multuz nociua erant generi humano: q; si omnes homines simul habitarent non possent habere victū: q; modicū terre spaciū non sufficiebat cibos tante hominū multitudini exhibere. iō ad vitaz necessaria erat distinctio cōmorationis. Item facilius destrui posset totū genus humanū. Si enim bella insurgerēt cū omnes cōmorarentur oēs simul pugnarent: ⁊ sic magna clades sequeretur. Itez morbi magis inualescerent: q; nūc hꝫ vna terra pestifera sit: ⁊ quasi tota destruaf alia manet illesa ⁊ salubris ex ꝓtraria dispositione celi sup illam partem orbis. Si autē omnes sil' mansissent cū illa terra ex habitudie celi vel alias male disponereť omnes mori possent. Item q; ꝑm poetam corrūpunt bonos mores eloqa mala. cū ergo semp iter hoies mali ⁊ idolatre fuissent vel fuerunt: ⁊ sunt illi faciliter alios corrupissēt: ⁊ sic totus mundus erraret. Deus autem contraria facere determinauerat: ⁊ q; videbat q̄ ex vnitate lingue ⁊ cohabitatione ista sequebanť: ideo destruxit turrez ⁊ turbauit linguas. Si. n. omnes gentes ibi cohabitassent. alia pmixtio gñationū fuisset nec sequuta fuissent ea q̄ vsq; hodie fcā sunt: sed mūdus in quodā alio ordine pseuerasset: ⁊ q; deus pscierat quasdā gētes ex sua gra bonas futuras ⁊ quasdaz alias ex ꝓpria malicia prauas futuras: ideo distribuit diuersa loca diuersis gentib⁹. Precipue cū in hoc altissima ⁊ occultissima dei dispō cuz sit in locis quedā secreta latent que rōni fidei ⁊ nāe nō repugnant. ¶ Et si dicas quare non diuisit deus a p̄ncipio generis humani linguā: q; tūc possent existere iste vtilitates. ¶ Dico q̄ a p̄ncipio nō ōbuit statim lingua diuidi. si. n. mox vt facti sunt alia talia idiomata habuissent nō habētes aliquā cōicationē se non vt hoies dilexissent. Item q; non sequebantur aliqua de incōuenientibus supra assignatis. p̄cipue cū tota gens que in illa p̄ma etate erat seruabatur diluuio ꝓsumenda. ¶ Et tñ adhuc ibi quedā distinctio facta fuit: ⁊ si nō in lingua fuit tñ in diuersitate habitatiōis: q; adā spiritu diuino afflatus mandauit filijs seth. ne ꝓiūgerenť filijs cayn: vt de stirpe dānata messias non descenderet: ⁊ q; multi de filijs seth filiabus cayn mixti sunt eas in vxores accipiētes: iō venit diluuium: vt pz supra vj. c. In principio aūt secūde etatis non statim fuit facta linguaꝝ diuisio: q; conueniens erat vt homines simul habitātes aliqualr multiplicarenť: ⁊ deinde diuisio fieret: centuz ergo annis post exitū de archa vel quasi aliqualr multiplicatis hoibus ⁊ cogitātibus qualr in eodē loco simul habitarent deus linguas diuisit vt simul nō habitarēt. nec post diuisionem tm̄ cōmunicarent. Si hoies enim vlr idez idioma haberent magna foret cōicatio inter eos. Si enim nunc existente tanta diuersitate ⁊ varijs laboribus tanta cōicatio sit quāto magis si idiomatis idētitas existeret. ⁊ ¶ Descendit autem dominus ⁊ posita occasione destructionis lingue vnius hic ponitur ipsa destructio. ¶ Et dī dñs descendisse ad videndū turrim. nō q̄ deus descēdat: q; vbiq; est: ⁊ in ipsa turre que edificabaf erat: ⁊ intra ipsos edificates. Nihil. n. oibus entibus magis intimū est q̄ deus: sed ꝓformat se scriptura intellectui nr̄o vt mensuratū mensure. alias impoſe esset aliqlis intellectio. nos. n. imaginamur deum vt quēdaz potētissimū ⁊ honoratissimū regem in celo empyreo sedentē spiritib⁹ angelicis circūdatum. Et q̄n aliquid in his infimis nouit agit dicimus eū de superioribus ad hec inferiora descendē. Modus autē ſm veritatē per quē deus ista inferiora operatur a nullo nisi a beatis spiritibus eū clare videntibus intelligiť. ⁊ ciuitatem ⁊ turriz quā edificabant ⁊ nondū ciuitatis muri finiti fuerant. nec turris ꝓsumata: sed cuncta in fieri erāt. ⁊ filij adam ⁊ .i. filij hominum. Est hic adam nomē appellativuz idest homo: ⁊ vocat eos filios adam. i. non dei: q; ista nō deo instruente. sed ꝓpria voluntate suggerente faciebant. ⁊ ecce vnus est populus ⁊ .i. indiuisus: quia cuz omnes cognati essent vel fratres vel consobrini ⁊ vnam linguam haberent sibi inuicem iungebantur: ⁊ sic vnus populus erat. ⁊ vnū labium omnibus ⁊ idest vnum idioma. ⁊ vocatur labiuz: q; labijs ꝓfertur. ⁊ ceperūtq; hoc facere ⁊ idest edificare ciuitatem ⁊ turrim. ⁊ nec desistent a cogitationibus suis donec eas opere compleant. ⁊ videbat enim deus in promptu q̄ isti consumarent que inchoauerāt: q; erant viri fortes roboze. ⁊ sani tenaces ꝓpositi: ⁊ q̄ omnia que volebant prompta erant: iō nisi deus eos impediret cōpleturi erant que inceperant. voluit ergo deus eis magnū prestare impedimentū vt in opere nullatenus ꝓcederent. ⁊ venite ergo ⁊ descēdam⁹ ⁊ ſm imaginationē nr̄az. loquit hic deus ãgelis tãq; vn⁹ magnus rex suis mistris: vt destruat opus aduersarioꝝ: descēdere aūt ad deū non ptinet. q; vbiq; est. angelis tñ ꝑuenit q; qñ sunt in celo non sunt in terra. hñt. n. loca diffinita: vt dicemus exo. ij. c. satis late. ¶ Ideo aliq angeli veraciter ⁊ realr descēderunt ad exequendū q̄ deus volebat. ¶ Dicit. n. Josephus q̄ angeli ventos mittētes euerterūt turriz. ¶ Sz hoc nō multū vr̄i: q; turris babylonica postea stetit: ⁊ vsq; hodie stat. si ḡ angeli aliqd euerterūt illud fuit modicuz: q; magna altitudo eius māsit in futuras gñationes. Melius ḡ vr̄i dōz q̄ angeli nihil destruxerūt: q; textus nō dicit q̄ deus vel angeli destruxerūt turriz: hꝫ q̄ diuisa lingua cessauit turris edificatio. Etiā q; opa que fiunt imediate a deo vel ãgelis perfectius fiunt q̄ ea q̄ fiunt ab hoie. Sicut ḡ q̄n aliqd gignitur vel causaf ꝑfectius causaf a deo p se q̄ a nā: ita q̄n aliquid a deo destruiť ꝑfectius destruiť: ⁊ eradicaf vsq; ad fundamenta ab ipso deo q̄ ab hoibus. ¶ Nec valet si dicas q̄ ea que agit nā ēt agit deus q; oibus rebus coagit tāq; p̄a cā influēs in effectū. ḡ q̄n deus p se agit causat ſm modū ꝓueniētē sibi soli. s. agere mirabilr. q̄n aūt coagit nāe nō attribuiť sibi ꝓpe actio: sed nāe. ipse tñ ministrat vires nāe: ⁊ nō cōicat entib⁹ nālibus tales vires q̄les ipse hꝫ. fortius agit p se q̄ coagens nāe. Dato tñ q̄ deus agēt ſz suas vires nō magis ageret solus nec minus q̄ si adderēt ei vires totius nāe: q; vires nāe que finite sunt applicate viribus dei infinitis nihil sunt. Si ergo angeli turrez vel ciuitatez destruxissent non reliqssent in eis lapidez sup lapidem vsq; ad fundamentū: sed nō fuit facta talis destructio vt p se pz. ergo nulla fcā fuit. ⁊ confundam⁹ linguā eoꝝ ⁊ .s. vnā linguā diuidēdo in plēs. ¶ Quot autē lingue ibi date fuerint non manifestatur ex littera hic vel alibi: sed q; supra precedenti capitulo cum enumeraret filios filiozum noe. Dicebat de singulis q̄ hēbant singuli linguas suas: ⁊ q; ibi computati sunt septuagintaduo. ideo dicitur cōmuniter q̄ sunt septuagintaduo idiomata. ¶ Utrū autem aliquod idioma de ibi datis perierit pereunte gente per bellicas clades ignoraf. Et an omnia ista idiomata que nunc sunt ibi data sint vel aliqua eorū hūana ꝙolūtas ⁊ industria fecerit incertū est. ¶ Qualr aūt ista ꝓfusio linguaꝝ facta fuerit. ¶ Rñdeť q̄ deus turbauit intellectus omniū istorum ⁊ fecit eos obliuisci idioma qō ante cognouerāt radendo ab intellectu eorum illū habitū cognitiuū verboꝝ ⁊ fig̃atoꝝ per vba illius idiomaꝫ. Et causauit in eis quosdam

habitus

Ꝟ

Qō. ix. Cogitaf ꝑt hō ꝫ dispositionez de sed nō facē.

Utile fuit hūano gñi ꝑdiri edificiū turris

ℒ

Qō. x. Cur a p̄ncipio nō diuisit linguas

nihil oi bus ēti bus ma gis inti muz est q̄ deus

An tu ris fuo rit ōstru cta.

Qō. xi. Quotq; lingue ibi date fuerant.

An alio qō idioma datū perierit pereūte gente.

habitus cognitiuos nouoꝝ verboꝝ vt sunt signa reꝝ: sed de oibus hȝs dubȝs magis dicemus in cōmētarȝs nr̄is super euſebiū. ⌊vt nō audiat vnuſqſq̄ vocē ꝓximi sui ⌋.i.non intelligat:qz ēt si diuersa idiomata ſtarent bene audiebāt se ad inuicē cū adhuc auditibus nō careret.vel dz ⌊vt non audiat vnuſquiſq̄ ⌋.i.vt audire nolit:qz diuiſis linguis cū vn⁹ laboꝝaret intelligere eū quē añ intelligebat: z non valebat ꝙuertebaſ in irā: z eū amplius audire nolebat. Et hoc ē qȝ deus intēdebat vt ſeipſos audire nolentes ab inuicē recederent z nō edificarent.⌊atq̄ ita dimiſit eos deus.⌋ qz qui ſe non intelligebāt ſil' manere nolebant: ſȝ vnuſqſq̄ eis quos intelligebāt iungebaſ: z tunc in varia loca oꝛbis z inſulas receſſerunt que poſtea a noibus eoꝝ appellate ſunt:vt tetigimus.s̄.ꝓcedēti.c.tūc tubal iuit in hiſpaniā. De cuius varia ppl'atione diximus in decl'atiōe p̄mi ꝓlogi.c.p̄. ¶Aſſur in aſſyriā.meſrayn in egyptū. chus in ethiopiā. z ſic de ceteris.⌊ex loco illo ⌋in quo ante oēs hitare volebant: ſȝ nemroth qui p̄ncipari volebat manſit in eodē loco cū eis qui eū intelligere poterant: z dñatus fuit ſup eos.quo moꝛtuo filiꝰ eius bellus q bellus nērothides dictus eſt vt pȝ alexandrei dis.iij.c.p̄.nīniuē aggreſſus ē. Sed paꝛ obtinuit:ſȝ eo moꝛtuo filius eius viuēs foꝛtiſſime pugnās eā totā obtinuit: z niniuez ciuitatē magnā quā aſſur ꝓdiderat:vt pȝ.c. p̄cedēti: z eā alio noie vocauerat a ſuo noie niniuē vocauit. ls hunc ninum aliq nolūt fuiſſe de ſemine nemroth z inuaſiſſe violenter aſſyrioꝝ regnū:vt dicit magr̄ in hiſtoꝛȝs ſcholaſticis. Alȝ aūt volunt q ninus fuerit de gñe ſem z filȝ aſſur. Et ſic ptineret ad eū directe regnū aſſyrioꝝ: ſed poſtea cupiditate dñandi foꝛas ꝓgrediens p̄mus alȝs gētiꝰ bella indixit:vt ait Paulus oꝛoſius p̄mo de oꝛmeſta mūdi: z yſidoꝛus ethimo.xvij. ¶Sed foꝛte aliqs dicet q̄re nēroth q erat cupidus dñandi z faciendi res famoſas poſtq̄ alȝ diſceſſerūt non ꝓſumauit turrim cū alȝs manētibus ſecū. ¶Rñdetur q q̄ lingue diuiſe ſunt pp edificationē turris:vt fuit vītas: z oēs ſeparati ſunt.tāt⁹ timoꝛ decidit in oēs iſtos q nūq̄ auſi fuerūt poſt aliquid edificare. Timebāt.n. q ſicut ante in edificantibus lingue diuſe ſunt.ita diuiderent nūc ſi iterum edificarent.Vel q aliud deterius eis ꝓtingēt: z ſic mā ſit opus inceptū p tpa triū regū.ſ.nemroth. belli z nini quo uſq̄ ſemiramis regina moꝛtuo ſuo nino reſtauranit z compleuit muros ciuitatis.De turri aūt nihil egit:vel qz nō potuit.vel qz auſa nō fuit.Deinde babylonē nabuchodonoſoꝛ reſtauranit z ampliauit.vnde ipſe ait danie.iij.c. nō ne hec eſt babylon magna quā ego edificaui in domū regni.⌊ z ceſſauerunt edificare ciuitatē.⌋qz ſe nō intelligebāt.iō ab inuicem recedebāt.⌊ z vocatū eſt nomē eius babel.⌋ ſigt.n.i hebꝛeo babel ꝓfuſionē vel ſubuerſionē:qz ibi ſubuertit deꝰ linguam vnā oiuz gentiū. ¶De magnitudine aūt huius ciuitatis z turris dcm̄ fuit.s̄.in.i.c.epl'e ad paulinū ſup partem babylonios.Dicit aūt Joſephus q tāta erat latitudo illius turris q videbaſ eſſe equalis altitudini.ſ.q eſſet q̄drata: z nimirū qz turris que in tā altū cacumē ſuuz erigere debebat ampliſſimo fundamēto ſubniti debebat.z illa latitudo faciebat q modicū alta videreſ.⌊qz ibi ꝓfuſuz fuit labiuz vniuerſe terre ⌋.i.ibi deſtructū fuit idioma qō erat gñale in tota terra.non q illud pierit:qz in heber z ſuis poſteris manſit:ſed qz fcm̄ fuit q non eſſet cōe ūcut ante erat.⌊ z inde ⌋.i.ex illo loco in quo deſtructuz fuit idioma cōe diſperſi ſunt hoies in oēs terras:qz oēs erant ꝓgregati in babylone:vt ibi habitarent: z qz ꝓfuſa eſt lingua receſſerunt.⌊hec ſunt gñatōes ſem.⌋hic poniť ſcōm.ſ.vnius ptis vel linee electio.z qz iſta eletio fuit in abꝛahā qui erat de ꝓgenie ſem.iō recapitulanť gñationeſ ſem.⌊ſem erat centū annoꝝ qñ genuit arphaxat Primogenitus ſem fuit arphaxat quē cētesimo āno genuit qz iſte erat ꝓueniens tpis oꝛdo ad gñandū.antiq.n. in pria etate poſt centū āꝰ cōiter gñabant:ſed poſt ſem.in ſecūda etate omnes citius gignere ceperūt:qz arphaxat in trigeſimoquinto anno. z alȝ p̄nr in tricesimo.ſem aūt citiꝰ genuiſſet:ſed impeditus fuit ne ante diluuiuz gigneret ꝓpter cauſas aſſignatas ſupꝛa.vj.c.non tñ intelligebaſ quaſi añ cētū annos hoies non gignerent:qz in p̄ma etate inuenimꝰ aliquos qui ad annuz ſexageſimumquintū gigneret ſicut malaleel genuit iareth.s̄.v.c.Sed ita accipiendum eſt q hoies in anno centeſimo z vltra gignebant q nūc non accidit: z tamē q tunc ante annos q̄draginta z triginta gignerēt nō eſt inconueniens aſſeri:qz erat in eis nō minoꝛ virtus q̄ in nobis:ſed nos mouemur ad dicendū q illi ſero gignebant: qz ſupꝛa quinto.c. inuenimus homines tarde genuiſſe eos quos genuiſſe affirmantur. ¶Sed iſtud nihil valȝ.valeret quidem ſi preſumeretur noiatos ibi fuiſſe p̄mogenitos eorum quoꝝuȝ filȝ dicuntur:ſed falſum eſt.multos enim alios filios genuerant:ſed eos ſolos ſcriptura cōmemoꝛat qui ptinent ad illam ſucceſſionem de qua fuit Noe cum ipſe ponatur extremus in illa narratione.accidit autem illos tarde generari.Hoc ſentit Auguſti.lib.xv.de ciuitate dei. ⌊biennio poſt diluuiuȝ.⌋ z ſic compleuit centuȝ annos ſem. duobus annis poſt diluuiuȝ.ex quo patet:vt ſupꝛa inductum fuit q ſem non erat p̄mogenitus noe:qz Noe genuit p̄mogenitum ſuuz anno quingēteſimo vite ſue. Et diluuiuȝ fuit āno ſexcenteſimo vite Noe.vt patet ſupꝛa in'fi.v.c. z in.vj. ergo p̄mogenitus noe cōplebat centum annos in āno diluuij.filius autem noe ſem non cōpleuit centum vſq̄ duos annos poſt diluuiuȝ:vt hic patet. ¶Et licet ſem dederit operam vt gigneret imediate:vt exiuit de archa iuxta mandatuȝ domini tunc factum ad eos. ⌊reſcite z multiplicamini. tamē illo anno gignere nō potuit:qz foꝛte aliqua idiſpoſitio in ipo vl' in vxoꝛem fuerit. Nec eſt dicendum q foꝛte ſem nō acceſſerit illo anno ad vxoꝛē ſuam: z ſic non genuerit:qz feciſſet cōtra dei p̄ceptū qui imediate vt exierunt de archa dedit eis p̄ceptum de vacādo generationi. Iſte ſem eſt qui vocatur infra.c.xiij.melchiſedech.non eſt enim melchiſedech nomē ꝓpꝛium apud hebꝛeos:ſed nomē appellatiuuz compoſitū z ſignificat id quod rex meus iuſticie: quia melech ſolum ſignificat regem.malchi vel malqui ſigt id quod rex meus.cedech ſigt iuſticiam. Iſte eſt de quo dicit apoſtolus ad hebꝛeos.vij.c.iſte melchiſedech rex iuſticie ſine patre. ſine matre. ſine genealogia:nec inicium dierum nec finē vite habēs.aſſimilatus autē filio dei manet ſacerdos in eternū: ſed de ſez legitur pater z mater.licet nomen matris non exp̄matur. legitur etiaz genealogia a parte ante z a parte poſt:vt pȝ hic. ¶Habuit etiam initium dierum:quia natus fuit nonagintaocto annis ante diluuium:vt patet ex ſuperioꝛibus. etiaz vite finem habuit:qz dicitur q vixit ſexcentis annis. ¶Reſpondetur q ſem z melchiſedech eadez perſona eſt: ſed ſub iſto nomine ſez legimus de eo omnia ſupꝛadicta:ſed ſub iſto nomine melchiſedech nec legitur habuiſſe patreꝝ nec mr̄eꝝ nec genealogiam nec p̄ncipiuz vel finem vite:ſed ſolum legitur q fuit rex ſalem z ſacerdos dei altiſſimi:vt pȝ.j.xiij.c. Et iſto mō loquitur apoſtoluſ ad hebꝛeos.vj. volens aſſimilare ſacerdotium chriſti ſacerdotio melchiſedech. ¶Vixit autem iſte ſem ſiue melchiſedech vſq̄ ad quinquageſimum annū vite iacob. ¶Quod ſic pȝ anni totius vite ſez fuerūt ſexcenticentū anteq̄ gigneret arphaxat z quingenti poſtq̄ genuit arphaxat.vt patet iſto.c. accipiūtur ergo centum anni quos habuit anteq̄ gigneret arphaxat.deinde triginta quinq̄ anni arphaxat anteq̄ gigneret ſale.deinde triginta anni ſale anteq̄ gigneret heber. deinde triginta quattuoꝛ anni heber anteq̄ gigneret phalech. Deinde triginta āni phalech anteq̄ gigneret reu. Deinde triginta duo anni reu antequaz gigneret Saruch. Deinde triginta anni Saruch anteq̄ gigneret nachoꝛ Deinde vigintinouez anni nachoꝛ anteq̄ gigneret thara.deinde ſeptuaginta anni thare anteq̄ gigneret abꝛaham.qui omnes ſimul faciunt quadringētos annos.p̄eter decem de quibus omnibus in iſto.c. deinde centum anni abꝛahe cum genuit yſaac:vt patet infra decimoſeptimo capitulo erunt quingenti.deinde ſexaginta anni.yſaac quando genuit Jacob.vt patet infra decimoquinto capitulo.erunt quingenti ſexaginta.Deficiunt ergo ad completionem totius vite ſez quinquaginta anni qbus nachoꝛ vixit poſt natiuitatem Jacob. ¶Noe autez vixit vſq̄ ad qn quageſimumoctauum annum vite abꝛahe.hoc fuit ante natiuitatem Jacob centum duobus annis. Et conſequēter fuit moꝛtuus ante filium ſuum per annos centuȝ quinquaginta duos.quod ſic patet a diluuio vſq̄ ad natiuitatem abꝛahe fluxerūt anni ducēti nonagintaduo addēdo eis duos annos q fluxerūt poſt diluuiū ante natiuitatē arphaxat:qō pȝ ex ſupioꝛibus cōputatiōibus. Noe aūt vixit poſt diluuiū trecēt⁹ qnq̄gita āꝰ: vt pȝ.s̄.ix.c.ōficiēt ḡ ad cōpletionē iſtoꝝ qnq̄gintaocto anni q ſumēdi ſi poſt natiuitatē abꝛahe vſq̄ ad illō ḡ tpꝰ vixit noe. ¶Si q̄rať q̄re i ōſcriptōe gñonū iſtꝰ

secunde

Sem alio noie dī melchiſedech.

Melchiſedech qd ſignificet.

Qō.xv.

Qō.xvi. Qō ſem vixerit vſq̄ ad qnquageſimū annuz vite Jacob,

Qō.xvii.

Qō.xiij. Cur nō cōpleta fuit turris ab his q remāſerāt

Latitudo turrij ſm ſententiam Joſeph.

Qō.xiiij.

Cur in descriptiõe 2e etaꝫ nõ facit ẽt mẽtionẽ de mõte vt fac in p̃a R°

secunde etatis.nõ dicit scriptura mortuus est sicut dicit deseribendo primã etatẽ. ¶ Rñdeꝺ q̃ rõ est: qꝛ nũqꝫ scriptura aliquid superflue ponit. In p̃ma aũt etate ponit ⁊ mortuus est ad ostendendam:qꝛ tunc enoch iustus nõ fuit mortuus: ſꝫ tulit eũ dñs in paradisum voluptatis: ⁊ vt nõ credaꝫ sic de alijs dicit de quoꝫ ⁊ mortuus est. In ista aũt etate nullus sic in paradisum translatus est:sed oẽs mortui sunt. ideo scriptura de oibus mortẽ subticet quasi oẽs equaliꝫ fuisse mortuos affirmans. ¶ Cõuincit ẽt error quorũdam ex istis gñationibus dicentiũ q̃ post diluuiũ nullus vixit vltra centuꝫ ⁊ viginti annos.iuxta illud qõ supꝫ dicebaꝫ.c.v. ⁊ erit vita hois cẽtuꝫ viginti anni.qꝛ hic legimus quẽlibet istoꝝ vixisse qngentis quadringentis.vel ad minus trecẽtis ãnis: vt ꝑz in littera. ¶ Dõm ergo vt ibiꝺẽ dcm̃ fuit q̃ illa taxatio tpis de cõuersatione ⁊ expectatione ad pniam intelligiẽ:qꝛ in illis centuꝫ viginti annis noe fecit archã: ⁊ predicauit vt peniterent de peccatis ne deus imitteret diluuiũ sup terras. ⌊ vixit arphaxat q̃ttuorcẽtis tribꝰ ãnis. ⌋ fuit ḡ tota vita arphaxat q̃dringentis trigintaocto ãnis. Et mortuꝰ fuit ãno q̃dragintaocto vite ysaac:qõ ꝑz:qꝛ sem vixit sexcẽtis annis: ⁊ mortuus est anno qnquagesimo vite iacob. remouẽdo aũt centũ annos qbus natus est sem anteq̃ gigneret superunt sexagintaduo anni sem sup vitã arphaxat de qbus tollanꝫ qn q̃ginta quos vixit sem dũ viueret Jacob.manebũt auferẽdi duodeciꝫ ãni: qui si auferanꝫ a sexaginta ãnis quos hẽbat ysaac qñ genuit vt ꝑz.j.xxv.c.manebũt ãni q̃dragintaocto qbꝰ vixerat ysaac qñ mortuus fuit arphaxat. ⌊ vixit sale postq̃ genuit heber quadringẽtis tribus ãnis. ⌋ ⁊ sic vixit sale q̃dringẽtis trigintatribus ãnis. ⁊ mortuus fuit decimooctauo ãno vite iacob ꝑz qꝛ arphaxat fuit mortuus ãno q̃ttuorgesimooctauo vite ysaac. Si aũt tm̃ vixisset sale sicut arphaxat deberent addi hꝫs ãnis trigintaqnq̃ ãni:quibus natus fuit arphaxat anteq̃ gigneret sale. Et tunc ptingerent vsq̃ ad vigesimũtertiũ ãnum vite Jacob.s.duodeciꝫ qui restabãt post q̃draginta octo.s.ad sexaginta qñ ysaac genuit iacob. ⁊ viginitres ãni de vita iacob q simul agũt trigintaqnq̃. Ab hꝫs aũt subtrahantur qnq̃ qbus minus vixit sale q̃ arphaxat: ⁊ erunt decez ⁊ octo ãni vite iacob. ⌊ vixit aũt heber postq̃ genuit phalech q̃dringẽtis triginta ãnis. ⌋ ⁊ sic sunt oẽs ãni vite heber quadringenti sexagintaq̃ttuor ꝓiungendo triginta ⁊ quattuor supiores. ⁊ mortuus fuit heber septuagesimonono anno vite iacob.ꝑz qꝛ heber vixit magis q̃ sale trigintauno annis:qꝛ heber quadringentis sexagintaq̃ttuor.sale aũt q̃dringentis trigintatribus.dato ḡ q̃ ambo fuissent nati eadẽ die cũ sale mortuus fuit ãno decimooctauo vite iacob supaddẽdo trigintaunũ annos qbus magis vixit heber pueniret numerus ad q̃dragesimũnonũ annũ vite iacob. qbus addãtur triginta ãni qui subtrahunt de ãnis sale: qꝛ vixit isto tpe añ heber ad septuagesimũnonũ ãnũ vite iacob. ⌊ vixit phalech postq̃ genuit reu ducẽtis nouẽ annis. ⌋ ⁊ sic sunt oẽs anni phalech ducenti trigintanouẽ. Et mortuus fuit ãno q̃dragesimooctauo vite abrahe.s.decẽ ãnis ante ãnũ quo mortuus fuit noe.ꝑz qꝛ accipiendo triginta ãnos phalech añq̃ gigneret reu ⁊ trigintaduos ãnos reu añq̃ gigneret saruch. ⁊ triginta ãnos saruch añ nachor. Et vigintinouẽ ãnos nachor añ thare. ⁊ septuaginta ãnos thare añ ortũ abrahe sunt centum nonagintaunus.ad cõplendũ aũt ducẽtos trigintanouẽ adhuc manẽt q̃dragitaocto ãni assumẽdi de vita abrahe vsq̃ quos vixit phalech ⁊ Noe: vt supꝫ oñsuꝫ est mortuꝰ est ãno qnquagesimooctauo vite abrahe. ⌊ vixit aũt reu postq̃ genuit saruch ducẽtis septẽ. ⌋ Et sic sunt oẽs ãni reu ducẽti trigintanouẽ ꝓiungẽdo trigintaduos ãnos quos hũit añq̃ gigneret ⁊ mortuus fuit ãno septuagesimooctauo.s.tribꝰ annis postq̃ intrauit abrahã terrã chanaã:vt patet.j.xj.c.vite abrahe.ꝑz qꝛ cũ phalech ⁊ reu eq̃libus annis vixerint si in vno die nati fuissent oportebat q̃ eodẽ die mortui fuissent: sed phalech vixit triginta annis añ ortũ reu. ḡ reu fuit mortuus triginta annis post mortẽ phalech.phalech aũt mõtuꝰ fuit ãno q̃dragesimo octauo vite abrahe:vt.s.ꝑz.ḡ reu mortuus fuit ãno septuagesimooctauo vite abrahe. ¶ Tẽpore istius nemroth iuit ad ꝑsas ⁊ docuit eos colere ignẽ: ⁊ etiaꝫ caldeos. ¶ Quare aũt iste nemroth ignẽ colere docuit ꝼm illos qui dicũt q̃ hoies huius tpis timebãt destructionẽ futurã p ignẽ diceꝫ q̃ ideo nemroth colebat ignẽ ei aliqd deitatis attribuendo: vt nõ vteret eos qñ oẽs alios ꝓsupturus

Error q̃rundã opinantiuꝫ q̃ post diluuiũ nullus vixit vltra.ixo. annos.

Qõ.xviij. cur nẽroth docuit colẽ ignem.

esset. ¶ Sic.n.ait marcus varro iter gẽtiles vir acutissimuꝫ in libro sacroꝝ q̃ aliq dñ colebanꝫ:qꝛ boni erãt. alij aũt colebanꝫ ne nocerẽt sicut febris.timor.discordia. ⁊ filꝛes.de qbus augu.vj.de ciui.dei. ¶ Sꝫ qꝛ supꝫ ꝓbauimus q̃ isti nullã destructionẽ futurã nec p aquã nec p ignẽ formidabãt diceꝫ q̃ iõ colebat ignẽ tãq̃ inter corpa pfectissimũ vl tãq̃ magꝭ vtilez.sicut egyptij aquã colebãt:qꝛ valde eis vtilis erat:qꝛ tota terra egypti ꝓ maiori ꝑte a nilo irrigua est: vt ꝑz deute. xj.c. ⌊ vixit ãt saruch postq̃ genuit nachor ducẽtis ãnis. ⌋ Et sũt oẽs ãni vite saruch ducẽti triginta anni. ꝓiungendo trigita quos hẽbat qñ genuit nachor. Et mortuus fuit ãno centesimo ꝓmo vite abrahe q̃ fuit ꝓmus ãnus vite ysaac. Ꝑz qꝛ reu pr̃ istius postq̃ genuit istũ vixit ãnis ducẽtis septẽ ⁊ mõtuꝰ fuit ãno septuagesimooctauo vite abrahe. Iste ãt vixit ãnis ducẽtis triginta postq̃ genuit eũ reu. ḡ si addantur viginti tres ãni quos vixit saruch post mõtẽ reu.accedet nũs super septuagesimũoctauũ ad centesimũ ꝓximũ annũ vite abrahe. Et ille ẽ ꝓmus ãnus vite ysaac:qꝛ ãno cẽtesimo genuit abraham ysaac.vt ꝑz.j.xvij.c.tpe huius saruch belus nẽrotides babylonis rex intrauit assyrias: sed pax aut nihil in ea obtinuit. ¶ Isto tpe regnũ scythax qui a nobis gothi dñr.icepit vbi ꝓmus rex fuit thanus. ⁊ post eum ninus. ⌊ vixit aũt nachor postq̃ genuit thare cẽtũ nouẽ ãnis. ⌋ Et sic sũt oẽs ãni nachor centũ q̃dragintaocto: ⁊ mortuus fuit ãno q̃dragesimonono vite abrahe ãno quo fuit mortuus phalech vel saltem vno anno post. Et ꝑz qꝛ si accipianꝫ viginti nouez anni ipsius qñ genuit thare. ⁊ septuaginta anni thare qñ genuit abrahã sunt centũ minus vno.deficiunt ḡ ãni quadraginta nouẽ qui sumẽdi sunt de vita abrahe. ¶ Tpe huiꝰ nachor regnũ egyptioꝝ incepit in quo ꝓmus rex Zoes siue mineus dictus fuit.ita.n.multi existimãt: ſꝫ nõ ꝓuenit hoc intẽtioni eusebij lib.cronicoꝝ q in ꝓmo ãno abrahe ponit icipere decimãsextã dinastiã egyptioꝝ.i.decimũsextũ ꝓncipatũ regale ⁊ quelꝫ dinastia durabat aliquãto tpe. ⁊ h̃ hꝫ eusebius ex libris manetho historiographi egyptioꝝ: ſꝫ qñ incepit regnuꝫ egyptioꝝ: neq̃ apud eusebiũ ponit certitudo cũ ipse icipiat in dinastia decimasexta. ⌊ vixitq̃ thare septuaginta annis ⁊ genuit abrahã. ⌋ volunt aliq q̃ abrahã sit ꝓmogenitꝰ thare: qꝛ hic ꝓponit alijs filijs. ¶ Sed nõ vr rõnale:qꝛ ꝼꝫ cõez opinionẽ tenet q̃ sarra fuerit filia arã: ſꝫ abrahã solũ hẽbat decẽ ãnos vite sup sarrã: vt ꝑz.i.xvij.c.nunqd ne centenario nascetur filius ⁊ sarra nonagenaria piet. ergo oportet q̃ si abrahã erat ꝓgenitꝰ q̃ aran genuisset eã ad magis qñ erat octo vel nouẽ ãnoꝝ.ꝑz ꝓña: qꝛ cũ abrahã solũ fuerit natꝰ decẽ ãnis añ sarrã: vt ꝓbatũ est: ⁊ abrahã natus fuit añ arã: vt ꝓsupponũt illi. ḡ solũ manebãt ad plus nouẽ ãni:qꝛ nõ poterat nasci arã post abrahã minus q̃ per vnũ ãnũ: ſꝫ q̃ aliqs hõ gñet in decimo ãno: maxime in etate illa in q̃ nll's gñabat añ tricesimũ annũ. vꝛ ipol'e. ḡ vnũ istoꝝ añcedentiũ.s. vl q̃ sarra fuerit filia arã.vel q̃ nõ fuerit arã natꝰ post abrahã. Primũ aũt cõiter tenẽt.s.q̃ sarra fuerit filia arã. ḡ dõs est q̃ abrahã nõ fuit ꝓgenitꝰ: ſꝫ ponit h̃ ꝓmus nõ etate: ſꝫ dignitate:qꝛ vir iustus ⁊ radix ppli dei. ⁊ linee per quã venit messias.sic.n.supra dixim⁹ de sem filio noe:q ꝫ nõ eẽt ꝓgenitꝰ.ponit tñ añ alios.vt ꝑz.ẽ.vj.c.qꝛ ꝓcessit eos dignitate:vt ibiꝺez patuit. Sepe.n.scriptura ordinẽ nãe ꝓposterat pp ordinẽ dignitatis.ꝑz.n.q̃ abrahã nũq̃ vocatꝰ fuit sic:sed abrahã quouscq̃ mutauit deus nomẽ eius:vt ꝑz.j.xvij.c. tñ sp vocat eũz scriptura abrahã:vt ꝑz h̃: qꝛ abrahã maiorẽ dignitatẽ signat q̃ abram: qꝛ abram sigt prez excelsuꝫ. Abrahã vero signat patrem multaꝝ gentiũ vel ppl'oꝝ. ⌊ hee sunt aũt gñatiões thare. ⌋ hic ponitur articulus: ⁊ fit ꝓncipiũ:qꝛ sicut supꝫ cõputate sunt gñationes scde etatis a sem vsq̃ ad abrahã: ita hic cõputãtur gñationes tertie etatis:que incipit in abrahã ⁊ ista secũda etas fuit minor in duratione q̃libet alia etate: qꝛ ꝼm cõputationẽ vitatis hebraice ⁊ bibliã nr̃am solũ duravit ãnis ducẽtis nonagintaduobus.ꝑz qꝛ.ẽ.ix.c.dcm̃ fuit q̃ noe vixit post diluuiũ trecẽtis qnq̃ginta ãnis: ſꝫ ꝼꝫ cõputationẽ superiorẽ Noe vixit vsq̃ ad quinquagesimũoctauuꝫ annum vite abrahe in cuius natiuitate incepit tertia etas. ergo si subtrahãtur isti qnquagintaocto ãni vite abrahe manebunt ducẽti nonagintaduo anni quibus durauit secũda etas.lxx.autez interpretes computant aliter ponentes cuilibet supradictoꝝ plures ãnos ante generationẽ: ⁊ sic faciũt valde plꝛes annos.s.mille septuagintaduos in secũda etate.

Quo tẽpore icepit scitarum regnum.

Qõ.ix. Quo tẽpore icepit regnum egyptiorum. ꝑ opio

Ordo dignitatis in sacra scriptura ꝓponit ordini naturę aliqñ

¶ E

sic crescunt aq̃ fluminum suoꝝ vt magne ptes terre possent irrigari: ſ3 pue partes circa flumina. Et hoc appet ex scriptu ris eoꝝ qui aliqd de fluminibus scripserunt: nam nō ponūt similia fieri de alīs fluminibus: vnde ⁊ leges humane fece runt spālem mentionē de ista irrigatione nili: vt p3 lib.ix. co dicis: titulo de aggeribus nili non rūpendis: ideo constabat magis posse irrigari egyptuz alīs regionibus. ¶ Judei q̃q3 hunc sensum didicerant: ⁊ hoc erat potissimū pp qō Moy ses istud dixit: ipse.n. hoc scripsit qñ hebrei egrediebātur de egypto. ſ. qñ erant in deserto cum recentem memoriaz habe bant eoꝝ que in egypto viderāt: ⁊ q: ipsi ibi nati fuerāt scie bant qūo irrigabatur egyptus ⁊ per irrigationem erat tota copia agroꝝ in fructibus: ⁊ q: nouerant hebrei melius irri gationem egypti q̃z alicuius alterius terre: etiā si aliqua alia esset ad notificādū irrigationē terre sodomoꝝ locut⁹ est moy ses de irrigatione egypti: ⁊ hoc etiā seruat deus in alīs com parationibus q̃s facit de terra chanaaz ad alias terras: nam compat ad egyptū q: illa erat maxime nota. Sic p3 deutero. xi.c. ſ. terra ad quā igredieris possidendā non est sicut terra egypti de qua existi. Et in hoc laudat terrā regionis sodomo rum: nam reliq̃ regio terre chanaā non erat egyptus: ſ3 aqs egens: terra aūt sodomoꝝ erat aquis abundans: ⁊ irrigua sicut egyptus cū dr. deute. xi.c. terra ad quā igredieris possi dendā nō est sicut egyptus de qua existi vbi iacto semine oꝛ tozum moze aque ducunt irrigue ſ3 mōtuosa est ⁊ cāpestris de celo expectās pluuias: terra aūt sodomoꝝ ab hac lege ex cipiebat: q: erat plana ⁊ tota irrigabat iozdane. Sed q: quā do Moyses loquebat illud qō habet deutero. xi. nō erat ter ra sodomoꝝ: q: subuersa erat: vt p3 hic non curauit eaz exci pere a cōi lege. ¶ Cum vero dr venientibus in segoz determinauit Moyses que erat regio iozdanis irrigua sicut para disus domini ⁊ egyptus ⁊ dixit q̃ ista erat qua veniebat in segoz: noiauit.n. finem eius: incipit enim ista regio a parte se ptentrionali ⁊ decurrit contra meridiē per vallem sicut fluit iozdanis: principiū aūt regionis sodomoꝝ erat non longe a hierico versus meridiē: ⁊ inde extendit contra desertū pha ran qō est in parte meridiana terre chanaaz. ¶ Et nominat segoz pp duo. primo q: ibi est finis regionis illius: ſ3 eniz val lis per quā decurrit iozdanis ⁊ vbi est mare moztuū: ⁊ ipsuz mare magis extendat: tñ regio sodomozuz. ſ. pentapolis que erat regio quinq̃ ciuitatū non extēdit vltra segoz: ⁊ ideo di xit q̃ tota regio sodomoꝝ a principio sui quo vsq̃ veniretur in segoz irrigabat: ac si dicat icipit circa hierico: ⁊ terminat in segoz ⁊ tota illa regio venientibus in segoz. i. q̃usq̃ venia tur in segoz irrigabat. ¶ Scōo ⁊ principalr q: segoz erat ci uitas nota ⁊ nō alia de ciuitatibus sodomoꝝ: ⁊ ista est cā ve ra: erant.n. quinq̃ ciuitates in valle illa. ſ. sodoma: gomoꝛra: adama: seboym: segoz: quattuoꝛ prime subuerse sunt deuter. 29.c. Segoz aūt non subuersa fuit cū non computetur inter subuersas. e.c. ímo deus reliquit eam liberā a malo precibus Loth qui confugit in eaz. j. 19.c. manebat aūt illa tpe Moysi ⁊ postea mansit ⁊ fit mentio de illa in sacra scriptura: ⁊ ideo poterant cognoscere iudei postq̃ essent in terra chanaā istā vrbem: ⁊ non poterant cognoscere alias q̃ iaz subuerse erāt: ⁊ ista erat extra illud mare mozruuz: iuxta illud tñ: ita q̃ de scensus ptinuus iozdanis erat circa vrbem segoz: ideo descē dendo de hierico ptra segoz ⁊ vsq̃ ipsam poterāt videre que erat regio sodomoꝝ que irrigabat ⁊ vbi ſ3 extēderetur vltra segoz. Et ista est cā vera: non potuit aūt dicere scriptura ve nientibus sodomā: vel gomoꝛrā aut seboyn: q: ille ciuitates non manebant neq̃ cognoscebat locus eaꝝ. Secus autem erat ō segoz: q: illa manebat ⁊ sciebat ab israelit⁹ vbi eēt ⁊ sa tis hic significat Moyses q̃ illa ciuitas maneret: q: non lo cutus est de illa sic̄ de alīs: nam de alīs dixit per modū pre teriti. ſ. q̃ tota regio iozdanis irrigabatur anteq̃ subuerteret dñs sodomā ⁊ gomoꝛrā: de segoz loquit⁹ per modū presentis dicendo sicut padisus dñi ⁊ sicut egyptus venientibus in se goz: ergo ⁊ tpe Moysi erat venire in segoz qō non esset si subuersa esset sicut alie vrbes quattuoꝛ sodomoꝛuz. ¶ Qm̃ dixit hic littera sicut paradisus domini: ⁊ maxime accipitur de paradiso terrestri sunt hic aliqua dubia de paradiso ter restri: ſ3 de hoc dictum sit aliqd supra. 2.ca. sed hic addentur alia: q: locus exposcit. Erat primū dubium de padiso hac an sit locus corpalis an spūalis: q: de hoc inter antiquos valde dubitatum est: nam ⁊ Origenes dixit non esse locū aliquem

corpalem: sed spūaliter intelligi. Sed de hoc iam est declara tum supra. q. 74. q̃ sit locus corpalis: ideo nō est vltra in ſ3 negociandum. ¶ Aliud dubiū est cum sit locus iste corpalis qualis est. ¶ Rñdetur q̃ est ortus cōsitus multis generib⁹ arboꝝ: hoc appet ex noie: nam padisus est nomen grecum ⁊ significat ortum delectabilem ⁊ est apud grecos istud nomē cōe apud nos nomē ortus: ⁊ hoc significat Jsidorus lib. 14. ethimo. c. 4. ¶ Scōo appet q: padisus ptinet ad plantatio nes cum dicat supra. 2.c. plantauerat autem dñs deus padi sum voluptatis a principio: ergo ortus erat cum plantaretur. ¶ Tertio appet ex noie hebreo: nam dr in hebreo gam edē: vbi nos hēmus padisum voluptatis: ⁊ gam in hebreo signat ortum: eden: signat delicias: ⁊ dixit esse ortum delectabilez. ¶ Quarto appet ex modo loquendi iosephi lib. i. antiquita tum. ſ. dicit aūt deum plantasse ad orientē padisum omni ger minatione florentē ⁊ postea dicit: deo aūt in ortum veniēte: ⁊ sic ortum vocat locū illum. ¶ Aliud dubiū est quid est in illo padiso. ¶ Dōm q̃ est ibi copia aquaꝝ salubriuz ⁊ arbo ruz ois generis fructū. De aq̃ appet. ē. 2.c. fluuius egredie batur de loco voluptatis ad irrigandū padisum: erat autem magna copia aquaꝝ cum fluuius ille diuidat statim in quat tuoꝛ capita. i. q̃ttuoꝛ magna flumina que sunt p̄cipua flumi na totius orbis. Erat autez ista copia aquaꝝ taliter disposita q̃ fluebat per padisi totā latitudinē cum dicat ad irrigandū padisum: ⁊ ita sine humano laboꝛe poterant ibi irrigari plā tationes: vnde ⁊ hic q̃ regio sodomoꝝ laudat q̃ tota irriga bat flumine iozdanis compat padiso. ſ. que vniuersa irriga batur sicut padisus dñi: anteq̃s subuerteret dñs sodomaz ⁊ gomoꝛrā. De arboꝛibus notum est q̃ essent ibi arboꝛes oiuz generū: q: ē. 2.c. cum incepit scriptura dicere de padiso adie cit produxit dñs deus de humo omne lignū pulcruz visu ⁊ ad vescendū suaue: lignū etiaz vite in medio padisi: ⁊ lignuz scientie boni ⁊ mali: ⁊ ita non solū erant ibi ligna ad necessi tatem cibi: sed etiā ad delectationē visus: vt delectaret hō in videndo tam pulcraz varietatem. In alīs etiā locis scriptu re fit mentio de multis arboꝛibus padisi: nam Ezechi. 28. ca. dicit de delicijs padisi ⁊ nō de arboꝛibus: sed delicie iste erāt in multitudine arboꝛum diuersarum ⁊ in abundantia oium rerum ꝓuenientiū ad bene ⁊ suauiter viuere: ⁊ Ezechi. 31.c. dr de aliqbus lignis que fuerūt in padiso. ſ. de cedris ⁊ abie tibus. ſ. cedri non fuerunt altioꝛes illo in padiso dei: ⁊ abie tes non adequauerunt sumitatez eius: ⁊ iterum dr: omne li gnum padisi non est assimilatuz illi neq̃ pulcritudini eius. ¶ Est dubium an in padiso terrestri erant aialia aliq̃. ¶ Di cendū videtur q̃ ibi non erant animalia saltē quadrupedia. Primo p3 q: cognitionē de padiso non habemus nisi ex sa cra scriptura: q: rōne non pōt colligi quid ibi vellet deus po nere aut q̃ padisum vellet plātare: ⁊ tñ supp̄. 2.c. vbi tota nar ratio de padiso ponit nō habet aliqd aliud nisi de arboꝛib⁹: ⁊ de aquis. ſ. q̃ esset ibi omne lignū pulcruz visu ⁊ ad vescē dum suaue: ⁊ q̃ esset fluuius qui egrederet ad irrigandum padisum: ergo nō possumus aliqd aliud asserere. ¶ Secun do si ponerent ibi aialia aut esset ad humanā delectationem aut ad necessitatē: sed ad neutrū videbantur cōuenire: ergo non essent ibi: appet p̄mo de pulcritudine: q: si ibi essent aia lia q̃drupedia ⁊ serpentes ⁊ huiusmodi deformarent potiuſ pulcritudinē paradisi: etiā non erant pp necessitatē cibi hu mani: q: hō ibi non vesceret carnibus: ergo nō essent ibi aia lia. ¶ Oꝝ vero hō non vesceret ibi carnibus appet ex p̄mis sione dei data circa hoiem: nam ponit supra primo q̃ statim vt hō fuit creatus dixit ei deus: ecce dedi vobis omnē herbā afferentē semē sup terrā ⁊ vniuersa ligna que hñt in semet ipsis sementē generis sui vt sint vobis in escā ⁊ cūctis aian tibus terre: ibi.n. non dedit deus hoi aialia in escā: ſ3 herbas ⁊ fructus arboꝝ. Simil⁹ qñ hō fuit in padiso non fit mētio q̃ darent ei in escā caro aliq̃: ſ3 solū fit mentio de arboꝛibus. ſ. ꝓduxit deus de humo oē lignū pulcrū visu ⁊ ad vescendum suaue: ⁊ ita de esca nihil ibi noiauit nisi lignū. i. arboꝛē appa ret etiā manifestius: q: e. c. dicit q̃ p̄cepit deus hoi: ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientie boni ⁊ mali ne comedas. Et ita non dedit deus homini aliquid ad co medendum ibi nisi fructus arboꝛum: non igitur essent ibi animalia ad cibum: ⁊ non solum nō erat in paradiso homo comesturus carnes: ſ3 neq̃ etiā de padiso expulsus comedit illas quouſq̃ post diluuiuz deus dixit hominibus q̃ carnes

comederent

£ Qō. 84 Cur no minat se goz.

p̄ rō

2. rō

ſ Qō. 85

5

R° p⁹

2⁹

3⁹

4⁹

b Qō lxxxvi. Quid ē in padiso ter restri.

R°

J Qō. 87. An in padi ſo terrestri erant aialia

R° p²

R° 2⁹

K Quis fuiſ set cib⁹ ho minū in pa radiso.

comederent supra.ix.c. ⁊ ita appet ꝙ in paradiso non essent futura aialia quadrupedia aut reptilia. De volatilib⁹ dubiū est ⁊ satis pōt ꝓcedi ꝙ ibi essent: q⁹ volatilia non hñt certaꝫ sedem. Sed cū alicubi fuerint inde auolant: ⁊ sic possunt ali cubi esse ⁊ subito inde longe distare: hoc mō poterant aliun de in padisum venire volatilia ⁊ sedere in arboribus padisi ⁊ inde auolare ita vt eaꝫ certa sedes non esset potius ibi q̄ꝫ alibi: ⁊ poterāt ꝓdesse aues ad cantū: q⁹ quedā aues in can tu faciunt melodiā: de piscibus eodē mō dici poterat ꝙ eēnt in fluuio qui irrigabat padisum: ⁊ tñ de illis non diceret ab solute ꝙ erant in padiso: q⁹ non erāt in terra padisi ſz in flu mine eius. ¶ Deinde queret in qua ꝑte mundi est padisus: nam cuꝫ sit locus coꝛpalis necessario erit in aliq̄ ꝑte mundi.

2ª Q⁹.88. Qua parte mūdi est pa disus terre stris.

¶ Dicendū ꝙ istud induxit multis erroꝛē: ex eo. n. ꝙ nescie bant vbi erat locus padisi putauerunt ꝙ non erat padisus aliqd coꝛpale: sed solū spuale: sic. n. voluit Origenes: ſz illius opinionē destruxit epiphanius oñdens esse locum coꝛpalez sicut tetigimus. s̄. q. 74. Etiā dōz ꝙ nō solū est in aliq̄ ꝑte: ſz etiā necesse est in terra esse: non. n. potest esse in alia ꝑte mūdi: qđ ꝓz q⁹ i padiso erāt arboꝛes: ⁊ tñ arboꝛes nō possent eē nisi i tra: q⁹ in alīs eēis neqꝫ plātari neqꝫ figi pōt ꝓp illoꝛ ra ritatē. ¶ 2º q⁹ in padiso erat fluuius qui diuidit in q̄ttuoꝛ: ſz fluuius non pōt esse nisi in terra: maxime q⁹ diuidit fluuius ille in q̄ttuoꝛ flumina que fluunt per terrā.

2ª Rō rñsionis ꝓma

3ª

¶ Tertio q⁹ supra. 2. c. cuꝫ scriptura loquit de rebus que erant in padiso dr ꝓduxit deus de humo omne lignū pulcrū visu. ergo in padi so est humus: sed humus est terra humida ab humoꝛe dicta. ergo padisus in terra erat.

4ª

¶ Quarto q⁹ hō erat i padiso: ⁊ ibi fuit serpens. s̄. c. 2. ⁊. 3. ⁊ tñ ista nō poterant esse in alio ele mēto q̄ꝫ in terra: q⁹ illud est solidū. ergo padisus est in terra.

Q⁹.89. M Obiectio rō obiectōiꝫ ꝓma secūda Sol⁹o du plex

¶ Sed ꝓp hoc ꝙ dictū est nūc de serpente qui fuit in padi so est dubium ꝓtra id qđ diximus. s̄. q. 87. ſ. ꝙ nō erāt aialia in padiso saltem q̄drupedia ⁊ reptilia: ⁊ appet ꝓmo q̄ꝫtum ad serpentē: nam in padiso fuit qñ decepit mulierē cum post petm̄ de padiso hō electus sit. ¶ Sc̄o q⁹ in padiso erat adā qñ imposuit nomen cunctis aiantibus supᵖ. 2. ca. ⁊ tñ cuncta erant coꝛam adam qñ eis nomē imposuit. ¶ Dici pōt dupl'r q̄ꝫtum ad veritatē qōnis: vno mō ꝙ aialia non manebant in padiso neqꝫ mansura erant ibi. ¶ Alio mō pōt dici ꝙ mane bant aliq̄ aialia eo pauco tpe quo ibi mansit adā cum eua: ⁊ tñ non erant mansura si adam ⁊ eua nō peccassent. ¶ Ter tio non pōt dici ſm alios ꝙ aialia ibi tunc manebant ⁊ etiā postea mansura erant. Accipiendo ꝓmo mō pōt ad ꝓmaz rōnem rñderi: ꝙ serpens ille qui seduxit adaz nō erat verus serpens: ſz aliqd a demone fictum. i. similitudo aialis a demo ne foꝛmata: ⁊ ꝓz q⁹ loquebaꝫ ille serpens ꝓnidenter suadēs mulieri malū: sed serpens neqꝫ loquit neqꝫ intelligit: q⁹ itel ligere solius hois est: vt ait Aristo. lib. i. de aialibus: ⁊ ita ſz esset ille serpēs in padiso non ſegtur ꝙ erat ibi aliqđ aial: q⁹ illud nō erat aial: ſz aialiꝫ similitudo.

¶ Ad sc̄m pōt dici ꝙ aialia illa vere fuerunt in padiso: ⁊ tñ nō fuerūt ibi q̄ſi creata fuissent: aut ibi mansura essent: ſz q⁹ tūc deus tulit illa coraz adā vt ea videret: ⁊ imponeret illis noia: sicut dr supᵖ. 2. c. foꝛmatis itaqꝫ deus de humo cunctis aiantib⁹: ⁊ vniuersis volatilibus celi adduxit ea ad adā vt videret qd vocaret ea: ⁊ ita deus adduxit illa: ⁊ non erant ipsa ꝑsentia: sic fecit ea adduci de diuersis ꝑtibus terraꝫ vt intrarent in arcā cū nō essent oia genera aialium ꝓius in loco in quo erat arca. Si aūt teneaꝫ tertia positio: non oꝓtebit solui aliqđ argumen tum: q⁹ ſm eam ꝓcedunt aialia esse in padiso: ⁊ ita nō obsta bat ibi esse qđcūqꝫ genus aialium: ⁊ tñ non ꝓcedet ſm istuz modū oia illa aialia qbus noia imposuit adā fuisse in padiso sed de foꝛis fuisse adducta: q⁹ deus adduxit aialia: ⁊ volatilia oium generū ad adam: ⁊ tñ nulla regio est in qua aues oiuz ſpēz ⁊ aiantia sunt: sicut q̄dā aues: ⁊ aialia sunt apud ethio pes que in alīs ꝑtibus mūdi non repiunt sicut expientia do cet ⁊ scriptoꝛes tradunt. Sed verio: vr esse positio secunda ⁊ tertia q̄ꝫ ꝓma que nō pōt ꝓuenienter rñderi ad ꝓmā rō nem de serpente: non. n. est ꝓuenienter dictum ꝙ non fuerit serpens ille verū aial: sed aliqd a demone foꝛmatum: neqꝫ rō illud ꝓbat: q⁹ dato ꝙ esset verū aial poterat hre locutionem ꝓnidentē: sicut asina balaā erat vez aial cui insidere solitus erat ille: ⁊ tñ loquebaꝫ ad balaā redarguendo ipsum numeri 22. c. Sed ꝺz dici ꝙ locutio illa in serpente fieret per demonē decipientē ⁊ loquentē: serpēs aūt verus erat sicut ⁊ locutio in asina balaā fiebat per angelū. Item ꝓz efficatius q⁹ inten tio sacre scripture est ꝙ esset ille serpens verū aial: nam dicit supra. 3. c. Sed ⁊ serpens erat calidioꝛ cunctis aiantibus ter re que fecerat dns qui dixit ad mulierē ⁊ cetera: ⁊ ita cā locu tionis illius designaꝫ ex eo ꝙ serpens erat calidioꝛ. i. ꝓnidē tioꝛ vel astutioꝛ alīs animalibus terre: ⁊ tamē si non fuisset verus serpens ista redditio cause nō esſz cōueniens. Itē nō stat: q⁹ etiā si non esset ille verus serpens: ſz a demone fictus mulier extimesceret videns id qđ nunqꝫ viderat. Et hoc re pugnabat valde ꝑsuasioni: q⁹ si timeret mulier: ⁊ aliqd mali suspicaret: non solū non assentiret serpēti tentanti: imo neqꝫ audire vellet: ⁊ ita debemus concedere ꝙ mulier iaz anima lia aliqua viderat ⁊ forte serpentes aliquos vt nō expauesce ret cum istum videret siue verus siue fictus esset. Et ita dici conueniens est ꝙ anteqꝫ adam peccaret aialia aliqua erant in padiso: ⁊ tñ tunc manet differentia secūde ⁊ tertie positio nis. ſ. ꝙ mansura essent animalia postea si hō nō peccaret ⁊ nunc maneant ā nō. vtraqꝫ positio satis posset sustineri siue incōuenienti: ⁊ tñ videt esse rationabilioꝛ positio secunda. ſ. ꝙ vsqꝫ ad tentationem ade futura erant animalia in paradi so: postea vero siue adam peccaret siue non: nequaqꝫ essent ibi animalia: ⁊ ita intelligimus ea que diximuſ supᵖ. q. 87. Et ratio ad hoc adiuuat: disposuerat enim deus ꝙ homo tenta retur: ⁊ tentatio ista nō poterat cōuenienter fieri nisi existē tibus in paradiso animalibus vt dictuz est: ergo vsqꝫ ad ten tationem illam essent ibi animalia: post tentationem aūt nō essent ibi futura: nam aut supᵃretur homo aut supᵃret: si su peraretur sicut superatus est eiceretur de paradiso. Et tunc non oꝓtebat animalia ibi manere ꝓpter hominem cuz ho mo ibi non esset. Si autem homo supᵃret maneret in para diso: sed iam non essent ibi oꝓtuna animalia neqꝫ ad de lectationem neqꝫ ad cibum vt declaratum est supra. q. 87. ſz eicerentur inde animalia. Et ita nunc videtur dicendū ꝙ ſz homines ibi maneant. ſ. helias ⁊ enoch non sunt ibi anima lia aliqua: q⁹ non est eis opus cum carneꝫ non manducent: sed alantur fructibus ligноꝛ ⁊ principaliter ligno vite: ⁊ cō uenit hoc sacre scripture. ſ. animalia quando ꝓsentata sunt ante adam non erant in paradiso: sed adducta sunt de foꝛis: supra. 2. e. ⁊ tunc poterant manere aliqua ibi que deus vellz, ⁊ manerent vsqꝫ ad consumatā tentationem. Et istud appa ret: q⁹ non fuerūt animalia aliqua in paradiso creata: homo enim qui erat digniоꝛ non fuit in paradiso creatus ſz foꝛis: a foꝛtioꝛi ergo animalia non crearentur ibi: nam hominem so ris foꝛmatum tulit deus in paradisuz supra. 2. c. animalia aūt sic creauit deus foꝛis ⁊ postea adduxit ea ad adam qui erat in paradiso supᵖ. 2. c. ⁊ tūc possent ibi manere ea que deo pla cerēt ad ministerium huius tentationis. Confirmatur autez ista positio per sententiā Joannis Damasceni lib. 2. sentētia rum suarum vbi in finem laudum quas ponit de padiso ter restri ait: diuina regio ⁊ digna ei qui ſm imaginez dei erat in qua nil irrarionalium habitabat: sed solus homo diuinaruz manuum plasma: ⁊ ita nullū ibi de aialibus erat. i. futurum erat si homo ibi maneret: nullū etiam nūc manet iuxta secū dam positionem quā tanqꝫ veriоꝛem posuimus supra. 87. q. ⁊ hoc tenendum videtur.

Q⁹. ꝓ Reuo titur q⁹ ꝓncipa lē q̄ſi: ſ. vbi fu padiſus frestris ꝑ opio

¶ Nunc redeundū est ad id ꝙ su ꝓa petebaꝫ: declaratum enim fuit supra. q. 88. ꝙ erat paradi sus in terra ⁊ non in alio elemento: nūc est dubiū in qua par te terre sit paradisus.

¶ Dicendū ꝙ aliqui putauerunt esse paradisum terrestrem in parte occidētali oꝛbis ⁊ iste fuit erroꝛ aliquoꝛum sequentiū carmina poetarum qui insulas foꝛ tunatas paradisum esse dixerunt: ita enim dixit Plinius: ⁊ tangit illud Jsidoꝛus lib. 14. ethimo. c. de insulis. ſ. foꝛtunate insule vocabulo suo significāt omnia fere bona quasi felices ⁊ beate fructuum vbertate: suapte natura ꝓcioſa poma sil ue parturiunt: foꝛtuitis vitibus iuga collium, vestiuntur ad herbe vicem: messis: ⁊ olus vulgo est: vnde ⁊ gentiliū erroꝛ: ⁊ secularium carmina poetarū ꝓpter soli fecunditatē eaſ dem esse paradisum putauerunt.

Q⁹ futu tio ꝑ rō

¶ Sed istud falsum ꝓmo: q⁹ insule foꝛtunate: vt est testis Plinius: ⁊ Jsidoꝛus lib. 14. ethimo. sunt site ad leuā mauritanie in occidente ⁊ distincte inter se: interiecto mari: ⁊ tamen paradisus est in parte oꝛie tali vt ostendetur: ergo non sunt ille insule foꝛtunate paradi sus.

2rō

¶ Secundo q⁹ insule foꝛtunate sunt sex quaꝫ nomina ⁊ qualitates ponit Solinus in poliſtoꝛ. ca. vltimo ⁊ inter se sunt distincte interiecto mari vt Jsidoꝛus dicit paradisus

tamen

Q⁹. ꝓ Qñ ꝓ Qñ ꝓ Qñ

3.nō

4.nō

5.nō

D Qō.92. Opinio ꝓa de paḋiſo.

A Qō.93. Quōpa ḋiſus ē ignota ꝛcur ho mines il luc non ꝓadunt.

R° ꝓ'nō

tñ terrestris vnus tñ locus est: ergo nō sunt insule fortunate. ¶ Tertio q̄ ad paḋisum non est accessus hoibus cū chorub custoḋiat viaz ligni vite. ſ. 2. c. ad insulas aūt fortunatas est nobis quottidiana nauigatio: nam p̄cipua illaruz est que canaria diciť que apud nos vulgata est: ergo nō est ibi paḋisus in oibus illis neq̄ in aliqua eaz. ¶ Quarto q̄ in paḋiso terrestri sunt maiores delicie q̄s sint in tota alia terra: ideo vocať paḋisus voluptatis. ſ. 2. c. z tñ nihil tale est in ſulis fortunatis: ideo nō est ibi paḋisus. ¶ Quinto q̄ ls insule fortunate multū laudenť: tñ ſm veritatē nihil laudis hñt: vt ostēdit Solinus in poliſtor. c. vltimo loquēs de q̄libz insula eaz per se q̄tum ad suā q̄litatem: ꝓtra positionē alioz scriptoz: ſed laudes iſte ꝓuenerunt ex imensa licentia poetaruz neq̄ est in eis aliqd qō mediocrē laudez mereať: niſi canaria que aliquid boni hz. ſ. q̄tum nobis vulgatū est: non ſolū ergo nō sunt insule ille digne noie paḋisi: ſed neq̄ terre alicuius delectabilis z opime. ¶ Dicendū est aūt q̄ paḋisus terrestris est situs in ꝓte orientali orbis. ſ. in aliq̄ parte asie: z primo patet assertione oiuz scriptoz: dicit. n. Jſidorus li. 14. ethimo. c. 4. paḋisus est locus in orientis ꝓtibus ꝓstitutus: idem dicit Strabus: idem Beda: idem hiſtoria ſcolaſtica: z hoc aperuit Iosephus lib. i. antiquitatū dicens: plantaſſe deū paḋisum ad orientē omni germinatione florentē. Secundo z plenius attestatione ſacre ſcripture: naz dī. ſ. 2. c. plantauerat dñs deus paradisum voluptatis a p̄ncipio vbi alia lr̄a hz plantauerat deus paḋisum ad orientem z illa est vera lr̄a: nam in hebreo dr̄ miqdem. i. ab oriente vbi lr̄a nostra dicit a p̄ncipio: z hoc lr̄a nostra vult significare cū dicit a principio: q: non accipit de principio tpis: ſz de principio loci: z principiū terre est orientis. ¶ Tertio p̄z z multū clare: q: ſcriptura testať. ſ. 2. c. q̄ quattuor flumina egrediunť de paḋiso z noiat illa: fluxū aut omniū illoz nos cognoſcimus eē in asia ſicut ibi dicit moyses: z expientia docet eoz qui flumina viderunt: ergo est paḋisus in asia que est orientalis ps orbis z nō in europa neq̄ affrica. Ex eodez appet q̄ ſit paḋisus in ꝓte orientali asie: q: fluxus illoz fluminū vbicūq̄ fluere: videreť est de oriēte versus occidentē: ergo origo ſua est magis orientalis: z maxime apparet in flumine gange qui est in india: z est vnus de fluuijs paḋisi: z ingrediť ibi per ꝓtem orientalē: ergo adhuc est paḋisus magis orientalis q̄s terra indoz: que tñ est ꝓma regio ex ꝓte orientis que ab oibus cognita est cōiter. ¶ Queretur qūo hoies neſciunt locum paḋisi z nō vadunt illuc aliquando. ¶ Aliqui dicūt q̄ ex hoc est: q: locus paḋisi est ab hominū habitationibus multū diſtās: ideo illuc ꝓuenire nō possunt. Jſta est ſnia ſtrabi z bede. ſ. paḋisus est locus in oriente positus interiecto oceano z mōtibus appositis a regionibus: q̄s hoies incolunt secretus z remotiſſimus. ¶ Sed ꝓtra iſtos obꝯciť q̄ nō ſtet ſnia eoz: q: ſi paḋisus diſtaret a nobis interfuſo oceano nō possent flumina orta ō paḋiso venire in regiones nr̄as: z tñ oia illa q̄ttuor flumina que oriūtur in paḋiso transeunt per regiones notas asie: vt ſcriptura asserit ſup̄. 2. c. ergo nō interiacet mare paḋiso z terre nostre. ¶ Dicendū q̄ nō est certū an paḋisus ſit in terra continēte asie: vel ſit in aliq̄ insula magis orientalis ipſius oceani q̄s ſit asia: z tñ certuz est q̄ pōt esse aliq̄ insula: q: iſtud nulla ratio ꝓhibet: possunt. n. flumina inde ad nos venire: ls ĩteriaceat oceanus aut alie ꝓtes mariuz: q: aliqua flumina huius nos ſcimus que alibi orta ad alias terras interfuſo mari p occultos ſubterraneos meatus ꝓcedunt: ſic. n. arethuſa fons grecie est in regiōe elidis z piſe que cū alpheo fluuio a terra ibi abſorti ſub magnis ꝓfunditatibus maris mediterranei iterum abſorti in inſulā ortigiā renaſcunť: vbi demū terra merſi per longos tractus maris ionij vſq̄ in Sicilią per ꝓfundas terre cauernas deuehunť z rurſus in ſicilia apud ciuitatem ſyracuſas oriunť: ſic Ouidius testať lib. v. methamoz. ſic Virgili⁹ lib. vij. bucolicoz egloga vltima cū ad arethuſaz loqtur dicens: ſic tibi cum ſinus ſubterlabere ſicanos doris amara ſuā non intermiſceat vndā: idem testať Seneca li. de qōnibus nālibus. ¶ Scdo appet q: ls paḋisus ſit in insula ſiue in terra ꝓtinente: neceſſe est poni de fluminibus paḋiſi q̄ ad nos veniant non ꝓtinuo meatu ſup terrā: ſed abſorta a terra alibi appeant: Nam tigris z eufrates: duo flumina paḋiſi ſunt ſz ꝓstat eoz decurſuz non manifeſtari vſq̄ ad armeniam: vbi de vno fonte ambo ſoluunť z ſtatim diuidūtur: vt Saluſtius z Boetius auctores certiſſimi ꝓbant. De flumine nilo egypti idez est. De paḋiso. n. fluit vt ſacra ſcriptura innuit: z Joſephus li. ꝓmo antiquitatuz: z tñ in multis locis a terra abſorbeť: ideo ortus eius pet certitudinē vſq̄ nūc inueniri non potuit. Non est ergo incōueniens q̄ ſit paḋisus diſtans a nobis interfuſo oceano aut alīs maribus: ls an ita ſit neſciamus. ¶ Sz neq̄ iſtud multū ꝓdeſt: q: facilius ſic illuc ꝓueniri posſet cum oceanus ſit nauigabilis: z ad terras quas peditando attingere nō possumus nauigio peruenimus. ¶ Alij dicunt q̄ est in terra ꝓtinente: z tamen sunt multe difficultates veniendi ita vt homines ire non poſſint illuc: ſcilicet deſerta inacceſſibilia montes excelſi: ſerpentes z diuerſa genera beſtiaz: ita vt illuc veniens hō non poſſet ꝓuenire. Similia aūt impedimenta ſolent dari vt cā q̄re homines non veniāt ad aliam ꝓtem orbis vltra equnoctialē circulum inter tropicū capricorni z circulū antarcticum: Nam cum illa terra ſit neceſſario eiuſdem cōplexionis cuius iſta nr̄a in qua habitamus inter tropicū cancri z circulū arcticū erit bone habitationis ſicut iſta terra nr̄a: Et aſſerunt multos habitare terrā illā: ſed non eſſe nobis acceſſuz ad regionem illam ꝓpter incōmoda p̄dicta z alia ſil'ia que phi antiq̄ ponūt: z recitat ea Albertus magnus lib. de nā loci. ¶ Sūt aūt alia incōmoda maiora q̄ oio tollunt cōmeatū in regiōes illas: z ſil'r poterit eſſe de paḋiſo. ſ. q: in aliqb⁹ locis est ꝓtalis vis mineralis q̄ non ſolū aq̄ vertiť in lapides z alie materie: ſed etiā aialia que in illa loca inciderint integra conuertunť in lapidem declinantem aliqual'r ad rubedinē: vnde dicit ſimilia corpora lapidea tam hominū q̄s beſtiaz eſſe inuenta. Probatio aūt q̄ illa fuerint vera aialia est: q: non ſolū exterius: ſed etiā interius inueniunť oia lineamenta que inueniuntur in veris aialibus ſm ſpēm: ſed iſtud fuit impoſſibile fieri ope humano: q: artifex poterat lapides exterius ſculpere: ſed nō interius: vnde cōſtat certiſſimo argumento iſta fuiſſe quōdam vera aialia z p vim mineralē forte loci in lapides fuiſſe ꝓuerſa manente figura: q: nā in trāſmutatiōibus: nāz. i. ſpēs rei vertit: ſz non figurā: q: ſymbola iuxta Ariſto: manent in genito z in corrupto: hoz lapidum nā valde frangibilis est: z ſunt lapides ſalſi: z cām hoz oium reddit Auicēna qui h̄ eſſe aſſeruit: z Albertus magnus li. ſuo de minералibus: vbi aūt expertuz fuerit talia eſſe nullus hō audebit tranſire. ¶ Sed dicendū q̄ predicta non vrgēt: q: ſacra ſcriptura in ſrium est: quātecūq̄ enim difficultates eūdi ad paḋisum terrestrem ponať ꝓſtat q̄ nullū est impedimentum oino ꝓhibens ꝓuenire: nam electo adam de paradiſo poſuit deus cherubin habentē gladium flāmeū atq̄ verſatilem ad custoḋiā ligni vite: z tñ ſi locus nō eſſet aliqual'r adibilis hominibus nō poneret deus custoḋiā: q: lignuz z locus eſſent nāliter custoḋita: ergo erat locus acceſſibilis cū deus poſuerit custoḋiaz p̄o ligno vite. ¶ Aliter ergo dici⁹ pōt: q̄ locus ille est acceſſibilis: ſed hoies illuc nunq̄s accedunt: q: z locū neſciunt z viā ignorāt: quū aūt ſint media deſerta multa inter habitationē noſtram z locum illum nō inquirunt: z ideo non ꝓueniunt illuc: ratio aūt nō inquirēdi est difficultas locoz pp medias ſolitudines etiā ſi nulluz aliud incōmodum eſſet. ¶ Hoc aūt ꝓuenit poſitioni illoz qui dicunt paḋisum eſſe ſub equnoctiali linea quē locum multi phoz aſſerūt temperatiſſimū: z ſi ibi ſit erunt inter noſtrā habitationē z paḋisum multe ſolitudines: maxime q: nō ſolū ponit ſub equinoctiali: ſz etiā in capite orientis: z ꝓtra illā ptem ſunt multe: z magne ſolitudines: q̄ vero ꝓtra illā ptez ſit paḋisus confirmant per ortū nili: nā ille directo curſu vr̄ venire per deſerta ethiopica de ſub equnoctiali. Hoc tenet ſcūs Tho. poſt alios ſapiētes lib. 2. ſen. di. 17. arti. vltimo: z ibi etiaz tenet q̄ aialia non poterant ad paḋisuz ire neq̄ ibi erant niſi q̄ deo opante deducta ſunt illuc ad adaz: aut opante demone ſicut factū de ſerpēte pōt putari in quo ꝓcordat ſnie. Jo. Damaſ. z ſnie noſtre poſite. ſ. q. 87. z. q. xc. ¶ Sed tūc dicetur qūo hoies non veniūt in paḋisuz terrestrez: q: hñt loca p q̄ veniāt ſine erroze: conſtat enim q̄ quattuor flumina nota oriunť de paḋiſo que per aſiam fluunt: Siquis autem ꝓgrediatur iuxta aliquod illoruz ad caput fontis ſui veniet ad paradiſum vnde exeunt. ¶ Dicendum q̄ non est iſte conueniens modus veniendi in paradiſum: q: ꝓter alia inconuenientia ſolitudinum z aialiuz que in medio occurrunt est p̄cipuū q̄ per iſta flumina nullo modo poteſt inueſtigari paḋisus: naz nullum flumen iſtoruz continuo curſu fluit ſuper terram: ſed in multis

B Qō. xciij.

Opinio 2ª

C Signuz q̄ pp vim mineralez loci aialia vrtunť in lapides.

D Quoꝛūdaz lapiduz ꝓo ꝓietates.

Qō. xcv. Confutatō opinionis

Alia rñſio

A Qō. xcvi.

R° ꝓ ª

In multis locis absorpta a terra alibi nascunt. De tygri z eu frate duobus fluminibus pz:nam ambo cõem fontez hñt in armenia vbi incipientes fluere statiz diuidunt: z oẽs auctores gẽtiliũ inde testant eoz origine sicut Salustius scribit: quẽ Boetius sequit li.v.de ꝓsola.metro.i. z rõnabil'r dicunt qz videt ibi eoz fontẽ esse:sil'r de nilo z gange.i.gion. z phison vt infra dicemus tangẽdo de fluminib⁹ padisi: z ita cuz per cursus istoz fluminũ veniat ad loca vbi cũ absorpta fuerint erũpunt cessabit inqsitor: z nõ poterit vltra querere pz mum fontẽ hoz fluminũ sicu tfactũ est in nilo ab antiqs inquisitoribus. ¶ Alij autẽ tollunt oẽs has difficultates asserentes locũ padisi cognitũ esse z ppl'os habitare nõ lõge in de sed puenire nõ posse illuc pp fragorẽ casus aquaz. De ꝟ dicit Basilius in examerõ:padisus aũt est in oriẽte in altissimo monte de cuius cacumine cadentes aque maximã lacuz faciunt: z in suo casu tm̃ strepitũ z fragorẽ ꝙ oẽs incole iuxta ꝓdictam lacũ nascunt surdi ex imoderato sonitu seu fragore:sensum in puulis auditus corrumpente: z sil'is sinia est Ambrosij inexamerõ: ex illa aũt magna lacu asserũt qttuor flumina nasci de qbus.ẽ.2.c. ¶ De ꝓdictis an vera sint nobis non ꝓstat nisi qtum fidei scriptoz tribuimus: ꝟ non sit satis verisimile ibi velle hoies habitare vbi oẽs surdi efficiũtur: tm̃ sacre scripture ꝟ nõ discordat que ꝓsupponit pueniri posse ad padisum:ꝟ non intrari pp cherubin cum gladio flameo atqz versatili qui custodit viaz ligni vite.ẽ.3.c. sed qcqd hoz teneat hoc saltem ꝓstat ꝙ locus padisi determinate est nobis ignotus:qz nemo nr̃m illuc puenit:neqz de eo alia cognitio hr̃ qꝫ ea quã tradidit sacra scriptura: z hoc maxime ỏ interioribus:nam si vsqz ad padisum aliquis venire possz intrare tm̃ non posset: z sic nesciret quid esset inferius:propter qỏ sacra scriptura illud apte voluit declarare.ẽ.ỹ.c. ¶ Nũc aũt videndũ est quid in summa scriptores asserant de padiso terrestri:dicit.n.Isidorus lib.14.ethimo.c.4.padisus loc⁹ est in orientis ptibus ꝓstitutus cuius vocabulũ ex greco in latinũ verti orrus. Porro hebraice:eden:dr̃ qỏ in nostra lingua diuitie interptat qỏ vtrũqz iunctũ facit ortum deliaz. Est.n.omni genere ligni. et pomiferaz arboz cõditus: hñs etiã ibi lignũ vite:non ibi estus non frigus:sed ppetua aeris tempies de cuius medio fons prorumpens totuz irrigat nemus:diuiditurqz in qttuor nascentia flumina cuius loci post pctm̃ hois aditus intercluſus est: Septus est.n.vndiqz rumphea flamea.i.muro igneo accinctus:ita ꝙ pene cũ celo iungatur:incendiũ:cherubin quoqz.i.angeloz ꝓsidiũ arcendis spiritibus malis sup rũphee flagrãtia ordinatuz est vt hoies flãme: angelos vỏ malos ageli boni submoueãt:ne cui carni vel spũi transgressionis aditus padisi pateat. ¶ Strab⁹ aũt z beda de hoc dicunt:padisus est locus in oriẽte positus interiecto oceano z mõtibus appositis a regionibus qs incolunt hoies secretus z remotissimus altus ptingẽs vsqz ad circulũ lune:locus summe cõueniẽs hoi inocenti pp eius sũmam tempiez:qz nõ frigus ibi neqz estas:ꝟ ppetua tempies. ¶ Scolastica hystoria dicit plãtauit deus a ꝓncipio creationis padisum herbis z arboribus locũ deliaz: z ỏ in mũdi ꝓncipio.i.in oriente: z ille locus est amenissimus lõgo tpe mariscz tractu a nrõ habitabili segregat⁹. Adeo altus vt vsqz ad lunarẽ globũ attingat: vbi z pp situs altitudinẽ aque diluuỹ nõ puenerunt:idem refert magister.lib.ỹ.sen. di.xvỹ. ¶ Damascenus aũt de hoc dicit:qz vero ex visibili z inuisibili creatura cõditurus erat:deus hoiem fm̃ suã imaginẽ z similitudinẽ:sicut quẽdaz ꝓncipẽ z regẽ oĩs terre z omniũ que sunt in terra ꝓstruxit ante qꝺam regionez in qua puersatus btaz duceret vitã: z hic locus diuinus est padisus dei manibus in eden.i.delicijs. z voluptate plantatus: in oriẽte quidem omni terra celsioz penitus tẽpato z tenuissimo aere circũfulgẽs:plantis semp floridis comatus bono odore plenus lumine repletus pulchritudinis vniuerse gaudỹ z exultationis ꝓmptuariũ creature sensibilis:excedẽs intelligẽtiã diuina regio: z digna ei qui ꝟ imaginẽ dei erat in qua nil irrationaliũ habitabat:ꝟ solus hõ diuinaz manuum plasma. Augu.aũt de padiso terrestri loqtur lib.8. super genesim ad lr̃am:loqtur etiã li.13.de ciuitate dei.c.21. vbi oñdit paradisuz esse locũ corporalẽ contra illos qui asserunt esse spũaliter intelligendũ sicut est Origenes:cetera aũt que de padiso terrestri dicunt in hunc modũ sunt. ¶ De paradiso terrestri solet queri qtum ad magnitudinẽ suam an aliqd magnũ vel parvum sit. ¶ De hoc dõm ꝙ auctores nihil certuz tradiderũt: imo neqz illud tangere voluerunt. ¶ Causa aũt est:qz sacra scriptura de hoc nihil dixit:de qlitate.n. loci aliqd põt sacra scriptura quã secuti potuerunt: z alia dicere scriptores ad qratio eos ꝓducebat. De magnitudine aũt nihil dictũ est:ideo neqz illi tetigerunt. ¶ Sed dici põt ꝙ padisus est locus satis magnus nam sunt ibi arboreſ oĩuz generũ in multa amenitate:est etiã ibi fluuius magnus qui irrigat padisum:sed ꝟ satis magnã exigit qtitatem:iõ nõ erat puus locus. ¶ Secundo qz si hõ non peccasset ibi futura erat habitatio oĩum hoĩum:nemo.n.in his ptibus mundi in qbus nos hitamus maneret: z tm̃ pro oĩbus hoibus simul habitãtibus magna latitudo loci requirebat. ¶ Ex hoc aũt aliqui errãt asserentes padisum esse tante magnitudinis vt est vna ꝓuincia magna:aut fortassis aliqua de ptibus.ſ.sicut affrica vel europa: nam nũc hoies occupant tres ptes terre:occuparent ẽ tunc tantum qtum est vna aut dimidia saltem: tanta igit erit magnitudo padisi. ¶ Sed dõm ꝙ non ꝓstat:primo qz si paradisus aliqd tam magnũ esset latere nõ posset vbi esset:qz ꝓpter sui magnitudinẽ se manifestaret: z tm̃ latet: ergo non est tante magnitudinis. ¶ Scõo qz id qỏ de hoibus dr̃ non vrget qz in padiso terrestri non erat futuri hoies semper quo vsqz expleret hominũ numerus:ꝟ per generationes trãsserret: per vnũ de duobus modis quos Aug.tangit sup genesiz ad lr̃am: z refert magr̃.li.2.sen.di.20. z sic non esset aliqñ tanta multitudo hoĩum in padiso terrestri quãta est nũc in terris aut forte in vna sola pte mũdi. ¶ Tertio dici põt ꝙ etiã magna multitudo hoĩum ibi manens nõ indigeret magno loco tanto sicut nũc indigeret:cã huius est: qz hoies nunc habẽt secum animalia de quibus viuunt: z ꝓpter animalia indigent lata terra non solũ pro se sed etiã pro pastu z mansione animaliũ:vbi aũt nulla animalia mansura erant: qz neqz homines illis indigerent: vt dictum est.ẽ.q.87. z.q.xc. ergo nõ indigerent magno loco. ¶ Quarto quia nunc homines indigent magna terra ꝓpter loca que colunt de qbus habẽt necessaria ad victuz: z qz sepe terra est modicũ fertilis est lata terra necessaria pro paucis hoibus:in padiso autez hoies non colerent terrã:sed arbores quas deus plantauerat darent homini sufficientiã victus. ideo non indigerent ibi latitudine terre z multa huiusmodi sumi pñt. Ex quibus appet ꝙ paradisus esset terra aliquãtulum lata tm̃ non multuz: nõ enim videt ꝙ oporteret hr̃e maiorẽ magnitudinẽ qꝫ habeat insula.ſ.in longitudine tres vel qttuor leucas: i circuitu aũt duodecim aut parũ plus vnde auctores solent vocare paradisum montẽ:qỏ non fieret: si putarent esse circuitũ eius ad valde magnũ vt est vnius ꝓuincie vel regni: sed hoc de magnitudine opinando dicimus ꝙ nulla rõ trahit nos ad tantum spãliter dicendũ. ¶ Nunc queret de altitudine padisi terrestris. Dõz ꝙ cõis positio est ꝙ sit locus valde excelsus: z aliqui hoc tribuunt ꝓpter flumina que inde exeunt: nam quattuor flumina exeunt de paradiso.ẽ.2.c. z illa per totam asiam fluunt que in quibusdã locis eleuãtur ad magnas altitudines:sed aq̃ non põt eleuari nãliter vltra equilibriũ sue originis:ergo locus originis illoz est valde altus: z ita padisus terrestris erit valde excelsus. ¶ Sed dõm ꝙ ista rõ non erit necessaria:qz ꝟ paradisus sit locus planus possent inde ista flumina nasci:qz ꝟ ibi primũ: aq̃ ille apperet.i.illius fluuỹ qui diuidit in qttuor capita poterat ꝓcul inde in aliquo loco excelso hr̃e primã originez z appere in padiso: cum per subterranea loca illuc veniret: z tũc equilibriũ aquaz illaz non acciperet per habitudinẽ ad locum padisi: sed ad pmaz originem: z si locus ille esset valde excelsus possent flumina per longas terras fluere z alicubi ascendere ad magnas altitudines. ¶ Alij aũt dicũt ꝙ est magna altitudo padisi pro pter loci salubritatem:nam locus habitationis nostre ꝟ aerem turbulentum propter exalationes z vaporez qui surgunt hic de terra z aquis: z ideo non est bene sanus locus nostre habitationis:ibi autez est locus maxime salubritatis: ideo debet esse remotus ab actione magna ꝓtrarietatis qualis est hic propter refractionem radiorum circa terram z elevationem vaporum z exhalationuz ex ea z ex aq̃:locus aũt vltra exhalatiões z vapores erit magis redactus ad medietatem temperamenti: z ibi erit conuenientior locus paradisi z ideo multi dixerunt paradisum esse locum excelsuz. ¶ Dicendũ est ꝙ ista rõ aliquid ꝟ verisimilitudinis: ꝟ qttuz per

hoc

Determinatio

Qõ.xcviỹ. an possim⁹ scire magnitudinez vel puitatẽ padisi.

hoc appareat eleuari non ꝓstat. ¶Dicunt aliq ꝙ eleuaꝝ padisus vsqꝫ ad altitudinem circuli lune: ita ꝙ ptingat circulū lune: sic tenēt Beda ⁊ strabus: ⁊ magister in hist̄oria scola. ⁊ magister refert. li. ij. sen. di. xvij. vt. s̄. q. 97. ōclarauim⁹ ¶Ad hoc aūt mouent ex duobus. Primo vt euitēt aq̄s diluuij: nā aque diluuij fuerūt eleuate sup̄ mōtes altissimos cubitis qn decim. s̄. 7. c. ⁊ tm̄ ad padisum volunt ꝙ nō puenerint aq̄ diluuij: ideo ponūt ꝙ sit altitudo eius vsqꝫ ad lunaꝫ. ¶Scōo ꝓpter salubritatē loci: nam ibi nihil moriē cum enoch: ⁊ helias tantoꝝtpe ibi viuant: ſꝫ hoc nō fieret si essꝫ locus ille plenus sicut locus nr̄e habitatiōis: vbi pp magnā actionē ꝯrietatis sit vehemens ⁊ velox corruptio: ideo voluerunt ponere extra oēm locū ꝯrietatis ⁊ sic posuerunt ꝙ attingat celū lune. ¶Sꝫ nunc est dubiū an istud sit verū. ¶Dōm ꝙ nō: non. n. eleuaꝝ padisus aut aliq̄ terra vsqꝫ ad globum lune .i. vsqꝫ ad corpus eiꝰ: neqꝫ ēt vsqꝫ ad circulū eius. i. vsqꝫ ad concauꝫ orbis lune. ¶Cā huius est: qr hoc maxime repugnat rōni: nam si tm̄ eleuareꝝ esset padisus i media regione igniꝭ qr elementū qō celo ꝓiungitur est ignis ⁊ est spera eius maioris capacitatis: q̄ꝫ cuiuslibet alteriuꝰ elementi: qr quāto est elementū supius tanto est capacius vt est sñia Aristo. lib. de genera. ⁊ ideo totus locus padisi erit intra ignem. Istud est oino ꝯ rōnem: qr intra ignē nihil agere pōt vitam: sed oia cito in eo corrūpunt. ¶Scōo pp velocitatē motus: nam celū moueꝝ magno impetu ita vt ꝓpinqua rapiat: vnde ⁊ elemēta supiora. i. ignis ⁊ aer mouent ex raptu celi: vñ si talis motus esset rapent q̄ essent in padiso vel fieret eis magna violentia qō est ꝓtra bonā ꝓsistentiaꝫ. ¶Tertio qr si tanta esset altitudo padisi vt vsqꝫ ad lunā ptingeret esset valde magna altitudo ⁊ ꝓsequenter latitudo: ita vt totā terrā vel q̄si totaꝫ occuparet: ⁊ ꝓpter h̄ qr vt probat Ptholomeus in lib. almagesti. ⁊ alfraganus refert lib. suo. c. xi. lōgitudo inferior lune a terra est milliariū centum nouē miliuꝫ: nōgentoꝝ triginta septem: ⁊ est maior ista altitudo semidiametro terre triginta tribus vicibus ⁊ medietate vicis ⁊ medietate decime partis vicis vnius. Semidiameter aūt terre est medietas longitudinis terre: ⁊ sic altitudo ista est quasi decē ⁊ septez vicibus maior tota longitudine terre: ⁊ tm̄ istud est contra rōnem: qr oporteret tunc esse basim padisi totā terraꝫ: imo aliqd qō sit tota terra maius: cū nullius edificij sit maior altitudo decē ⁊ septem vicibus q̄ꝫ latitudo fundamenti. ¶Quarto: qr si tāta esset altitudo padisi nō posset latere: qr de quacūq̄ parte terre appet saltem in toto hemispio in quo esset: cū quicunq̄ punctus hemispij in celo appeat ex quocūq̄ loco orizōtis illius hemispij: ⁊ tm̄ latitudo terre illi⁹ habitabilis nō hꝫ plus hemisperio: nam nō sunt plures duodecim horiſ ab oriēte in occidente: ergo padisus terrestris appereꝝ ex quacūq̄ parte terre habitabilis cū ad celū ptingeret ⁊ apperet ex terra quātūcūq̄ occidentali: ſꝫ non appet ex terra occidentali neqꝫ ex terra q̄tūcūq̄ orientali in q̄ꝫ venerint hoies: ergo nō est tanta altitudo padisi. ¶Quinto qr si tanta essꝫ altitudo padisi tolleret multū toti orbi quottidie de illuminatione ante meridiem ⁊ maxime de ptibus orientalibus: ⁊ tm̄ nihil tale fit: ergo nō est talis altitudo paradisi: est enim valde irrōnabile istud asserere. ¶Sed diceꝝ qūo isti moti sunt ad dicendū ꝙ padisus pueniebat vsqꝫ ad celū lune. i. vsqꝫ ad cōcauū eius: nam istud nō ꝓuenit motiuis eoꝝ: erat. n. vnū motiuū ꝙ fuerit ꝓpter salubritatē loci: voluerunt. n. ꝙ esset vita continua in padiso: ⁊ nihil moreꝝ ibi: moꝛs aūt est ꝓpter actionē contrarietatis: ideo debuerunt separe locum illū ab actione ꝯrietatis. Sed vbicūq̄ est elementū est talis actio: qr ibi sunt q̄litates ꝯrie: ideo nō ꝓderat ꝙ ponerent ptingere ad celū: duꝫ tm̄ non esset intra celū: qr etiā si ad celū ptingeret maneret intra elementa. ¶Dōm ꝙ si isti potuissent ponere padisuꝫ terrestrem intra celū posuissent: vt ibi oino cessaret actio ꝯrietatis: ⁊ tm̄ non potuerunt: qr rūpeꝝ celum ꝙ moueret obiectu terre padisi: ⁊ ita posuerunt infra celū lune ⁊ ad illud ptingeret. ¶Ista est etiaꝫ cā quare posuerunt ꝙ ptingeret vsqꝫ ad celū lune: qr luna est celū infimuꝫ ⁊ vsqꝫ ad illud poterat puenire. Si aūt ad mercuriū: venerem vel ad celū extendere tur necesse erat rūpi ⁊ ꝑpenetrari celos ꝓpter eos: ideo de celo lune dixerunt. ¶Sed qūo ꝓueniebat hoc ad alterū inconueniens euitandū qō volebant euitare. s̄. de aqs diluuij: nā scriptura dicit ꝙ eleuata fuit aq̄ quindecim cubitis sup̄ mōtes altissimos. s̄. 7. c. ergo etiā si eleuareꝝ padisus vsqꝫ ad celum lune hꝫet locum qō dicit scriptura. ¶Aliqui dicūnt nō esse illud inconueniens ꝙ si padisus ptingebat vsqꝫ ad orbē lune non erat quo eleuareꝝ aq̄: qr nō manebat aliqs cubitus quo eleuareꝝ: ideo nō poterat intelligi de montibus qui sic eleuabanꝝ cum ꝓstet ꝙ aq̄ non intrauit in celuꝫ: si accipieꝝ de mōtibus illis qui sunt multū inferiores celo. ¶Sed dicetur ꝙ istud nō est necessarium: qr nō solū non eleuata fuit aq̄ vsqꝫ ad celū: imo fuit multū distans a celo: qr certū est ꝙ aq̄ non puenit ad sperā ignis: nam si illuc ascendisset tot⁹ ignis extingueꝝ: mansit tm̄ spera ignis: ideo etiaꝫ si esset padisus in confinio aeris ⁊ ignis intra aerē nō attingerēt illuc aque diluuij cum nō possent ad ignē puenire. ¶Dicendū est ꝙ aq̄ diluuij non multum ascēderunt: ⁊ ita putaꝝ ab oibus: ⁊ etiā qui dixerunt pueniſſe aut attingere padisum ad celum lune non ideo dicāt vt sic vitent aq̄s diluuij pueniſſe ad padisum sed ꝓpter salubritatē ⁊ separationē a ꝯrietate vt tactum est: ꝙ vero aque diluuij illuc nō puenerint ꝯñs fuit ad tantā altitudinem: ⁊ etiā si minor poneret sufficeret ad illud. ¶Sꝫ diceꝝ qūo isti ausi sunt dicere ꝙ pueniret padisus vsqꝫ ad celum lune cum ex hoc sequerenꝝ multa inconuenientia ⁊ maxime erat illud notū de igne ꝙ poneret intra ignem. ¶Ad hoc aliqui rñdent ꝙ dictum fuit istud ꝑ hiperbolē: est. n. hiperbole transcensus veri ad signandū magnitudinē iuxta illud astra ferit clangor: ⁊ illud in alexandreide: aurea femineus ꝑstringit sidera clamor: qō verum nō est: sed significatur clamoris magnitudo. sed ad celū non pueniebat. Ita enim dicit quidam doctor: non. n. in veritate attingit altitudine orbem lune: sed circulum lunarē dr̄ attingere hiperbolice: vt eius maxima altitudo ⁊ incoparabilis respectu terre inferioris insinuetur. ¶Sed dōm ꝙ non satis hoc stat: qr si per hiperbolem dictum esset nō designaret certum celū: sed diceretur ꝙ accedit ad celū: fit tm̄ determinatio. s̄. ꝙ ptingat orbem lune: ergo ſm ꝓprietatem voluit dicere qui hoc dixit ⁊ nō ſm hiperbolem. ¶Alij dicunt ꝙ intelligiē istud per similitudinem ad significandū ꝓditionem illius loci: qr in paradiso terrestri erat magnū tempamentū ⁊ non moriebaꝝ ibi aliquid qō fiebat ꝓpter nō esse ibi ꝯrietatem forte sicut hic: sed a celo lune: ⁊ supra istud est ꝙ non est ꝯrietas neqꝫ corruptio: ergo dictum fuit ꝙ accedit padisus ad celū lune. ¶Sic. n. exponit scūs Tho. li. 2. sen. di. 17. arti. vlti. Sic. n. expōit alexanō. s̄. padisus: lunarē circuluꝫ tangit vt dicit Beda .i. ptingit ad aerem quietū post istum aerē turbulentū vbi finis est: ⁊ terminus exhalationuꝫ ⁊ vapoꝝ humidoꝝ quoꝝ fluxus ⁊ progressus lunari coꝛpori appꝛopriaē. ¶Sed dōm ꝙ isti dixerunt hoc ad excusationeꝫ huius positionis: qr nō videbatur posse aliter saluari nisi ꝑ hiperbolē: vel ꝑ similitudinē: ⁊ tm̄ dicenduꝫ ꝙ neqꝫ est iste sensus positionis huius: imo ꝙ sit tāta altitudo padisi ꝙ vere ptingat ad celū lune: ⁊ pꝫ h̄ ex modo loquēdi hist̄orie scolastice. s̄. padisus est altus adeo vt vsqꝫ ad lunarē globū attigat vbi etiā pp situs altitudinē aque diluuij non puenerunt: ⁊ tm̄ si altitudo illa nō acciperet ſm veritatē: sꝫ ſm similitudinē non esset cā non pueniendi illue aq̄s diluuij: ergo intellexerūt isti ita ꝙ vere attingeret ad celum lune. ¶Est aūtē dōm ꝙ auctores huius positionis vare intēderunt ꝙ padisus ptingeret vsqꝫ ad celum lune: ⁊ nō putauerunt ex hoc sequi inconueniens aliqō imo per hoc induci qō ipsi volebāt. Cā aūtē est qr vsqꝫ ad celū lune putant esse aerē: ⁊ nullū ignē: ⁊ tunc est qō ipsi volūt. ¶Est. n. hoc pp salubritatē: qr ponūt sic padisuꝫ in extremitate aeris placidi qeti nō turbulenti: nā turbationes ⁊ impssiones in aere nō fiūt nisi vsqꝫ ad finē scōe regionis: in tertia aūt regiōe aeris est securitas ⁊ tēpies: ⁊ qō ibi fuerit est elōgatū ab actione ſm ꝯrietatē: ⁊ sic non cōpetit illi loco salubritas. Silr in hoc liberāt padisuꝫ ab aqs diluuij: qr certū est ad talē altitudinem nō pueniſſe aq̄s diluuij. ¶Cū aūt obꝫciē ꝙ ponēdo sic padisum ponimus illū in igne dicūt ꝙ nō sequiē eo ꝙ ana lunā nō est ignis. Ista pō platōis ⁊ oiuꝫ platonicoꝝ ⁊ pluriꝫ moꝝ pꝫoꝛ. s̄. qꝫ nō sunt in toto orbe nisi q̄ttuor elemēta ⁊ cōposita ex his: vñ volunt celū de nā q̄ttuor eloꝝ: pmus aūt q opinionē istā destruxit oñendo celū: ⁊ oia celestia eē de nā quinta que non sit elementalis fuit Aristo. lib. i. de celo ⁊ mūdo: cui ꝓpter efficaciam rationum asserunt posteri. ¶Qui autem ponebant celum de natura elementoꝝ dicebant totū celum esse ignem: ⁊ stellas esse puriores ignes cui pōni fere oēs poete consenserūt. Et istud rationabiliter ponebatur si

celum

A Qō. c. An padisus eleuaꝝ vsqꝫ circuluꝫ lune. ꝑ⁹ rō 2.rō

B Qō. ci. Cōfutatio opinionis. ꝑ⁹ rō

2.rō

Qr. ꝙ

C Uide distantiaꝫ lūe a terra scōm astrologos.

4.rō

5.rō

D Qō. cij.

R°

E Qō. ciij.

R°

F Qō. ciiij.

ꝑ⁹ rñ°

Cōfutatio

2.rñ°

Confutatō

5

Qō. c. v. 3.rñ°

h negāt ignē ēt añ lunaꝫ oēs pl'onici

I

ꝑ⁹ rñ°

buz iuxta modū loquēdi ipsius scripture: t pcedēte cōtex
tum: sz supzaposuerat scriptura duo ligna sola in medio pa-
radisi. s. lignū scie boni: t mali t lignū vite: ideo de vno istoruz
necesse erat intelligi: sed non potuit intelligi de ligno vite q:
nō erat illud qđ deus vetuerat sed lignū scie boni: t mali. iō
de illo ligno oportebat qđ intelligeret verbuz mulieris: t sic
erat plana intelligentia verbi eius sic dicendo: sed non erat
sic de deo: q: si sic deus dixisset nō erat p qđ certificaremur
de ligno illo quod erat. ¶ Lum aūt queriť quare non impo-
situm fuit in vtroq; nomen hoc lignum scie boni: t mali: vt
sicut fuit conueniens scribi hoc dictū a deo ita scriberetur di
ctum a femina. Dicendū q non fuit conueniens: nam q de
deo ita diceret conueniens fuit q: aliter non erat sufficiens
notificatio vt ostensum est: sed q mulier ita diceret non erat
ita necessarium: q: fiebat sine hoc sufficiens determinatio: t
ista est prima causa quare ita non dixit. ¶ Secundo q: veri
tas: t proprietas dz seruari inquantuz potest: sed ita fuit q
mulier non dixit de ligno scientie boni: t mali quod nomen
nondum erat: sed dixit de ligno quod est in medio paradisi: iō
si non sequeretur aliquod inconueniens potius debuit po-
ni id quod mulier dixit q̄z aliquid aliud. Non erat sic de deo
q: licet ille in veritate dixerit de ligno qđ est in medio paradi
se ne comedas non conueniebat sic dici: q: tollebatur certitudo
vt ostendimus: t illa magis attenditur in scripturis q̄z locu
tionis proprietas dicendo aūt sic de muliere non tollebatur
certitudo. ¶ Tertio q: dicendo hoc de muliere sequebatur 3 rō.
inconueniens. s. statim sequetur causa illa ex qua vocatū est
lignum scientie boni: t mali. s. eritis sicut dñ scientes bonuz:
t malum hoc autez dixit diabolus postq̄z mulier designauit
lignum eis vetitum: ergo non debuit dici q mulier nomina
ret illud lignum scientie boni: t mali: etiam: q: ita nominan
do videtur presupponi q mulier sciret cām peccati sui etiam
q assereret falsum quod diabolus dixit. s. eritis scientes bo-
num: t maluz quod falsum fuit: iō non debuit mulier hoc di
cere. De deo non erat aliquod istoruz inconuenientium cū
multo ante de deo illud dicatur t ibi fuit magis necessariuz
dici: ideo de deo scripsit moyses quasi illud dixisset: de mulier
aūt non scripsit: q: ibi erat inconueniens. ¶ Dixit quoq; mu A
lier pcepit nobis dño ne comederemus tc. Queriť an deus Qō. 477.
eis mandauerit. ¶ Dicenduz q cum mulier hoc asserat: An deus p
t ipsa tunc non mentiretur q: erat in statu innocentie: t pri cepit sicut
mum peccatum fuerit manducare de ligno vetito tenenduz dixit eua.
est q deus illud mandauerit: sed quomodo hoc sit verum est
dubium: nam videtur q mandatum non sit datum nisi vi-
ro: q: ē. ỹ. c. habetur de adam pcepitq; ei deus ex omni li-
gno paradisi comede: de ligno autez scientie boni: t mali ne
cōedas de muliere ät postea nō inueniť qūo aut qñ datū fue-
rat: iō vi q soli ade datū fuerit. ¶ Aliq dicūt q soli adō datū
fuit personaliter mādatū istud: sed ipse postea dedit illud mu
lieri: t sic ambobus erat datum: t hoc consonat scripture:
q: non inuenitur datum mulieri: sicut inuenitur datum vi-
ro: vt ergo non ponant quod scriptura non asserunt tenent
istum modum etiam: q: videtur consonare intentioni aposto
li prima ad chozin. xiiỹ. c. s. si quid mulieres discere voluerit
domi viros suos interrogent: t sic ad mulierem venit per vi
rum doctrina moralis hoc tenet magister lib. ỹ. sen. disti. xxj. B
Aliter dici potest q preceptum istud fuit datum tam viro q̄z
mulieri: t fuerit modus q posito viro in paradiso nondum
formata muliere datum fuerit sibi preceptum illud postea ve
ro formata femina repetierit deus preceptum coram ambo
bus: t tunc eis datum fuerit: t hoc cōuenit forte magis scri
pture: nam conuenit verbis mulieris cum illa dixit precepit
nobis deus: t ita significauit preceptum ambobus datum.
¶ Cum autem obꝫcitur q non inuenitur quomodo ambo
bus fuerit datum dicendum q non requiritur aliquid plus
nisi quod mulier dixit. s. precepit nobis dñs: nam cum ipsa as
serat factum esse certuz est q factum sit: lz non asseratur aut
exprimatur qūo factū fuerit. ¶ Si quis autez vellet tenere
q istud preceptum nunq̄z datum fuerit a deo psonaliter: sed
p virum processerit in eam saltē debent asserere q bis datuz
sit: t in secunda vice datum sit mulieri: lz non presenti: sed
datuz sit viro pro ea. s. vt ipse reuelaret ei: t patet q: quando
deus dedit ade illud preceptum nondum erat formata muli
er: vt ps. ē. ỹ. c. ex ordine littere: t ideo tunc soli viro dabatur
sed dando illud viro non obligabatur femina que nondum
erat: q: istud nō erat pceptū de lege nē: sz positiuū: iō nō obli
gat nisi eos qb⁹ exp̄resse dať: t cuz nō dareť tunc fcie neq;
mētio fieret de illa nondū erat nō obligareť illa vnō si postea
non dareť iteruz nō obligaretur feia: sed liceret ei māducare
de oib⁹ lignis paradisi: lz de illis nō māducaret adā: t iō dz dici
q forzata feia rursus dicēt de⁹ ade q vxori sue dicēt ne cōede
ret ò ligno illo: t sic p illū vēiret pceptū ad eā: t ß mō potat
dicē mlier sibi datū ēt pceptū: q: ade nō dabať scōa vice pro
se sz p mlierē. ¶ Hec vera sunt: t necia nisi diceret q qñ ds
dedit pceptū istō ade nōdū forzata eua fcā sit ibi mētio de mu
liere: q: lz nōdū ēt deus sciebat illā facturā: q: itendebat illā
plasmare: t poterat sic de ea pōere mādatū. ¶ Dōm q istud
non est verū: nā lz deus potuisset tūc taliter pceptū dare nō
dedit. Prio ps q: i pcepto dī ex oi ligno paradisi cōede ò ligno 2 rō
autem scie boni: t mali ne comedas: t ita singulariter quasi
ad vnum dictum est. ¶ 2° q: non poterat fieri mentio de fe- p⁹ rō
mina: nam

mina:nam ſz apud deum certū eſſet q̄ futura eſſet feia non erat notum apud adam:ideo neq̄ certificaret de eo ex p̄cepto. ¶ 3° q̄ poſt hoc deus adduxit oia aialia ad adam vt videret quid vocaret ea: ⁊ an ibi eſſet adiutoriū ſibi ꝓueniens ⁊ non inuenit illud adam:ſi tñ certus eſſet adam q̄ feia ſibi formāda eſſet non q̄reret in aialibus an aliquod ſibi conueniret:iō incertus erat adam an deus ſibi feiam formaturus eſſet: ⁊ iō non certificaret p̄ p̄ceptum: ⁊ ita in p̄cepto ei primus datō non fieret mentio de alio niſi de ipſo:vnde neq̄ poterat feia per illud obligari: ⁊ ſic daret neceſſario p̄ceptuz poſtea q̄ vel daret ambobus ſimul:vel feie ſoli vel viro pro feia: ⁊ quomocūq̄ fieret daret p̄ceptum bis: ⁊ eſſet datum mulieri. ¶ Addidit quoq̄ mulier p̄cepit nobis dñs ne comederem⁹ neq̄ tangeremus illud in quo eſt dubitatio an ſit vez. ¶ Aliqui dicunt q̄ nō:q: non inuenit q̄ mandauerit deus iſtud:ſz ſoluz ne comederent.ſ.ū.c.de ligno aūt ſcie boni: ⁊ mali ne comedas vbi non fit mentio niſi de māducatione. Etiam in additione pene non ponit niſi de manducatione.ſ.q̄cunq̄ die comederis morte morieris. Sed alī dicunt q̄ fuit ēt hoc impoſitum ne tangerent lignū:q: mulier aſſeruit ſic p̄ceptum fuiſſe illi qui non habuit cām mentiendi. ¶ Addidit ēt rōnem p̄cepti.ſ.q̄ deus fecit hoc ad magis elongandū ab actu manducationis:nā ſi pmitterent tangere ꝓpinquū eſſet comedere: ⁊ ad tollendū iſtud piculum vetuit deus tangere. ¶ Dōm videtur q̄ deus non vetuit hoibus tangere arboreꝫ illam:ſz ſolū manducare de fructu eius. Primo q: ſi datū eſſet tale p̄ceptū exp̄imeret illud ſcriptura: ⁊ tñ non exp̄imit ideo credit non datū. ¶ 2° q: deus nō grauaret plus feiam in p̄cepto q̄z virū: ⁊ tñ q̄n viro datum eſt p̄ceptū de ſola manducatione dictū eſt:ideo non apponeret cōditio grauior feie. ¶ Tertio q: ſequeret ex hoc quo dāmodo mutatio legis dei:ipſe.n.dixerat de ligno ſcie boni: ⁊ mali ne comedas: ⁊ ſic noluit eum plus artare nunc vero dicit mulier p̄cepit nobis dñs ne tāgeremus illud: ⁊ ſic nō ſola feia artabat ad nō tangendū:ſed ēt vir:vnde facta eſſet mutatio circa legem viro dataz artando magis eū. ¶ Quarto q: ſi deus hoc p̄cepiſſet viro: ⁊ feie:non ſolū peccaſſent in guſtando de fructu ligni illius:ſed ēt in tāgendo: ⁊ equaliter eſſet pctm in vtroq̄ q: vtrunq̄ erat ꝓhibituz: ⁊ neutrū erat de ſe malū:ſed ſolum:q: ꝓhibitū: ⁊ ſic diabolus nō tēptaret mulierē ad comedendū:ſed ſolū ad tāgendū:q: hoc ſufficiebat ad trāſgreſſionē p̄cepti:ſz non fuit ſic:q: diabolus conatus eſt mulierē deducere ad comedendū: ⁊ ita fecit:ergo nō ſufficiebat ſi ad tangendū deduceret: ⁊ tñ ſufficeret ſi hoc eſſet vetitū. ¶ Quinto q: deus q̄n arguit adaz de tranſgreſſione non dixit quicq̄:de tactu:ſz de ſola manducatione ſ.quis indicauit tibi q̄ nudus eſſes niſi q̄ ex ligno de quo p̄ceperam tibi ne comederes comediſti. Si aūt vtrūq̄ vetituz eſſet vtrūq̄ exp̄reſſiſſet deus ad aggrauandā redargutionez. Sed nō fecit ergo non erat vetitū niſi manducare. ¶ Cum āt rōnem dicunt.ſ.q̄ p̄ceptum fuit non tangere ad elongādum a manducatione. Dōm q̄ nō ſtat p̄ q: q̄n fuit aliqua ꝓhibitio elongatiua ab actu ſunt ibi duo quoꝝ vnum eſt de ſe malum alterum vero ſolum:q: vetatur:ſicut cum vetare alicui cohabitare mulieribus vt non fornicetur cohabitare quidem non eſt de ſe malum:fornicari autem eſt malum de ſe:iō ad elongandū a fornicatiōe que eſt de ſe mala vetatur cohabitatio que non eſt de ſe mala que non vetaretur niſi timeretur inde fornicatio:vnde feminarum ad inuicem non vetat cohabitatio:q: non timetur inde fornicatio:ſed hic non erat ſic:nam neutrum erat de ſe malum:ſed ſolum inquantuz vetitum:ideo non prohiberetur vnum vt elongatiuū ab alio: q: non erat hic tollere occaſionez:ſed potius aggrauare p̄ceptum: ⁊ duplicare peccatū. ¶ Secundo q: q̄n aliquid vetatur vt elongemur ab alio vnum eſt minus deſiderabile: ⁊ facilius caueri q̄z alterum:ſicut p̄cipitur non reſpicere mulieres ne exardeſcamus in eaꝝ concupiſcentiam non videre aut non aſpicere mulieres facile eſt:non exardeſcere autē in eas cum illas ſemel viderimus eſt difficile ideo vetatur aſpicere eas vt non exardeſcamus in illas:ſed hic non erat ſic:q: in primis parentibus neutrum erat facile aut difficile magiſ q: ad neutrum mouebat concupiſcētia aliqua cum in eis nō eſſent alique concupiſcētie aut paſſiones inſurgentes p̄ rōnem ante pctm:ideo non erat conueniens vetari vnum p̄ ꝓter alterum:ſicut in nobis in quibus eſt concupiſcentia fortis ad quedam ad alia vero non: ⁊ ideo vt non incidamus ⁊ ea que nimis concupiſcimus vetantur quedaz que facile eſt nobis fugere per que cauemus ea ad que magis iclinamur. ¶ Cum autem obq̄ciebat q̄ ita p̄cepiſſet deus:q: mulier dixit p̄cepit nobis deus ne tangeremꝰ illud. Dici poſſet q̄ mulier iſtud addidit a ſe ipſa.ſ.id quod deus mandauerat: ⁊ non eſt credibile q̄ ſic fecerit. Primo q: quedā alia ſic mutauit de eis que deus dixerat:nam deus dixit de ligno aūt ſcie boni: ⁊ mali ne comedas quacūq̄z.n.die comederis morte morieris vbi deus ſub certitudine ꝓtulit mortis seniaz: ⁊ non ſolum dixit q̄ moreref:ſed etiam ad magis certificandū addidit tps.ſ.q̄ eodem die cum ait quacunq̄ die comederis morte morieris:mulier tñ iſtud q̄ deus ſub certiſſima aſſertione protulit vertit in dubium dicens p̄cepit nobis ne tangeremus illud ne forte moriamur:ita ergo poterat a ſe ipſa: q̄cunq̄z aliud mutando vel addendo. ¶ Secundo q: aliq̄ cauſa motiua erat in muliere ad hoc addendū.ſ.q: diſplicebat ei aut diſplicere incipiebat p̄ceptum:nolebat.n.ſubiacere iugo p̄cepti: ⁊ id q̄ nobis diſplicet ſolemus durius proferre q̄z ipſum ſit:vt magis diſplicibile videatur: ⁊ non erat nunc de mulier ſicut ante temptationem:nā ibi non diſplicebat ei p̄ceptum: ⁊ ſic nihil diceret quod ei p̄ceptum non erat nunc vero cum mouere temptatore diſplicebat ei p̄ceptuz: ⁊ contriſtata de illo adderet aut addere poſſet aliq̄d ꝫ illud. ¶ Aliomodo quidaz dicunt q̄ mulier nihil addidit i p̄cepto:ſed hoc q̄ putauit p̄ceptū ſibi eſſe dixit poterat eſſe hoc modo.ſ.q̄ p̄ceptum de non comedendo datum eſſet ade p ſe ante formationez mulieris: ⁊ illa formata diceret ei q̄ hoc iuberet vxori ſue:ille vero diceret ei q̄ non comederet de ligno illo neq̄ tangeret in quo non mentiret adam:q: non diceret totū ex parte dei:ſed ipſe iuberet hoc mulieri tāq̄ maior: ⁊ rector ipſa vero putans omne q̄ vir ſibi dixerat ꝓeeſſe a deo diceret q̄ deus p̄ceperat ne comederēt neq̄ tangerent:q: ita videbat obſeruare adam viruz ſuū:q: neq̄ tangebat neq̄ comedebat de ligno illo:ſed primo dicta veriſimiliora ſunt. ¶ Queretur quare dixit mulier ne forte moriamur:nā deus non dixit ſic imo dixit q̄cunq̄z die comederis morte morieriſ. ¶ Aliqui dicunt q̄ non dixit dubitando an ita futurum eſſet:ſed poſuit forte ꝓ temperamento locutionis:ſicut ſapientes interdū in eis in quibus nulla dubitatio eſt ponunt forte. ¶ Sed dicendum q̄ non dicitur conuenienter. Primo q: omnes arguunt de hoc mulierez q̄ dubitauerit vbi deus affirmatiue poſuit:ſic dicit auguſt. ſuper geñ.ad litteram: ⁊ magiſter lib.ij.di.xxj.ſ.Attende ordinem. ⁊ progreſſum humane pditionis. Primo deus dixerat quacunq̄z die comederitis ex eo morte moriemini deinde mulier dixit ne forte moriamur nouiſſime ſerpēs dixit nequaq̄ moriemini deus affirmauit mulier quaſi ambigendo illud dixit diabolus negauit que igitur dubitauit ab affirmante receſſit ⁊ neganti approximauit. ¶ Secundo q: non eſt rōnabiliter dictū q̄ mulier diceret ne forte tāq̄ vtens tēperamēto locutiōis q: iſtud poſſet eſſe ſi mulier a ſe ipſa loq̄ret: ⁊ tñ loq̄batur ea q̄ deus dixerat: ⁊ ꝫ ponēdo minuebat certitudinez dicti:ideo inconueniēter ageret nā quantūcunq̄z ponat vt tēperamentū locutionis ſemp facit dubitationē: ⁊ ideo a ſapiētibus nō ponit niſi i locis vbi pōt eſſe aliq̄ dubitatio quātumlibet pua:ſz poni dubitationē quātūcunq̄z in eo q̄ deus dixerat inconueniēs:iō neq̄ ſic feia excuſat. ¶ Solet q̄ dici q̄ iſtud p̄ceptū incepat iaz diſplicere mulieri q̄n tēptabat: ⁊ iō iā loq̄bat de eo ſic de re diſplicēti: ⁊ ita fecit ſibi duo primū addidit aliq̄d de q̄uitate. Scōo abſtulit certitudinē. Primuz fuit inquātū dixit p̄cepit nobis de⁹ ne comederem⁹ neq̄ tangeremus illud de⁹ āt nō vetuerat tactū apponendo āt iſtud ſignabat res difficilior. Scōm fuit q: dixit ne forte moriamini de⁹ āt dixerat moriemini ambo āt ꝓderāt ad excuciēdum p̄ceptū:nā quāto p̄ceptū grauiꝰ eſſet tāto eēt magis irrationale: ⁊ iō facilius poſſet reici ablatio quoq̄ certitudinis ad ꝫ ꝓderat:nā p̄ceptū cuſtodiret timore pene:erat aūt pēa moriſ quātū āt tolleret de certitudie pene tantū tollebat de timore peccādi: ⁊ ſic ambo ſil' inducebāt ad nō cuſtodiendū p̄ceptū q̄ ⁊ mulier fecit. ¶ Sequit q̄ dixit ſerpēs ad mlierē nequaq̄ moriemini q̄ de diabolo intelligendū eſt ſerpēs q̄dē nō loquebatur q: neq̄ poterat:ſed diabolus p ſerpentez. Sz aliqs q̄ret quō diabolus auſus eſt hoc dicere cū ſciret falſuz eē. ¶ Dicendum q̄ hoc dixit diabolus primo:q: ita conueniebat ei dicere

g rō.

A Qō.478. An deꝰ p̄cepit euene tangeret lignū illud.

B Determiatio. p̄ā rō. 2 rō. 3 rō 4 rō 5 rō

Qō. 479. Solutio rationis. c p̄ā rō 2 rō

R° ad obiectionem. p̄ rō 2 rō

A qō.480 cur eua dixerit ne forte moriamur. Attende ordinē humāe perditionis. p̄ rō 2 rō

B determinatio.

qō.481 quō dubiū ſus ē cere ſum.

bat ei dicere: si. n. non diceret ita nō temptaret neq; posset deducere mulierem ad consensum: nam mulier formidaret peꝑ nō
nam a deo impositam nisi ꝟrium audiret: vt ergo nō timeret dixit ei diabolus q̄ non morerenī: ꝛ hoc credidit feia: nam si non credidisset non comederet. ¶ Scō q̄ diabolus intēdebat dicere q̄ potius comedēdo habituri essent magna bona. i. q̄ essent sicut dñ̄: ꝛ tñ si ex comestiōe malū aliquod euēturum esset non posset effici sicut dñ̄ neq; esset hoc credibile ideo negauit malū vt posset astruere bonū: nam bonum non pōt conferre qñ malum non pōt euitare cum euitatio mali sit gradus boni. ¶ Cum aūt queritur quō diabolus ausus est hoc dicere cū esset falsum: ꝛ esset ꝟ dei affirmationem dicendum q̄ nihil fuit ꝑp quod diabolus non auderet istud dicere: q̄ si non auderet aut hoc esset q̄: erat ꝟ dei dictum: aut q̄ erat falsum aut q̄ non crederet ei: ꝛ tñ nihil horum ei obstabat. ¶ Non ꝑmū q̄ diabolus nō timet dicere ꝟ ea que deus dicit: ꝛ conari ad ꝙuertendū ea que deus facit: ꝛ appet hic: nam deus iusserat hoibus vt non comederent de ligno: scie boni: ꝛ mali. Diabolus aūt ꝟrium volebat ꝛ ꝟrium suadebat vt fieret ꝟ id quod deus volebat: si ergo nō timebat facere ꝟ id quod deus faciebat: ꝛ fieri volebat multo minus timeret dicere ꝟ ea que deus dicebat: vnde ꝑp hoc via eius dī ꝟria vie dei. ſ. q̄: ea que ipse suadet sunt deo ꝟria sicut angelus dixit ad balaā numeri. xxiij. c. peruersa est via tua mihiq; ꝟria: ꝛ hec est via quam suadebat diabol⁹ ipsi balaā. ¶ Causa aūt quare diabolus ista faciebat: ꝛ nō timebat ea facere ē ꝑmo q̄: ex inuidia cupit facere ista mala que facit: ꝛ videt sibi vt bonū: ꝛ delectabile sic facere: ꝛ ideo sequet perturbatam mentē suam sicut nos sequimur appetitū passionalem. ¶ Scō q̄: non vult euitare malum vt cōplaceat deo q̄: nō est in charitate eius: sed decidit a charitate: iō nihil fugiet facere quasi sit ꝟ deum cum non habeat motiuū aliqō ad volēdum deo placere. ¶ Tertio q̄: nō timet facere qcqd potuerit: scit. n. nullam iam sibi ex hoc futuram penam: nam damnatis non pōt aduenire maior damnatio quicqd faciant aut vellint. Unde sicut non est in eis pctm̄ facere qcqd fecerint postq; totaliter: ꝛ ipermutabiliter auersi sunt a deo: ita non est eis pena aliq; ꝓ eo quod fecerint postq; semel damnati sunt: ideo diabolus non timet aliqd dicere aut facere ꝟ deus qō tñ nos timemus: ꝛ cauemus: nā q̄: non sumus totaliter a deo auersi habemus interdū charitatem ſm quā cupimus deo placere: ꝛ non offendere ipsum: ꝛ q̄: non sumus adhuc dānati possunt nobis aduenire pene q̄s non habemus: ꝛ timentes eas cauemus offendere deū in quibusdam. ¶ Scō3 erat q̄: diabolus non timuit hoc dicere q̄: falsum erat: nam postq; diabolus a deo q̄ est ipsa veritas se auertit incidit in mendatium: ꝛ factus est mendax: ꝛ mendacij pr̄: ꝛ non solum mentit: sed ēt est sibi iam nāle: ꝛ ꝑprium ſm hunc statū mentiri: ꝛ qñ mentitur facit ſm ꝑprietatem suam: ꝛ si qñ verum loquit facit ꝟ suam (vt ita dicamus) nālem conditionē: ꝛ ꝑprietatem ꝑ hoc statu vnde ꝓmū mendatiū inuentum est in eo: ꝛ ꝑp hoc ipse est cā oīum mendatiorū: qñ ꝛ est ꝑ se mēdax. i. ex ꝑprietate ei cōpetens. ¶ Hec oīa tāgit xp̄s ioan. viij. c. cū dicit vos ex patre diabolo estis: ꝛ desideria p̄is vr̄i vultis facere ille homicida erat ab initio: ꝛ in veritate nō stetit: q̄: veritas in eo non est: cum loquit mēdatū ex ꝑprio loquit q̄: mēdax est: ꝛ p̄r eius: dixit. n. diabolū homicidā ab initio. ſ. q̄ ipse fuit ꝓim⁹ homicida: nā cayn fuit homicida frīs sui abel: ꝛ tñ diabolus fuit ꝓius homicida occidendo adaz: ꝛ euā: ipse. n. occidit eos quia ad mortē taz tēporalem q̄ eternā eos obligauit cū ad neutrū ꝓius essent obligati. Et non est mirādū q̄ diabolus falsum dicat: imo mirandū est q̄ aliqñ verū dicat: nā sicut xp̄s dixit mat. vij. c. non pōt arbor: mala bonos fructus facere neq; ex spinis colligunt uuas neq; ex tribulis ficus: ꝛ aristo. lib. ij. ethi. dicit q̄ qualis vnusq;q; est talia loquit: ꝛ opatur qō ꝛ xp̄s i maiori auctoritate dixit mat. xij. c. bonus hō ex bono thesauro ꝓfert bona: ꝛ malus hō ex malo thesauro ꝓfert mala: ꝛ tñ diabolus est i quo nulla veritas est ergo diabolus nō pōt loq veritatē nisi q̄si ꝟ nāz ꝛ hoc est q̄ xp̄s dixit ioannis. viij. c. in veritate non stetit q̄: veritas in eo nō est. Et q̄: interdū diabolus loquit aliq̄ vera ꝛ mirarēt quis quō poterat loq verū is in quo nulla veritas erat dixit xp̄s q̄ qñ loquit mendatiū loquit ſm nām aut cōditionē suam: qñ aūt loquit veritatē loquit q̄si ꝟ nām: q̄: tñ illam veritatē ordinat ad aliquod mendaciū. ſ. vt per illam habeat fallendi locū totum qō dicit est mendatiū: ꝛ ideo xp̄s dixit cum loquit mendaciū ex ꝑp̄ijs loquit. i. ex ꝑpria conditione: ꝛ de thesauro suo malo: q̄: intra se non hz mendatium cū a veritate recesserit: ꝛ veritas in eo nō sit: nō. n. potuit i eo manere id a quo ipse recesserat: ꝛ ita non est q̄rendū quō diabolus loquit falsuz imo est querendū quō aliqñ loquit verū. ¶ Tertiū erat q̄ poterat timere ne ei crederet: ꝛ iō non diceret mendatiū: ꝛ de hoc dicendū q̄ diabolus est astutus: ꝛ cauet ea ꝑ que obuiat intentioni sue. Intendit aūt nocere nobis huic aūt intentioni obuiaret si semꝑ mentiret: q̄: interdū essent mendacia mānifesta: ꝛ hoc videntes nō assentirēt ei deceptos se sentientes: ideo tunc diabolus mētit qñ mendaciū eius occultari pōt: qñ aūt est manifestū nō mentit: esse aūt mēdaciū occultū nō querit diabol⁹. i. q̄ tale sit qō semꝑ sit occultum q̄ sit mēdaciū: sed satis est ei q̄ sit ocultū ꝓ tūc qñ dz quousq; ducat hoiem in consensum mali: nā ēt si postea falsitas manifestet non curat q̄: iā habuit qō intendebat. Etiam diabolus nō facit q̄ mendaciū suū sit taz occultū q̄ nullus audiens illud putaret esse mēdaciū: ſz solū q̄ tam occultū sit q̄ is cui ꝑponit non putet esse mēdaciū: ſz possit suscipe ꝓ vero: nā quedā ꝑponit qbusdā simplicioribus q̄ illi ꝑ veris accipiunt q̄ si ꝑponerent statim ea tanq; falsa respuerent: sicut fuit in eo qō ꝓpositū est mulieri: nā si ꝓpositū esset viro non credidisset ille sicut mulier credidit de q̄. j. dicek. ¶ Nūc aūt dom q̄ nō timuit diabolus mulieri ꝑponere hoc falsum ꝑ q̄: poterat occultari: nā ꝛ si nō posset occultari semꝑ poterat ad tp̄s ita putari: ꝛ si nō posset cuicunq; hoc suaderi posset alicui. i. mlieri: ꝛ q̄: diabolus credidit illud tūc esset occultum non dubitauit ꝑponere ls esset falsum. ¶ 2° ꝛ ꝓcipue q̄: diabolus sumpsit audaciā ex dispositione mulieris tantā n. illius cōspexit leuitatē q̄ non solū hoc mendaciū poterat ei suadere: ſz ꝛ quodcunq; alterū: ꝛ istud erat: q̄: ipsa ꝓtulerat multā occasionē ad hoc: ꝛ q̄si sine tēptatore: ꝛ tēptatio ne ipsa se ipsam decipiebat: nā incepit mutare verba dei: ꝛ iō diabolus sumpta audacia ꝓposuit ei hoc mendaciū tanq; ei credibile. ¶ Sed obꝟciet quō putauit diabolus q̄ mlier crederet ei asserenti ꝟ id qō deus dixerat: ꝛ ipsa sciebat a deo dictū esse naz cum deus maioris auctoritatis esset q̄; serpens pocius deo credere debēt. ¶ Dom q̄ diabol⁹ putauit q̄ mlier potius crederet ei q̄; deo: neq; eū ꝑpria decepit opinio: q̄: ita factū est: ꝛ accepit istā cōfidentiaz ex leuitate mulieris: ꝛ ꝙuitate iudicij̄. Taz pui. n. iudicij̄ fuit q̄ potuit credere q̄ hō efficeret deus aut q̄si deus errando circa nām: ꝛ excellentiā dei errare: q̄ posset circa veritatē dei: ꝛ auctoritatē eius. ſ. cui potius fides adhibenda esset deo vel serpēti. ¶ 2° fuit q̄: mulier ipsa se ꝓbebat talē vt qcqd diceret ꝟ deū vt tangebat ꝓceptum istud crederet: nā inceperat ei displicere ꝓceptū ex quo diabolus ad eā incepit loqui: ꝛ ipsa de ꝓcepto aliqd tā q̄; de displicenti mutauit: nā addidit grauitatē cū dixit precepit nobis deus ne comederemus neq; tangeremus illud abstulit ēt certitudinē: q̄: deus dixerat quacūq; die comederis morte morieris: mlier āt dixit ne forte moriamur ponēdo dubitationē an morerenī ēt si comederet ea āt que sine tēptatore de mādati diuini veritate dubitauit potuit asserente tēptatore credere falsum esse qō deus dixerat. Et ita diabolus constanter ꝑposuit mulieri nō futurum esse qō deus futurū dixerat cum ait nequaq; moriemini: putauit aūt q̄ mulier poset credere: ꝛ de facto illa credidit. ¶ Adiunxit serpēs scit. n. deus q̄ in quocunq; die comederitis ex eo apienī oculi vr̄i: ꝛ eritis sicut dñ̄ scientes bonū: ꝛ malū de quo q̄re illud dixit dubitak. ¶ Dom q̄ fuit ꝓmo ad ꝑponendū id qō mulierē traheret ad comedendū de ligno vetito: nā nō sufficiebat ad hoc q̄ mulier comedere vellet de ligno credere non esse veram penā quā deus in ꝓcepto posuerat: q̄: ēt si nulla ꝓhibitio fuerat posita de ligno forte mulier nō gustaret de eo q̄: non mouebat eam necessitas neq; cōcupia ad gustandum. Non. n. erat necitas: q̄: multa alia ligna erāt de qbus posset cōedere. Nō cōcupia q̄: nulla passio isurgebat i ꝓmiis pentibus ante pctm̄ ꝟ iperiū rōnis: ꝛ forte erāt alia ligna pl̄chri ora de qb⁹ magis moueret mlier ad māducādū: ideo ad hō q̄ māducare vellz optebat ꝑponi aliqd motiuū ei⁹. Istō. n. fuit q̄ efficeret sic de⁹ qō erat valde ꝛcupiscibile: ideo debuit ꝑponere hoc serpens. ¶ 2° fuit ad excusationē ꝓcedētiū: nā dixerat diabolus nequaq; moriemini: deus aūt dixerat morie mini poterat aūt dicere mulier qō erat: ergo deus dicere vel

let hoc

ꝑ. rō

2 rō

Ad tertiū.

ꝑ. rō

2 rō

Dem̄iatio. ꝑ. rō

2 rō

Q5. 483. b

ꝑ. rō

2 rō

Q5. 484. Cur diabolus dixit eritis sicut dñ̄ ꝛc.

ꝑ. rō

let hoc ſi non erat verum ⁊ ad qd diceret rñdet per hoc diabolus q̄ fuit conueniens iſtud deo dicere: q; ſi nō diceret efficeretur homo ſicut deus vel equalis ei comedendo de iſto ligno: ⁊ q; deus nolebat hoiem effici ſibi equalē vetuit ſibi lignum p̄ cuius comeſtionē efficeret ſibi equalis: ⁊ hoc videbatur aliqua cā ad hoc q̄ mulier crederet q̄ deus dixerat q̄ comedentes morerent: ſz non eſſet verū. Sciendū aūt q̄ diabolus dixit duo falſa mulieri de deo p̄mū fecit deum mendacem ſcōo fecit eum inuidum. De p̄ p̄mo q; dixit nequaq̄ morieminī. Deus aūt dixerat quacunq̄ hora comederis morte morieris. De ſcōo p̄mo q; diabolus dedit cām q̄ de⁹ vetuiſſet hoi lignum illud non quaſi moreret ſi comederet: ſz quaſi hoc diceret ei vt non comederet timendo mortē: motiuū aūt dei ad hoc q̄ nō comederet hō erat: vt diabolus dixit ad hoc q̄ nō efficeret hō ſicut deus: ſz hoc erat inuidere. i. q̄ deus nō vellet q̄ hō haberet tantam p̄fectionē quantam habere poſſet. Sed vtrunq̄ eſt falſum. Deus. n. veritas eſt cū ipſe dixit ego ſum via veritas: ⁊ vita: ſz veritas nō p̄t mētiri: q; eſt p̄ nāz tunc. n. arbor bona faceret malos fructus: ⁊ de theſauro bono p̄dirent mala qō eſt p̄ xp̄i ſeniam mathe. vij. ⁊. xij. ēt q; deus ſe ipſum negare non p̄t. ij. thimo ij. c. ⁊ tñ ſi deus mentiretur negaret ſe ipſum: q; cū ipſe veritas ſit ageret p̄ nām ſuam qō eſt negare ſe: iō non poterat deus mentiri. i. dicere falſum ex intentione. Similiter non p̄t deus falſum dicere q̄ſi neſciendo veritatē: q; deus oīa nouit: ⁊ non p̄t decipi circa aliquid. ¶ Scōm etiaz non poterat deo conuenire. ſ. inuidiſe hoi perfectionem: nam bonitas opponit inuidie: iō vbi eſt ſūma bonitas non p̄t eſſe aliquid inuidie ſic. n. dicit boetius li. ij. de cōſola. metro. ix. ſ. o qui ꝑpetua cū ait verū inſita ſummi forma boni liuore carens: ⁊ Pla. in thimeo dixit omnē inuidiaz a deo relegatā. ¶ Et adhuc appet iſtō magis ex ſenia ariſto. lib. p̄ me. ij. c. vbi loquēdo de ſapia que eſt dei poſſeſſio allegat ſimonidem poetā dicentē q̄ deus inuidit hoi hūc honorem: ⁊ ita voluit ne ei cōtingeret: ariſto. aūt ibidē eum arguit dicens q̄ ſequeret tunc deos eſſe miſeros: ⁊ ſupfluos: nam oīs inuidia hz triſtitiam de alieno bono: oīs ḡ inuidus eſt triſtis: triſtitia aūt eſt malū: iō non p̄t eſſe i deo q eſt ſummē bonus ēt addit ibi aliud dicens: ſed neq̄ diuinū eſſe inuidum cōuenit: ad dictū aūt ſimonidis rñdet q̄ falſum eſt allegans ꝑuerbiū. ſ. q̄ fm p̄uerbiū multa mentiuntur poete. ¶ Quereſ qūo diabolus auſus eſt dicere iſta duo cū eſſent falſa. ſ. q̄ non morerenſ comedentes: ⁊ q̄ aperirentur oculi eorum efficerenturq̄ ſicut dij. Aliqs dicet q̄ potuit illa dicere: q; non erant falſa. De p̄ p̄mo q; licet comederint adam: ⁊ eua non mortui ſunt: ſicut dicebaſ in mandato eodē die: ſed vixerunt poſtea pluſq̄ nōgentis annis. ē. v. c. De ſecundo p̄mo q; verū eſt q; apti fuerunt oculi eoꝝ: dixerat. n. diabolus quacūq̄ die comederitis apienſ oculi vr̄i: ⁊ ita factuz referſ. ē. ij. c. q̄ cum comediſſent apti ſunt oculi amboꝝ. ¶ Dōm q̄ iſta non ſtant hic: ſed ambo falſa ſunt de p̄ p̄mo q; ſicut deus dixit q̄ morerenſ comedentes ita factū eſt: nam ſi nō comediſſent nunq̄ morenſ: q; comederunt mortui ſunt: ⁊ eodē die audierunt ſententiā mortis. ē. ij. c. in ſudore tuo veſceris pane tuo donec reuertaris in terrā de qua ſumptus es. Cum aūt obj̄cit q̄ non mortuus eſt die ipſo dōm q̄ nō obſtat: q; verba ſumenda ſunt in ſenſu in quo deus illa accepit deus autē intellexit in quacunq̄ die comederis morte morieris. i. in ipſa die incurres neceſſitatē moriendi: nā ante poterat hō mori: ⁊ poterat nō mori: ſz non erat ei neceſſitas moriendi ſtatiz aūt vt comedit fuit obligatus ad mortē vnde non ſolū in ipſa die: ſz etiam in ipſo momento vnde ēt ſi poſtea non denunciareſ incurriſſe mortē nihilominus incurriſſet: ⁊ moreret. Quod vero obj̄ciebaſ p̄o ſcōo falſum eſt: nā non aperti fuerunt oculi ade: ⁊ eue ſicut diabolus dixit: q; ipſe intellexit de aptione ad intelligendū res altiſſimas ꝑfundiſſima intellectione ſicut deuſ intelligit: vnde non ſolum dixit apienſ oculi vr̄i: ſed addidit eritis ſicut dij ſcientes bōum: ⁊ malū: aptio aūt oculoꝝ ade: ⁊ eue poſt comeſtionē ligni non fuit ad itelligendū ſicut deuſ vel ad hoc q̄ eſſent ſicut dij: ſed ad hoc q̄ viderent ſe nudos: ⁊ certum eſt q̄ diabolus nō intelligebat de iſta: q; iſta erat valde penalis vnde cū fuerunt aperti oculi eoꝝ abſconderunt ſe: diabolus aūt loquebaſ mulieri de quodam magno bono venturo mulieri comedendo qō ſignificauit per apertionē oculoꝝ: ideo falſum dixit q; nō fuerunt apti eo modo quo ille dixit. Dōz ergo q̄ diabolus in vtroq̄ mē-

titus eſt. ¶ Cum vero petitur qūo potuit iſta dicere cum eſſent falſa. Dōz q̄ aut querit ad qd voluit talia dicere an qūo non erubuit vel timuit dicere quod falſum erat. ¶ Si p̄imo modo dicaſ q̄ diabolo fuit conueniens vtrunq̄ dicere: dōm q; alias non ꝓcederet tēptatio ſicut ſup̄ oſtendimus cauſas horum. Si dicaſ ſcōo modo rñdendum q̄ diabolus non erubeſcit neq̄ timet dicere mēdatiū qō eſt ſibi quaſi nāle vt oſtēdimus niſi ſolum qñ repugnat intentioni ſue: ⁊ iſtud nō eſt niſi qñ mendatiuz eſt manifeſtū ei cui ꝓponit: q; tunc impeditur in temptatione: iō talia mendatia non p̄oponit. Alia vero mēdatia que p̄nt haberi vt veritates vel vt quedam credibilia tunc qñ p̄oponuntur non recuſat diabolus ꝓponere talia fuerunt iſta: q; erāt mulieri credibilia: ideo diabolus voluit illa p̄oponere. ¶ Quereſ quomodo mulier credidit ſd qō ei diabolus dixit cum hic eſſent mendatia potiſſime cū ex eis ſequerenſ duo inconuenientia magna p̄ deum. ſ. eſſe eum mendacem: ⁊ eſſe eum inuidum vt oſtendimus hic autem nullo modo erant credibilia a quocunq̄ ꝓponerentur ſi autem in eis que diabolus diceret non eſſet aliquid p̄ deuz poterat aliqualiter illud mulier credere. Aliquis dicet q̄ potuit mulier hoc credere q; potuit intelligere q̄ in his nihil fieret p̄ deum. De p̄imo q̄ non ſequereſ deum mentitum ēt ſi non ſequeretur moꝛs comedentium: vt ſi non dicerenſ iſta fm certam dei ſententiam: ſed fm cōminationem: q; ſic aliqua deus dicit ſe facturum: ⁊ non facit illa hiere. xviij. c. Decundo dicunt q̄ potuit mulier intelligere q̄ deus hoc vellet vt non haberent homines maiorem perfectionem q̄ eis habere conueniebat. ¶ Sed dicendum q̄ iſta ſunt friuola p̄imum patet q; non poterat accipi niſi q̄ deus mentiretur aut ſaltem falſuz diceret: ſi enim dixerat deus q̄ morerentur comedentes: ⁊ non morerentur non poterat eſſe niſi: q; aut deus non ſciuit veritatem euentus putando q̄ morerentur: ⁊ non ſecuta eſt moꝛs: ⁊ tunc falleretur deus: ⁊ non mentiretur aut ſciebat q̄ non morerentur: ⁊ tñ dixit q̄ morerenſ: ⁊ tunc non mentiretur ſed non decipiebatur. Diabolus autem voluit aſſerere q̄ deus mentiretur quaſi diceret p̄rium eius qō ſciret cuz aīt ſcit. n. deuſ q̄ in quacunq̄ die comederitis ex eo apienſ oculi vr̄i: ⁊ ita ſciebat de⁹ teſte illo p̄rio ei⁹: qō dicebat: ⁊ ß erat mētiri. Cū āt obj̄cit q̄ potuit credi dictū p̄ cōminationē nō ſtat: nā qñ dicunt v̄ba dei p̄ cōminationez ſemp ſequit malū a deo cōminatū niſi illi qbus deus cōminatur auerterint ſe a via ſua mala ꝓ q̄ deus illis mala cōminabaſ. Jere. xviij. c. ſz hic non fuit auerſa eua a malo imo p⁹ iſta v̄ba peccauit: ḡ fm certitudinē ſeq̄ dēbat pena: ⁊ nō poterat accipi fm cōminationē. ¶ 2° q; cōmiatio vel p̄miſſio hñt locū qñ ꝓferunt ſimpl'r. i. p̄nunciaſ alicui malū futurū aut p̄dicit bonū vetitū: q; alia putanſ ſic abſolute ventura ab eis q audiunt v̄ba illa: ⁊ tñ intelligit tacita cōditio. ſ. ſi illa gens cui deus malū cōminaſ incurret certiſſime i illud maluz niſi penitentiā egerit de pctō ꝓ quo deus malū illud cōminaſ: ſz pctm̄ illud nō exp̄imaſ in cōminatōe: ⁊ illa gens cui de⁹ bonum ꝓmittit: ⁊ p̄nunciat certiſſime hēbit bonū illud qō p̄nunciatū eſt niſi auerterit ſe a via bona in q̄ eſt qñ iſta ei promiſerunt. Jſta patent. Jhere. xviij. c. Secus āt eſt qñ malū ponit in p̄cepto: q; ponit vt pena trāſgrediētis: ⁊ tunc certū eſt q̄ euenit malū qō p̄nūciaſ: ⁊ ita fuit hic: ⁊ iō nō potat intelligi ß dictū p̄ cōminationē. ¶ Dōm ḡ q̄ nullā excuſationez iſta hñt: ſz vez eſt q̄ mulier credidit dictis diaboli: ⁊ diſcredit deo: ⁊ credēdo diabolo credidit mlta mala de deo. Prius n. q̄ tēptareſ mulier credebat dictis dei. ſ. q̄ moreret ſi manducaret de ligno: iō nō māducabat cū cepit tēptari cepit dubitare de vitate mādati qō ſibi diſplicebat dicēs ne forte moriamur: diabolus āt videſ iſtā mobilitatē mulieris cōſtanter aſſeruit q̄ nō morerenſ comedētes: ß āt ſtati credidit mulier q; cōſiderabat ita eſſe. ¶ Sciēdū āt q̄ mlier mota fuit ad credēdū q̄ comedēdo nō moreret: ⁊ ß p̄ q; mulier a principio: credebat q̄ de⁹ vetuerat eis cōedere de ligno iſto q̄ ēt illō malū: ⁊ mōtifez: ⁊ volēs bonū illoꝝ oſtēderat eis id qō motiferū erat vt ab eo caueret. Hoc ſuppoſito potuit credē q̄ nō moreret cōedēdo. Primo q; aſpexit mulier lignuz ⁊ vidit q̄ aſpectus eius non oſtendebat aliquid mali. Sic dicitur ſup̄ ij. c. vidit mulier q̄ bonum eſſet lignum ad veſcendū: ⁊ pulchrū oculis aſpectuq̄ delectabile tulit: ⁊ cōedit. i. audiuit a ſo q̄ moreret ſi comedēt audiuit a demone q̄ non moreret dubitās inter vtrunq̄ dictū aſpexit ad arboꝛē: ⁊ ex iudicio oculoꝝ credidit

Dō! Qō. 485. Attēdē dictū diaboli feciſſe deuz mēdacez ⁊ inuidum.

Confutatō p̄mi dicti diaboli

Cōfutatō 2

Attēde fm ꝓuerbium multe poetas mentiri

Cur diabolus dixit q̄ nō morerenſ comedētes' ⁊ apirētur oculi eoꝝ quū falſum eſſet.

R° tacita.

Confutatō amboꝝ.

Confutatō

lor credidit esse veriorē sententiā serpētis. ¶ 2° credidit hoc mulier q: aliq̄ cā mouebat. s. quasi dixisset hoc deus vt nō eq̄ retur hō sibi: ⁊ q̄ in hoc hūisset cām ad mentiendū credidit n. q̄ deus inuideret hoibus: ⁊ ita cauendo adequationē secerit istud. ¶ Tertio q: mulier erat prona ad excutiendum iugum precepti: cum ēt ante verba mendacij in diabolo illa mutauerit duo de precepto. s. apposuit grauitatē ⁊ abstulit certitudinē vt. s. ostendimus ea vero ad que proni sumus faciliter credimus: ⁊ cū diabolus dicendo nequaq̄ moriemini faueret mulieri ipsa statim credidit. ¶ Quod vero diceba tur in excusatione mulierū circa aliud de inuidia dei magis friuolū est. Sed dōm q̄ mulier certe credidit verba diaboli: ⁊ discredidit deo: ⁊ motiuū ad hoc fuit ignorātia nature dei non. n. talez deū esse credidit aut putauit q̄lis ipse est: ⁊ ideo ipsa seducta est: multa āt inconuenientia credidit primū erat q̄ deus mentiret. s. ex intentione falsum. diceret qō est p̄ nāz dei: ⁊ ipse sit veritas: ⁊ veritatis nā: ⁊ ideo neq̄ se ipsum negare pōt qō faceret si posset mentiri: iō apostolus iussit nōs de deo confidendo: q: se ipsum non pōt negare: sed fidelis p̄manet. ij. thimo. ij. c. ¶ Scōm q: credidit deuz inuidere hoi. istud. n. fuit principiū ex quo mota fuit mulier ad credenduz verum esse verbū diaboli ⁊ q̄ deus mentiret. s. q̄si deus nollet q̄ hō hret equalitatē dei quā tñ haberet si de illo ligno comederet: vt ergo euitaret hoc deus iussisset hoi non comedere de illo ligno: ⁊ vt hō timeret comedere dixisset eum moriturum lz non esset ita: in hoc. n. suasit diabolus hoi duo primum: q: induxit eum ad credendum q̄ non moreretur comedendo lz deus hoc dixisset scōm mouit ad comedendū de ligno sub spe imutationis in deum aut diuinam equalitatez. Sed deuz posse inuidere est impossibile p̄ q: ois inuidus est miser ois deus est felix: ⁊ cū vn⁹ sit deus est felicissimus: naz inuidus tristat de aliena ꝓsperitate tristitia aūt est malū magnum qō penitus repugnat britudini: deus tñ non est miser sed felicissimus: q: vel ipse est felix: vel nullus est felix hanc rationē facit aristo. lib. p̄. metha. c. ij. p̄ simonidem poetā dicētem q̄ deus inidebat hoi: ⁊ dicit aristo. sic deos esse miseros supfluos. i. ad nihil bonos neq̄ vtiles aut punibiles in vniuersitate rez̄ si inuident. Secundo p̄z q: tristat inuidus de aliena ꝓsperitate inquantū ꝑ prosperitatē efficit eo maior: vel sibi equalis: minoribus aūt: ⁊ eis qui neq̄ equantur neq̄ equari pñt non inuidemus: ⁊ tñ si cognoscat veritas diuine nature nihil est eq̄le deo: neq̄ fieri pōt ergo nō pōt deus inuidere alicui: ⁊ hanc quoq̄ rationē tangit ibidē aristo. dicēs sed neq̄ diuinū inuidum esse conuenit. Mulier tñ credidit ⁊ deus poterat inuidere hoi q: non putauit deū esse talē qualis est: sed credidit esse minoris pfectionis cui hō aliqualiter poterat adequari: sicut adequatur homo hoi: ⁊ si aliquid tale deus esset posset quoq̄ mētiri qō ⁊ illa credidit: non. n. cōsiderauit q̄ deus creauerat oia: ⁊ qui potuit creare erat maioris ptātis q̄s vt aliqd ei adeq̄ri pssez. ¶ Tertiū q: credidit q̄ aligs cibus erat quo gustato efficerent hoies sapiētes qō valde erroneus est: nā sapre est fm intellectū ⁊ per speciem ⁊ habitū intellectualē: impossibile est aūt q̄ cibus det spēm intelligibilē aut habitum intellectualez: q: cibus est aliquid māle ⁊ non imutat nisi māliter: ⁊ ad intellectum nō puenit: mulier tñ putauit hoc q: ignorabat vtriusq̄ rei nām. s. spūalium: ⁊ corporaliū: si. n. sciret q̄ sapia est aliquid intellectuale: ⁊ intellectualia: ⁊ spūalia non sunt eiusdez nē neq̄ imiscent sciret q̄ nō poterat effici sapiēs p̄ sūptionē ligni vñ: ⁊ ita potuisset credere sapiaz aliqd corpale aut de nā corporis: ⁊ per lignū posse hri. ¶ Quartū fuit q: putauit q̄ hō posset adequari deo sic diabolus dixerat ei eritis sicut dij: ⁊ pro desiderio tā excellentis boni estimati mota est mulier ad comedendū de ligno: lz errabat q: ea q̄ p se differūt nunq̄ pñt adeq̄ri eo q̄ p se differūt essentialibus dīs q̄ faciūt spēs: ⁊ spēs sūt sicut numeri q nunq̄ inter se adequant q̄ aūt differunt accidētalibus dīs pñt eq̄ri: sicut indiuidua spēi eiusdē sed deus ⁊ hō differūt pluscq̄ spē imo pluscq̄ genere: ergo nō pñt adequari: sed mulier hoc credidit q: nesciebat q̄liter differret deus ⁊ hō. ¶ Quintū erat q: credidit rem incredibilem: ⁊ p̄ totū rationē prudentie. s. q̄ deus mandasset hoi nō comedere de ligno illo ne efficeretur ei equalis: nā si daremus q̄ aliquid tale lignum esset p cuius comestionē posset hō effici deo eq̄lis cum p̄suppoīt q̄ deus sciret lignū illud esse destrueret illud vt non accideret hoiem sibi fieri equalē ⁊ non oporteret q̄ iuberet hoibus non comedere de fructu eius q̄ si nō destrueret aut erat: q: non poterat aut q: nō volebat si q: nō poterat nihil deo miserius: ⁊ impotentius cum non posset lignum destruere quod hō poterat excidere atq̄ exurere: si āt q: non volebat nihil deo insipientius q id vitare nolebat qō sibi valde displicens erat: ergo non erat credibile aliq̄ō tale lignuz esse. ¶ Etiam p̄supponebat in hoc alius error. s. q̄ mulier nesciebat an deus creauerat si. n. deus oia creauerat non crearet tale lignū de quo hō comedēdo efficeret deo eq̄lis cū deo displiceret fieri sibi hominē equalē vt diabolus p̄supponebat: ⁊ mulier credebat: ⁊ ita p̄supponeret mulier res non creatas vel non creatas a deo ſz ab aliquo alio ⁊ ita tunc ille esset maioris ptātis q̄s deus: vel si p̄suppōeret res a deo creatas esset satis pui iudicij cū nō videret q̄ sequebat: nō esse posse tale lignū: esset āt fortassis tanta ignorantia propter nō aduertere aut ꝓpter nescire quō ꝑticulare sit ſb vñ: ⁊ sequat ex eo sic̄ aristo. dicit de eo q dicit oēm mulam esse sterilem: ⁊ tñ putat hanc mulam hre in vtero. i. cōcepisse: ⁊ nō aduertit quō vnū repugnet alteri. ¶ Quereť q̄re diabolus dixit scit aūt deus q̄ in quocūq̄ die comederitis ex eo: ⁊ nō petiť de alio nisi q̄re dz scit. n. deus. ¶ Dōm q̄ fuit q̄uenies exp̄imi p̄ propter precedentia q: deus dixerat quocūq̄ die comederis morte morieris diabolus dixerat nequaq̄ moriemini si āt nihil plus diceret maneret dubiū mulieri cuz esset p̄ria assertio serpētis assertioni dei: vt q̄ fieret credibilior: ⁊ assentiret ei mulier voluit aliqd adere diabolus: ⁊ istud. fuit scit. n. deus cū sequentibus. ¶ 2° fuit ad tollendū argumentum i p̄rium: q: cū deus dixisset q̄ moreremini: ⁊ serpēs q̄ nō miraret mulier quō serpens poterat scire id qō deus nō sciebat dicens scit. n. deus. i. qñ dixit q̄ moreremini qñ comederitis qō tñ non est verū non dixit q̄si non sciret an inde morſ vētura esset sciebat quidē q̄ non eueniret: ſz dixit ꝓpter aliā cām. ¶ 3° ⁊ principaliter ponit istud ad reddendū cām prohibitiōis esus ligni: mulier. n. credebat q̄ lignū a se ipso erat mortiferū: ⁊ ob hoc deus illud vetuisset hoibus tanq̄ saluti eoz consulens. Nunc vero diabolus dixerat q̄ non morerētur: ⁊ hoc mulier credebat: ſz tunc miraret q̄re ergo vetaret lignū illud si non erat mortiferuz. Diabolus āt dedit cām dicens scit. n. deus. i. ipse scit q̄ si de hoc ligno comedetis efficeremini eq̄les ei: ⁊ vt nō accideret istō vetuit vobis lignū. Si āt tale lignū esset: ⁊ deus nō sciret illud hre talē efficatiā nō vetaret ipsuz hoi: ſz q: sciebat qd posset euenire ex illo vetuit illud ei. ¶ Quereť q̄re dixit serpēs in q̄cunq̄ die comederitis ex eo. ¶ Dōm q̄ fuit p̄ ad obuiandū deo dixerat. n. deus. s. ij. In quacunq̄ die comederitis ex eo morte moriemini diabolus āt negaſ mortē dixit e p̄rio nequaq̄ moriemini: ſz in quacunq̄ die comederitis ex eo apienť oculi vīi: ⁊ i ſb diabolus actebat mulierē ad comedendū de ligno: q: quātum de⁹ de malo dixerat in cōestione venturū tñ bonuz diabolus asseruit: ⁊ eisdē gressib⁹. ¶ 2° fuit ad magis mouendū mulierē ad comedendū si. n. diceret diabolus si comederitis ex eo apienť oculi vīi putaret forte mulier q̄ post multū tps eueniret istud: ⁊ ita nō multū incitaret ad illud si āt diceret stati fiet magis mouereť q: pñs bonum magis mouet q̄s absens: iō dixit in quocūq̄ die comederitis. s. stati sequeť istud. ¶ Quereť quō intelligebat qō dixit serpēs apienť oculi vīi. ¶ Alij dicūt q̄ intelligiť vere de opatiōe oculoz corpaliū: ⁊ asserūt q̄ ante hoc nō hēbant adam: ⁊ eua oculos aptos: ⁊ iō ⁊ ita nō videbant cōfirmant āt hoc p̄: q: vt dī. s. ij. c. erāt adā: ⁊ eua nudi: ⁊ nō erubescebant: ⁊ ſb non videť esse ex aliquo alio nisi: q: nō videbant suā nuditatē. ¶ 2° q:. s. ij. c. dī q̄ cū comedissent apti sūt oculi amboz: ⁊ viderūt se nudos: ⁊ ita nō erāt p̄ius oculi apti ipsoz. ¶ Dōz q̄ hoc nō est verū p̄ q: certū est q̄ adā ante ſb videbat: nā. s. ij. c. adducta sūt oia aialia a deo corā ipso: ⁊ ipse iposuit eis noīa: ⁊ tñ nō potuisset ſb facere nisi videret. ¶ 2° q: aialia illa adducta sūt ad adaz vt vidēt qd vocaret ea. e. c. ⁊ pquireret an ibi erat aliqd ei sīle: ⁊ nō inuenit: q: dī ibidē ade vo nō inueniebať adiutor simil ei: ſz pquireť ſb nō potat nisi singula aialia vidēt: ij videbat ea. ¶ Tertio q: formata muliere duxit eā deus ad adaz: ⁊ ille ait hec nunc oſ de ossibus meis ⁊c. cū ergo fecerit dīaz inter illam feminam: ⁊ femellas alioz animaliuz necesse est vt viderit eam. ¶ Quarto p̄z q: deus ante formatam euam dixit ade ex oi ligno padisi comede de ligno autem scie boni: ⁊ mali ne comedas si tñ adam non videret neq̄ sciret quod

erat vnum

L 6 inconueniēs ō deo.

A Qō. 409. Cur diabolus dixit scit enim deus.

p⁹ rō 2 rō

A Qō. 491. Cur serpēs dixit i q̄cūq̄ die comederiş ex eo. p⁹ rō 2 rō

A Qō. 492. Quō intelligit apiētur oculi vestri p⁹ rō 2 rō

p⁹ rō 2 rō

3 rō

4 rō

erat vnum lignum aut quod alterum hoc frustra diceretur.

5 rō ¶ Quinto q3 si non viderent adaz: z eua non possent cibari: q3 nescirent querere cibum qui erat eis absens cum illum

6 rō nunquā vidissent: z hoc erat inconueniens. ¶ Sexto q3 darentur opera dei valde impfecta: sensus enim visus est de integritate nature humane imo est sensus maxime ptinens ad perfectionē: z sic dicit aristoteles lib.p̄.meta.c.p̄.q̄ sensuz visus plus alīs diligim⁹: q3 facit maxime scire: z q3 plures nobis dīias monstrat: sed opera dei sunt pfecta deute.xxxij.c.ergo deus crearet adam z euā videntes z non cecos vel non-

7 rō dum videntes sicut nascuntur catuli: nam puuli in humana spē qñ exeunt de vtero videntes sunt. ¶ Septimo q3 certuz est de eua q̄ ante hoc videret: nam vidit serpentē qui eam tē ptabat: q3 alias nesciret quis loquerē ei: z tunc magis dubitaret: z forte non assentiret: z tñ certum est q̄ mulier vidit: tunc serpentē qui tēptabat eam: q3 postea dixit deo serpens decepit me: z si tunc non vidisset non potuisset dicere qs eaz

8 rō temptauerat: ergo non habebat oculos clausos. ¶ Octauo p3 q3 exp3 esse scriptura dicit q̄ mulier videbat.s.iij.c.f.vidit igitur mulier q̄ bonum esset lignum ad vescenduz: z tñ hoc fuit ante q̄z comederet cum sequaē ibi q̄ tulit de fructu illiuſ

est simile: nam quedam sunt que ad hominem non pertiebāt & iō illa nō scire nō erat pena neq; ignorātia: secus cū ōcipeꝛ putans ō re aliter q̄ eēt. Primo q; nō scire ea q̄ ad ipm nō pertinebāt erat pura negatio: & nō erat aliqd positiuū i aia. neq; ēt erat p̄uatio: q; non erat negatio rei ōbite in eē: & iō istō nō scire nō erat aliquod malū in aia: vñ ōus pmitteret illud q; ñ erat malū: & nihil adimebat ō pfectione ade. Decipi aūt secꝰ ē: q; istud dat in anima aliqd positiuū. s. affirmare aliqd eē vel affirmare nō eē: & ista affirmatio erat inordinata cū essz ō re aliter q̄ se hꝫ̄ret. Etiam erat hic p̄uatio cū cogitaret hō & affirmaret de eo in quo veritas eē poterat: & nccē erat habere veritatē vel falsitatem: & tamē non haberet veritatem: p̄uatio autē malum quoddā est: & tamē deus debebat ꝫ ordinē siue p̄uidētie seruare hominē illesum ab omni malo & p̄ecipue circa ptē intellectuales: ergo non pmittēt ita ōcipi quod erat malus q̄ddam. ¶ Secūdo q̄ntū ad hoc q; ꝫ q̄dā essent non nccia homini neq; ptinentia ad illū vt ea sciret: & iō nō essz pena non scire inquantū ad eum nō ptinebant inquantū tñ ō illis cogitabat & aliq̄d asserebat vel negabat ō eis iā efficiebat ea sua: & ideo ptinebat ad eum illa scire vt non ignoraret: quia p̄ius nescire non erat ignorare: nunc vero si nō eēt ibi scire nō solum erat nescire: sed ēt erat ignorare cuz eēt ibi assertio ō aliquo qual'r illud non erat. ¶ De secundo cuz dicebatur q; non erat pena q; adam ab aliquo ōciperet dicēdū q; falsum ē. erat enim pena quia non est. simile q; adam non sciret secreta cordis: & q; ōciperet circa illa nam non erat p̄tinens ad adam scire alienas cogitationes: cum neq; angeli boni hoc nouerint: sed solus deus & tñ p̄tinens erat ad adaz scire hoc quod ei dicebatur an verum eēt & quia ea q̄ ad ipm p̄tinebant sciret in illo statu statim efficeretur sciens per ōuz id quod ei dicebatur an essz verum vel non. ¶ Secundo q; non erat ade pena non scire cogitationes alienas: & tñ istud non erat cogitatio: sed dictum & pertinebat ad adam inquātum ei dicebatur. ¶ Sed adhuc obꝫciet q; poterat decipi in statu illo homo q; decepta fuit mulier grauī deceptiōe: & maxime in re ad eam pertinente. s. in eo p̄ quod statuz perdidit dicendum sicut supra quod decepta fuit postquā desijt eē in statu innocentie: si autem permaneret ei innocentia non potuisset decipi vt crederet se posse esse sicut deꝰ est. ¶ Adhuc tñ obꝫcietur q; decepta fuit dum esset in statu innocentie. qa diximus q; cum decepta fuit credendo q; posz eē. sicut deus p̄cessit elatio q̄dam per quam desijt eē in statu inocētie. Sed ō illa elatione arguetur q; in illa fuit appetitus imoderatus excellentie: & q; istud est actus volūtatis q̄ voluntas non eligit nisi diffinitū ab intellectu. optuit q; intellectꝰ iudicaret bonū eē appetere honorem imoderatū siue appetere in illo gradu in quo erat immoderate appetere & tamē iudicādo illud decipiebatur intellectus: q; non erat bonum appetere talem honorem: ideo dum esset in statu innocentie deceptꝰ est. ¶ Confirmat hoc q; quomodocūq; dicatur nccē est q; homo semper maneret in statu inocētie quousq; peccaret mortaliter: q; non poterat aliter perdere inocētiam: & tamē non poterat peccare mortaliter: nisi p̄cedente ignorātia aliqual'r cum dicatur. li. iij. ethi. omnis malus est ignorās: illa aūt ignorantia erat in iudicando eē bonum quod nō erat: & hec erat decipi: ergo nccē erat decipi hominem ad hoc q; perderet innocentiam. ¶ Dicendum q; verum est adam fuisse ōceptuz & euam similiter ad hoc q; perderēt innocentiam: & illa ōceptio fuit in eo quod non excedebat facultatem ipsorum: ꝫ ipsi poterant cognoscere quid erat bonum & non deciperētur. deus aūt faciebat q; non deciperentur in eo quod excedebat facultatem eorum illuminando eos: sed in eo qō ipi poterāt per se cognoscere. non concurrebat deꝰ supernaturaliter ad illos illuminādo sicut ad hoc q; homo semper viueret erat eis nccium manducare & euadere nociua ꝼm corpus ab extrinseco: manducare erat in potestate hominis q; hēbat cibuz iuxta se euadere omnia nociua non erat in ptāte sua: sed in dei potestate: ideo ad vitandum nociua opabatur ōi p̄uidētia: sed ad hoc q; comederet non opabatur ōus: sed ipse homo: vñ nunc si non curaret manducare tp̄ibus conuenientibus quibus ratio iudicaret debilitaretur & morieretur & in hoc ñ p̄uideret ei deꝰ: q; poterat homo sibi ipsi p̄uidere: sic erat in deceptione. q̄dam erant ad que scienda non se extendebat nostra facultas intellectus humani & in illꝫ deus p̄uideret faciendo q; homo nunq̄ deciperetur illuminando ipsum: q̄dam autē erant ad q̄ sufficiebat intellectus humanus vt nō ōcipētur si aduertere vellit & in illꝫ deus nō p̄uidebat illuminādo supernaturaliter: sicut neq; p̄uidebat in ōfectu q; p̄ueniret corpori hūano ex non manducare: cū posset hō manducare si vellet: ita fuit hic quia eua & adaz potuerūt scire an appetitus ille honoris eēt malus vel bonus: & nō cogitauerunt: ideo ōcepti sunt & ōus non illuminauit eos. Et ista ōceptio fuit in statu inocētie: sed post eā nō māsit innocētia i aliquo tēpore: q; p̄ actum illum in quo decepti sunt perdiderūt innocētiam. Et sic fuit p̄incipium pcti p̄morū pentū omissio q̄dam. s. q; non cogitauerunt q̄ cogitare ōbebant siue acciāt hic omissio vt ē spāle pctm̄: siue vt ē circūstantia p̄ns oē pctm̄. ¶ Ad quintum dicēdum q; nō fuisset hoc mō aliq̄ ōceptio in statu innocētie: q; licz in visu aut in alio sensu repsētaret res al'r quā se hꝫ̄ret non essz aliqua ōceptio neq; in sensu neq; i intellectu. nūc sensus iudicat ō re ꝼm ꝓportionē in qua recipit: & q; alia ē ꝓportio oculi ad rē distātē: alia ad rē ō ꝓpinquo exīstē nccē ē vt alio⁹ in repsentet res ō longiquo q̄z de p̄opiquo: & q; nā rez hēt vt tal'r fiat ista repsentatio ñ ē aliq̄ ōceptio sic videri: neq; ēt erat ōceptio quātū ad intellectum: q; intellectus iudicabat rē sicut erat aut nō al'r q̄z se haberet: q; ꝫ sensui aperet q̄a nō iudicabat intellectꝰ tantā ē p̄cise quāta apparēt: ꝫ maiorē eā iudicabat q; noverat eē distātiam inter eā & sensum: & sciebat illam distātiā eē cāz vt minor iudicaret. Et ideo ꝫ ignorāret videō quātitatē distātie & p̄sequēter verā q̄titatē rei nō tñ iudicaret rez al'r se hꝫ̄re q̄z se hꝫ̄ret q; nō iudicaret eē p̄cise tantā q̄ta videbat: ꝫ iudicaret eē maiorē quā apperet: ꝫ illā magnitudinē non certificaret. ¶ Alia ratio erat quā supra fecimus. s. q; multa erant q̄ non sciebant homines i p̄mo statu & sic q; sequit circa illa ōciperent ōōz q; ꝫ multa eēnt eis nō cognita tñ nulla eēnt ignorata & in nullo ōciperent. De p̄mo pz q; ignorātia nō vocat omnis nesciētia: ꝫ solū nesciā illa rez q̄ nobis nccē sūt aut p̄ferūt q; nescia p̄mo mō ē pura negatio: ꝺo mō ē p̄uatio. Et q; illa q̄ nō sciebāt erāt nō nccia aut non cōferētia homini nō erat ignorātia non scire ea. Omnia aūt ad eos ptinētia pfecte nouerant: iō nullam ignorātiā hēbant. ¶ De scōo pz q; ōcipi ñ est nescire ꝛsolum ad ignorare solum: sed iudicare de re aliter quam se hēat. Uñ p̄mum. i. nescire ē pura negatio. ignorātia ē p̄uatio: decipi ē aliqual'r affirmatio q; ponit aliqd. i. iudicare: & ideo in illo ō quo quis nihil putat aut asserit: licz nesciat aut dubitet nūq̄ ōcipit. Sic. n. erat circa ea q̄ nescirēt p̄mi pentes nam in eis nihil diffinirēt: & ita non erraret. Ita ē ō angelis q; aliqua sunt q̄ non sciunt cū p̄ supiores purgent a nescia vt ait. Dionisius: & tñ illi nunq̄z errant q; circa illa q̄ nesciunt nō p̄cipitāt sentētiā: & sicut ad hoiem p̄udēt & recte disciplinatum expectat non cupere ea q̄ facere nō p̄tinet ad eūdē nō diffinire in eis q̄ non scit: & ita non ōcipiet. Si tñ aliqd essz in quo vellet ōterminare intellectū suuz ad vnam ptē i eis q̄ nesciret & inciperēt iam aliquo mō ptinere ad eū: ōus p̄curreret illuminando intellectum circa illud: & ita non decipetur sicut fieret quando qs vellit aliqd dicē alteri quod non hēret in corde: nam deus illuminaret intellectum eius cui dicebatur vt sciret an verum vel falsum ei diceretur. ¶ Continuando p̄cedentia. dicemus q; dicebatur. supra. iij. c. vidit igitur mulier q; bonū eēt lignū ad vescēduz & pulcrum oculis aspectuq; ōlectabile. Est aūt dubium ad qd dicitur istud. ¶ Aliqui dicunt q; dicitur ad arguēdū vitiuz mulieris. s. q; concupiuerit lignū vetitum ad manducādum: cum dicitur vidit mulier lignum quod essz bonum ad vescendum: ac si dicat. Ante hoc videbat lignum q; essz bonū: & pulchruz: sed non concupiscebat illud: iō non videbat ei bonum ad manducandum. Nunc vero q; cōcupiscebat illud dicitur q; vidit q; essz bonum ad māducādū: & iō exp̄mitur in hoc vitiuz cupiditatis eius. ¶ Sed tūc dicet ad quid dicitur & pulchrum oculis aspectuq; ōlectabile: quia videri lignum pulchrum non erat peccatum cuz deus non vetuisset lignum videri aut tangi: sed solum manducari ō eo. Alīq dicunt q; non accipitur visio p̄o vt solum dicit ipsum actuz videndi in se & pulchritudo in visu vt cāt delectationē in videndo: ꝫ p̄out illa pulchritudo visa refertur ad cibum. Sicut q̄dam sunt animalia q̄ non gaudēt visu & auditu nisi referēdo ad gustum. Et ita q̄dam homines faciunt vt dicit aristo. lib. iij. ethico. Et ita q; eua referret istam delectationem videndi ad gustum pertinebat ad pctm̄. q; concupiscitur res vetita. ita

obiectio.

Rñsio.

obiectio.

Rñsio.

Quis non pt peccare nisi ignorātia p̄cedēte

Ad.ma.

Ad.ōō.

Rñsio.

nescire ignorare dicimus

pcti

qō sc.

quesi.

Rñsio.

Dicimus

ita factum est. ꝺ. iij. c. q. ix. ¶ Sed dicēdum veritatem esse quod sacra scriptura in hȳs verbis signauit: fuisse verisimile ꝙ mulier vellet comedere ꝺ ligno illo: ⁊ etiam ꝙ vellet credere verbis diaboli. Dixerat enim serpēs eritis sicut dij: scientes bonū ⁊ malum. Hoc mulier credidit eē possibile ꝙ fieret: ⁊ fieri cupiuit. Sed dixerat ꝺus in quocunq; die comederis morieris. diabolus dixit nequaq; moriemini ⁊ inuit ꝙ ꝺus dixisset hoc quasi ex inuidia ne gustando ꝺ cibo fierēt sic dij. Et ideo nunc dubitare poterat mulier quis verum dixisset. ꝺus ꝙ morerentur si comederēt aut serpens ꝙ non morerētur: ⁊ ad hoc mulier voluit stare iudicio ꝓpo Respexit enim arborem si forte apparerent ibi aliqua signa q̄ ostenderēt veritatē huius rei. Et dicitur ꝙ vidit lignum ꝙ eēt bonum ad vescēdum ⁊ pulchrum oculis: ⁊ ita ista potius ostendebant ꝙ esset verum nō morituros comedētes. Jō cū dictum serpentis adiuuaret ꝓ ea q̄ in arbore apparebāt credidit eua ꝙ serpēs verum dixerat ⁊ ꝙ non morerent. Deus autē ꝙ ex inuidia istud dixisset. Et istud valde ꝓcordat lr̄e. s. vidit igitur mulier lignum. i. q̄ ꝺus ⁊ serpēs ꝛria dixerāt ꝺ ligno voluit mulier videre quid verius videret ⁊ ad hoc aspexit arborē. Et hoc inuitur inquantum ponit ista particula igitur qō facit ꝓniam ꝺ ꝓcedētibus. ¶ Alio modo adhuc ꝓt accipi ꝙ istud ponatur vt ratio motiua mulieris ad māducāduꝫ. Fuerat. n. vna rō motiua ꝺceptio diaboli. s. ꝙ efficerētur sicut dij comedētes ꝺ illa arbore q̄ efficaciter moueret. Adiungit tn̄ alia q̄ erat ex parte arboris. s. q̄ erat pulchra arbor: ⁊ ideo ipsa inuitaret homines ad māducandum ex se. Jsta ēt ratio ē conueniens: sed magis conuenit p̄cedens. ¶ Sed dicet quomodo eua ausa ē comedere ꝺ ligno vetito nā non sufficiebat ꝙ esset lignum in se bonum ad cibum: ⁊ nō eēt pestiferum: q̄ ls sanum esset ⁊ moreretur manducās non qdem q̄ nociuū cibum comedebat: sed q̄ contra mandatuꝫ ꝺi agebat q̄ iferret mortem transgressoribus ꝓcepti sui. ¶ Dicēdum ꝙ in veritate ita erat: Non enim erat lignum illud ex se nociuū comedēti: sed salubre sicut cetera ligna q̄ nihil nociuū plantauerat deus in paradiso vbi volebat non eē mortem: sꝫ iugem sanitatem ⁊ potissime q̄ deus dixerat ade. ꝺ. ij. c. ex omni ligno paradisi comede ⁊ tamē deus non iuberet aut concederet ade manducare de eo quod erat ꝛrium vite. Jdeo nō erat in paradiso lignum aliquod nociuum: neq; iō deus dixit ꝙ morerentur q̄n manducarēt. quasi lignum hoc in eis efficeret causando mortem: sed q̄ deus faceret ꝙ morerentur. Et ita fuit q̄ eua ⁊ adam comederunt: ⁊ licet lignum in se nihil eis noceret mortui sunt q̄ deus fecit ꝙ morerent. ¶ Sꝫ dicendum ꝙ eua non intellexit sic verbum dei: sꝫ ꝙ comedendo ꝺ arbore morerent. quasi arbor efficēt mortē: ⁊ iō respexit ad arborē an ipsa ꝺ se talis videret ꝙ comedēti mortē inferret ⁊ non visa ē talis: sꝫ pulchra visu ⁊ bona ad cibū: ⁊ ideo credidit ꝙ non morerēt: licꝫ deus hoc dixisset. ¶ Sed obȳcietur dato ꝙ ita fuisset: sicut diabolus dixerat ꝙ non eēt arbor mortifera: sed deus hoc dixisset ne homines ꝺ illa manducā do efficerent sicut dij: quare non timuit eua: ꝙ postquā comederet occideret eam ꝺus q̄ valde offendebat eum faciendo ꝛ eius voluntatem ⁊ vsurpādo id quod ipse vsurpare nolebat. ¶ Dici posset ꝙ eua credidit ꝙ māducādo ꝺ ligno efficētur sicut deus quod diabolus dixerat: ⁊ ideo non poterat iam ꝺus nocere ei etiam si id vellet. ¶ Sed dici pōt ꝙ hoc nō stat. Q̄ non dixerat diabolus ꝙ comedētes efficerent deus vel deo pares absolute sꝫ soluꝫ in scia. s. ꝙ essent sicut dij sciētes bonū ⁊ malū. Jdeo licet hoc verū esset cū nō acquirerent maiorē ptātem: poterat deus illos occidere. ¶ Dici pōt aīr ⁊ melius ꝙ eua non aduertit ad ista aut nesciuit bn̄ iudicare in illis. Nam postquā p̄ inordinatū appetitū excellentie: corrupta fuit mēs ei⁹ ⁊ excecata fuit in multuꝫ tū q̄ relicta fuit naturali iudicio. tum q̄ ardens appetitus decipiebat eā ⁊ ideo circa multa ꝺcepta est: sicut ipa dixit. ꝺ. iij. c. ⁊ ita i hoc esset. ¶ Sed adhuc obȳcietur quomodo eua intellexit ꝙ comedēdo de arbore morieretur: quasi arboris fructus eēt mortifer. Nam hoc dictum fuit ade in statu innocentie: ⁊ tamen in illo non poterat quisquam decipi sicut supra diximus: sed sic intelligendo decipereturꝫ eua: quia non erat ita neq; sic de us intellexerat verba a se dicta: ergo decipereꝫ. ¶ Dicenduꝫ ꝙ adam ⁊ eua cum acceperunt ista verba a deo non intellexerunt sicut postea eua intellexit. Et hoc poterat esse duplici ter. Uno modo ꝙ deus ista dixit ꝙ morerent ⁊ ipsi credide runt deo ꝙ vere morerentur comedentes: ⁊ tamen causam mortis aut modum non cognouerant q̄ deus illis non ꝺclarauerat ⁊ ipsi etiam non q̄siuerant: non tamen decipiebant quia non putabant aliter quaꝫ res se haberet: quia de eo qō nesciebant non determinabant intellectum suum ad aliqd. ¶ Aliomodo ꝓtest dici ꝙ adam ⁊ eua cum audiuerūt ista a deo crediderunt ꝙ morerentur comedentes: ⁊ ꝙ hoc fieret non ex conditione arboris: sed quia deus inferret illā penam ꝓpter transgressionem: tamen quando mens eue fuit corrupta per inordinatum appetituꝫ excellentie cecidit a ista tu innocentie ⁊ a perfectione que competebat ei ꝑm illuꝫ statuꝫ. Jdeo perderet tunc multas rectas existimationes quas tunc haberet ⁊ eēt ista de illis: vnde inciperet putare ꝙ deꝰ illa verba dixisset quasi arbor esset illatiua mortis q̄ hūc sensum sequebatur diabolus. Sed ꝓmus modus videtur esse facilior vt non oporteat poni mutatā eē opinionē aliquaꝫ in eua que ꝓius fuisset. ¶ Sed dicetur: quomodo dicitur ⁊ vidit mulier lignum ꝙ esset bonum ad vescendum q̄ hoc non poterat illa videre neq; poterat cognosci nisi ꝑ experiētiā: sꝫ ipsa non experta fuerat quia nondum comederat de illo ligno: ergo non poterat hoc videre. ¶ Dicendum ꝙ accipiendo hoc stricte non poterat mulier videre ꝙ lignum erat bonum ad vescendum quia istud sine experientia non cognosceretur plene. Sed ista cognitio per signa. s. pulchritudo exterior arboris ⁊ fructuum eius erant que attestabantur bonam complexionem eorum: ⁊ ideo non esse mortiferos: ⁊ q̄ pulchritudinem illam vidit eua dicitur ꝙ vidit eē bonum lignum ad vescendum. ¶ Sed obȳcietur ꝙ hoc non stet: quasi sic acciperetur non poneretur nisi ꝙ vidit esse bonū lignū ad vescendum ⁊ tamen additur pulchrum visu aspectuq; ꝺ lectabile: ergo non sic intelligitur. Dici posset ꝙ accipiuntur ista non vt distincta: sed ponitur: ⁊ ꝓ ideſt. s. vidit lignum esse bonum ad vescendum ⁊ pulchrum visu. i. vidit esse pulchrum visu: quia nihil aliud erat esse bonum ad vescendum quam pulchrum visu. ¶ Sed obȳcietur ꝙ non stet. Quia esse pulchrum visu ⁊ aspectu delectabile erant cause vt eua crederet esse lignum bonum ad vescendum: sed cause debēt precedere: sicut premisse conclusionem quia sunt cause in inferendo: ergo non est ille sensus quia ponuntur posterius. ¶ Dici posset ꝙ licet iste essent cause non ponuntur hic vt cause: sed vt expositiua. expositiuum autem non precedit exponibile sed sequitur illud Sed aliter potest intelligi littera illa ⁊ melius silicet ꝙ pulchrum oculis aspectuq; delectabile. non ponantur hic vt cause neq; vt expositiua eius qō dicitur vidit mulier lignum ꝙ esset bonum: sed ponuntur vt aliquid distinctum ⁊ ad reddendum aliā causam. Et est intelligendum ꝙ posuit scriptura ea que mouere poterant mulierem ad sumendum de fructu arboris. Nam ad hoc ꝙ qs velit comedere de fructu alicuius arboris vel de quolibet alio cibo possunt duo mouere. Primuꝫ est ꝙ cibus ille sit sanus ⁊ bonus corpori: secundum ꝙ visui placeat. Nam vbi ꝓmū non fuerit nemo appetit quia cibus non est vt videatur: sꝫ vt manducetur. Secundum tamen conueniens est q̄ quidam cibi sunt salubres corpori: ⁊ licet hoc de eis cognoscamus nō incitamur ad manducandum de eis eo ꝙ non placent visui. Cum autem vtrunq; in cibis concurrerit nihil est qō amplius in eo desiderari possit. Ut ergo appareret ꝙ mulier poterat incitari ad concupiscendum hunc cibuꝫ dicitur. Uidit ꝙ esset bonum ad vescendum ⁊ pulchrum oculis ac si dicatur nihil erat quod deesset vt desiderari posset. ¶ Et ista ē causa quare ꝓius ponitur ꝙ erat bonum ad vescendum q̄ pulchrum oculis: quia cum ista ponantur vt cause distincte appetibilitatis debuit poni ꝓimum quod erat maior causa Sꝫ magis mouet in cibo ꝙ sit sanus quam pulcher: ideo dictuꝫ est quia erat bonum ad vescendum ⁊ pulchrum oculis. Et licet verum sit ꝙ mulier non cognouit esse bonum ad vescendum per experientiam quia nondum gustauerat de fructu: sꝫ solum per visum quia vidit esse lignum pulchrum: quia tn̄ pulchritudo arboris ⁊ fructuum non ponitur hic vt causa neq; vt signum bonitatis cibi: sed ponitur vt causa distincta non ꝓponitur sed quia est causa minus ostendens concupiscibile lignum quam esse bonum ad vescendum subsequit. ¶ Sed queretur quare dicitur pulchrum oculis aspectuq; delectabile quia videntur ambo pertinere ad ideꝫ. s. ad signādum pulchritudinem. ¶ Dicunt aliqui vno modo ꝙ i vtroq;

Q.ō.519. A Quō eua sine expiētia potuit dicere ꝙ lignū eēt bonum ad vescēdū. Rn̄sio. obiectio. Rn̄sio. Q.ō.520. A Cur dr̄ pulcrum oculi. Rn̄sio.

signat pulchritudo: sed erat duplex pulchritudo vna i arbore alia fructibus ⁊ vtrāq; signauit scriptura. ¶ Dicēdum q̄ non stat q̄ si ꝟ rigorem littere aceipiatur totum de ligno. i. arbore accipitur ⁊ nihil de fructu cum dicatur vidit mulier lignum q̄ eēt bonum ad vescendum ⁊ pulchruꝫ oculis aspectuq; delectabile. Et ideo non poterat distingui ō arbore ⁊ fructu: accipiendo aūt ꝑm veritatem nihil intelligitur de ligno sed totum de fructu q̄ certum est q̄ lignū nō erat bonū ad vescēdum: sed fructus eius. Et ēt quando de pulchritudine dī nō intelligitur ō pulchritudine arboris: ꝟ fructū: qa arbor non mouet sed fructus. ¶ Aliqui dicunt q̄ signatur hic duo. ſ. conuenientia figure fructuum. ⁊ suauitas coloris vtrunq; autē mouebat mulierē: ⁊ sic per ista duo noia signatum ē. ¶ Sed dōm q̄ nō stat q̄ noie pulchritudinis ipozta tur vtrunq;. Non ē enim pulchrum qō ōcentē figurā nō hꝫ etiam si habeat mirabilem colorem: neq; etiam pulchrum est qō hēt ꝓuenientem figuraz: si sit turpis color. Utrūq; igitur nomine pulchritudinis signat. Dicēdum ergo aliter. ſ. q̄ signat hic causa ⁊ effectus: primū est pulchritudo: secundum delectatio. Erat enim lignum illud ⁊ fructus eius pulchruꝫ quid. ſ. boni coloris ⁊ conuenientis figure: ⁊ q̄ tale erat seq̄batur q̄ in videndo delectaretur videns: vtrunq; aūt signauit scriptura. Ideo dixit lignum pulchrum: oculis. ſ. q̄ in se lignum erat pulchruꝫ: ⁊ aspectu delectabile. i. propter pulchritudinem delectarent aspicientes in videndo. ¶ Et iste sensus est ver⁹ ⁊ conueniens littere q̄ non dixit scriptura solū q̄ erat lignum bonum ad vescendum ⁊ pulchrum atq; delectabile: sed addidit. pulchrum oculis aspectuq; delectabile Quia si primo modo diceret itelligeret q̄ oia referent ad cibum. ſ. q̄ erat fructus bonus ad comedēdum ⁊ delectabilis ⁊ pulcher ad hoc: ꝟ scriptura voluit significare adhuc q̄ p̄ter ea que in cibo erant vt cōcupiscerētur arbor posſ ꝓcupisci ꝓpter id quod erat in visu. ſ. q̄ arbor pulchra erat ⁊ dicit pulchrum oculis. i. non solum ad comedendum erat bonum ⁊ aptum quod primo signabaꝫ ꝟ etiam erat pulchrum oculi. i. ad videndum q̄ visus iudicabat ibi esse bonitatem figure vel lineamētorum ⁊ suauitatem coloris ⁊ hoc est pulchrum eē erat etiam delectabile aspectu. i. ad videndum. i. nō solum erat delectabile ad manducādū: sed etiaz ad videndū. ¶ Sz obꝫcietur q̄ positum est aliqd supuacuū. Nā si lignum erat pulchrum oculis cum pulchritudo afferat delectationē. satiꝫ erat dici pulchr ꝫ vt taceret q̄ esset delectabile aspectu. ¶ Dicēdū q̄ ponit ad ostendendū q̄ in ligno erat omne quod poterat mouere aliquem ad concupiscēdū. Quod nō signaret si illud tacuiſſz scriptura. Q̄ aliqd pōt esse pulchrū: ꝟ tam p ua ē pulchritudo eius q̄ nō facit delectationē videntib⁹ aut paucam tale poterat ꝺ putari si nihil exp̄meret. Ut ergo putaret q̄ erat delectationē ingerēs visui: ēt exp̄ssum ē ¶ Ad iūngit. ſ. iij. c. q̄ tulit mulier de fructu illius ⁊ comedit. Rem verisimilem dixit: nō enim aliud superat nisi vt comederet q̄ mulier crediderat demoni q̄ posſ effici sicut deus quē honorem illa ꝓcupiuit ⁊ putauit hoc se hituram si comederet ō ligno. Credidit etiā q̄ nō mozereꝰ māducādo sicut serpēs dixit ⁊ ad capiendū maiorē certitudinē de hoc ꝓuertit se ad arborem ⁊ vidit eē in ea omnia q̄ poterant mouere ad cōcupiscēt iam: iō ꝓcupiuit. Et q̄ nemo coꝛporaliꝛ ipediebat ō illa ci bus sumere accepit ⁊ comedit. ¶ Dicūt aūt aliq; iudei: vt rasa. q̄ mulier nolebat comedere de fructu arboris q̄ deus dixerat q̄ mozeretur si māducaret aut si tangeret sicut ipa asseruerat. Serpēs autē ipulit eā coꝛporaliter cogēdo vt tangeret arborem: ⁊ hoc vt crederet mulier q̄ si erat pctm̄ in tāgēdo iam comissum erat in tangendo: ⁊ ideo non dubitaret comedere q̄ non poterat iam magis peccare. ¶ Sz dicendus q̄ est ridiculum. Primo q̄ serpēs nō poterat impelle mulierem ad tangendum: non eni pōt cogitari quomodo eā coꝛporaliꝛ impelleret ad tāgendum. ¶ Scōo q̄ p hoc nō suadebat comedere q̄ ꝛs mulier crederet q̄ tāgere arborē erat peccatū. tm̄ tāgere inuolūtarie non posſ credere eē pctm̄ q̄ peccatū ē in actione ibi autē nulla actio erat: sed pati. ¶ Tertio q̄ p hoc magis mulier traheretur in ꝓtrarium. ſ. vt non cōederet de ligno. Quod prius serpens suadebat. Nunc vō violenter impellebat putaret latere dolū i serpēte ⁊ non facerēt quod ille dicebat. Fecit tamē: ergo non impulit ꝛpens eam coꝛporaliꝛ. ¶ Quarto quia eua excusando se dixit serpēs decepit me si tamē ipulisset serpēs cogendo coꝛporaliter maioꝛ excusatio ista esset ⁊ istam exp̄imeret. ſz non exp̄essit: ergo non erat verum q̄ coegisset. ¶ Quinto q̄ dictū ra. ſa. repugnat verbis sacre scripture. Nam ille dicit q̄ mulier nolebat tangere: q̄ dixerat deus q̄ mozereꝰ ⁊ serpēs coegit tangere verba tm̄ scripture signant q̄ decepta fuit mulier credēdo q̄ non mozereꝰ ēt si comederet: ſz potius efficereꝰ sicut deus. Et tm̄ si serpens coegisſz tangere ⁊ inde comederet discoꝛdaret illa verba. ¶ Sexto q̄ scriptura signat q̄ mulier etiam ex se ipsa mota est ad māducandum ⁊ nō timēdū videndo pulchritudinem arboris: ergo non fuit mulier coꝛporaliꝛ impulsa: ſz solum seducta a demone ⁊ a se ipsa aliqualiter mota ⁊ ita comedit. ¶ Quereꝰ quare eua cum comedisset de fructu ligni vetiti dedit viro suo. ¶ Aliqui dicunt q̄ fecit hoc ex inuidia mulier enim seducta fuerat a demōe ⁊ comedit pditiq; institiam oꝛiginalem ⁊ bonū illum statuz in quo fuerat in quo adhuc vir manebat q̄ non peccauerat. inuidit aūt viro suo q̄ ille maneret felicioꝛ ea: iō ad hoc dedit ei ō ligno vt comederet ⁊ peccaret: ⁊ ita ambo eēnt eq̄les in miseria. ¶ Sz dicendum q̄ non stat p̄mo q̄ dī res sine cā: nō enim appet q̄ mulier inuidiā vel odium hꝫet ad virū vt ista ei procuraret. ¶ Scōo q̄ falsum ꝓsupponitur. ſ. q̄ illa crederet se peccasse aut malū aliq̄ō ex māducatione ꝓueniſſe nondū enim apparat aliqua pena in ea ex pctō: q̄ p̄ma pena fuit cognitio nuditatis: sed ista non fuit in eua quousq; comedit adam: ⁊ tūc ambo simul agnouerūt se eē nudos vt pz ex oꝛdine lre. ſ. iij. c. ergo non voluit eua q̄ adā incideret in malū q̄ō illa hēbat cū. nō dū se cognoscēt hre malū ⁊ ita neq; posſz illō idē malo viro suo ex inuidia velle. ¶ Sz dōm q̄ voluit ꝺ eua p̄mo ex q̄dā amoze quē ad eū hēbat: sic. n. vir ita diligebat eaz q̄ noluit ei i aliq̄ displicere ita eua illū diligebat q̄ volebat ei in oibus cōplacere. Et q̄ in hoc putauit se placere dedit ei de illo ¶ Secūdo ad manifestandū suā letitiā: Ois eim qui nimio gaudio replet vult illud manifestare ⁊ non cōtinere in se qaps q̄dam magni gaudiī est ipsum gaudiū alīs manifestare: Et ideo qui taliter letant dicunt exultare. i. extra saltare qa cōceptuz gaudium non ꝓtinet intra se. Sed eua valde gaudisa fuerat: ideo gaudium suū volebat viro manifestare. Et vero manifestauit tum q̄ diligebat eum: tū q̄ nullus ali⁹ erat cui manifestare posset. q̄ soli duo tunc erant in toto oꝛbe in humana specie. ¶ Erat autez gaudium eue magnum: quia inuenerat verum esse quod dixerat ei serpens ⁊ putabat nō ēē verum q̄ō deus dixerat de⁹ eim dixerat q̄ q̄cūq; hoza cōderent de ligno illo mozerent intellexit aūt eua q̄ statim vt comederet mozereꝰ. Et q̄n diabolus ei dixerat q̄ nō mozereꝰ dubitabat quid hozū esset verum cum vero comediſſz ⁊ non mozereꝰ neq; aliquid mali in se sentiret. gauisa ē nimiū q̄si liberata ab illo timoze mortis. Quē putabat deū falso posuisse ex inuidia sicut diabolus dixerat. ¶ Scōo gaudebat mulier ⁊ hūndatius q̄si certificata esſz ō alio q̄ō diabolus ei dixerat. Duo enim serpens dixerat. ſ. q̄ non mozerent comedētes ⁊ q̄ efficerētur sic̄ dī scientes bonū ⁊ malum. Q̄n aute dicta sunt credidit mulier q̄ possent effici sicut dī p aliqd ⁊ forte comedēdo de ligno: ⁊ tm̄ non erat certa de hoc q̄ non duz comederat. Nunc vero q̄n comedit ⁊ nō mortua ē repit vm̄ esse vnū dictū ꝛpentis iuxta intellectū suuz: iō credidit certissime aliud vere esse. ſ. q̄ efficerent sicut dī sciētes bonū ⁊ malum: hoc aūt maxime excellentie erat: ideo de illo valde gaudebat eua ⁊ gaudiū suū non sustinēs sola dixit illud viro suo ⁊ obtulit ei fructū vt comederet. ¶ Tertio q̄stum ad p̄ncipale fuit q̄ eua diligebat virū suū ⁊ volebat eum ptices fieri boni sui: sed ipa credebat iuxta dictū serpētis q̄ māducādo de illo ligno efficerent sicut dī sciētes bonū ⁊ malū ipa aūt comederat ⁊ putabat hoc sibi ꝓuētuꝝ: iō volebat q̄ ēt vir efficeretur sicut deus ⁊ ad hoc offerebat ei cibū vt māducaret de illo. ¶ Quarto q̄ forte putabat mulier q̄ viruz comedere de ligno erat necessarium ad hoc q̄ ipsa efficereꝰ sicut deus: nam licet serpens soli eue loqueretur non dixit. scit enim deus q̄ in quacunq; die comederis apientur oculi tui ⁊ eris sicut deus sciens bonum ⁊ malum: sed dixit. apientur oculi vri ⁊ eritis sicut dī: ⁊ ita poterat credere eua: q̄ n apirentur oculi eius ad sciendum bonum ⁊ malum quōsq; ambo comederent. ideo voluit dare viro suo ⁊ suadere ei vt comederet. ¶ Quinto ⁊ potissime credit q̄ hoc fecerit mulier mota a demone ad hoc ⁊ poterat fieri duob⁹ modis vno modo q̄ serpens forte suaderet mulieri q̄ daret viro suo de fructu vt

Confutatō

alia respon sio.

Confutatō

Ꝺ

Rñsio vera

obiectio.

Rñsio.

Qō. 5ti.

Opinio iudeoꝛaliqꝝ

Confutatio.

Ꝺ

ꝑma ratio.

2ª ratio.

3ª rio.

siue dicunt

4ª rō.

5ª. rō.

qō. 5ti.

cur eua cū comedisſz dedit viro.

2ª opio.

Cōfutō ꝑmaꝝ.

Rñsio ꝑma rō.

2ª ratio.

Eue gaudiū maximuz ꝙre

ꝑma rō

2ª ratio.

3. ratio.

4. ratio.

5ª ratio.

fructu vt comederet: sicut enim cetera in voce ei dixerat: ita ⁊ hoc diceret: ꝫ scriptura illud non exprimat alius modꝰ ē p interius nouerit eam inflāmando ipsam ad concupiscēdum hoc sicut nos tptamus a demone interius nulla locutione neqꝫ apitione foris facta ⁊ hoc poterat fieri: q⁹ cū seml pdidisset eua iustitiam originalem essetqꝫ cōstituta in illo statu in quo nos sumus pati posset easdem temptationes quas nos. s. vt interius inflametur a demone. Erat autem demoni valde nccium alterum istorum facere: q⁹ supata eua si nō diceret adam nihil fecerat q⁹ peunte illa nō pibat genus hūanū: ꝫ peunte viro: iō magnam adhiberet in hoc diabolus sollicitudinem vt per feminā piret vir. ¶ Quereꝝ dato p eua comederit ⁊ dederit viro suo: quare scriptura istō exp̄sit: qa poterat illa fecisse ⁊ p taceretur: sicut ⁊ quedam alia tacent ¶ Dicendum p hoc fuit pueniēs exprimi p̄mo q⁹ scriptura voluit ponere pctm̄ ade ⁊ modū ei⁹ eo p principale istō erat ad mutationē stat⁹ hūani generis: ⁊ q⁹ fuit iste modus pcti ei⁹. s. p comederet dante ei muliere: exp̄mit illud. ¶ Secundo fuit ad excusandum aliā positionem originis pcti in adaz nam si adā peccaret comedēdo aut hoc eēt dāte ei muliere q̄ p̄us comederat: aut tptante euz demone sicut tptauit euā: ⁊ tūc oportebat poni quid serpens diceret ade. Ut ergo excuset se scriptura de hac narratione dixit p nō fuit illud: ꝫ mulier dedit ade. ¶ Tertio ad ostendendum veritatem eorū q̄ postea in excusationib⁹ dicta sūt. Nam dixit adam mulier dedit mihi ⁊ comedi: mulier dixit serpens decepit me. Quomodo aūt illa vā essent: ostēditur cū scriptura p̄mo narrauerit seductionem mulieris: ⁊ deinde dicat p illa comedit ⁊ dedit viro suo. ¶ Quarto ponitur ad aleuiandū pctm̄ viri aut saltē ad ostendendum conditionem ei⁹ nam si vir comederit suadēte serpente esset seduct⁹: si aūt comederet offerente muliere non esset seduct⁹ ꝫ illect⁹: graui⁹ autem erat seduci. Et q⁹ mlr q̄ seducta est credidit posse fieri sicut de⁹ ⁊ concupiuit p̄opter hoc transgressa est mādatū dei. Uir aūt q non seduct⁹ est non credidit se posse fieri sicut deus neqꝫ concupiuit illō: sed solū transgressus est mandatū dei. Ideo alia conditio erat peccati mulieris alia viri: ⁊ hoc signat inquantuz dr̄ p ille comedit offerente ea cibū ⁊ non suadente demone. ¶ Quinto ponit ad aggrauādū pctm̄ mulieris: q⁹ non solū ipsa comedit ⁊ peccauit: ꝫ etiam virū ad peccādū induxit ī quo temptatoris ⁊ diaboli vices exercuit q⁹ qō serpēs factu rus erat hoc illa fecit iō efficatius se habuit: q⁹ eū quem diabolus seducere non poterat ⁊ quem aggredi timuit mlr decipit: mlr tū ergo addit hoc ad peccatū eue. ¶ Sexto vt inuatur toti hūano gñi p mulr fuit p̄mordiū pditiōis sue: q⁹ ñ solū peccauit: sed ad peccandū virum impulit. ¶ Septio fuit ad iustificandū penas q̄ postea p̄o peccato date sūt tam viro qꝫ femine. Nam viro datū ē p in sudore vescerē pane et non deficerent ei miseria ⁊ labor vsqꝫ ad mortem: femine aūt datū est p pareret in dolore ⁊ sub viri ptāte essz: facta fuerāt aūt hec conuenienter vt adaz qui solum ꝺ deū peccauerat a deo acciperet penam. s. p in terra labores sustineret: femina autem peccauit contra deū transgrediendo mandatū ⁊ ꝺ virum dando ei cibū veritum ad manducādū ideo accepit penas a duob⁹. s. p in dolore peret qō de⁹ faciebat ⁊ p ꝺ viri ptāte esset in quo ab illo penas acciperet. Uir aūt q⁹ non peccauit contra feminam: sed contra solum deum non fuit femine subditus ad penam. ¶ Queretur quare dr̄. s. iij. c. comedit ⁊ dedit viro suo ⁊ nō dicitur comedit ⁊ dedit ade cur. n. vocat eum virum suū. ¶ Dicēdū p p̄mo fit hoc q⁹ scriptura ita consueuit magis vocare eos viruz ⁊ vxorē: q̄ adā ⁊ euā ⁊ ideo tenuit hic qō in alijs consueuit. ¶ Scōo q⁹ adam ⁊ eua sunt nomina nature. vxor ⁊ vir sunt nomina coniugij: ꝫ scriptura p̄oximo fecerat mentionem de eorum coniugio in quantum. s. ij. c. dixit adam. ꝺ nunc caro de carne mea ⁊ seq̄tur adherebit vxori sue iō magis eos virū ⁊ vxorez vocat qō p̄oximo pueniebat q̄ adā ⁊ euā qō pueniebat ab initio: vnde deus loquit ad aliquem eorū vel scriptura de eo loquitur vocatur adam vel eua aut mulier quando tñ scriptura logt: de eis vt ipsi colloquuntur sibi vel aliquid inter se faciūt vocat eos virum ⁊ vxorem vt patet. s. ij. ⁊. iij. c. Hic aūt fiebat sermo p ipsa daret ei de fructu: ideo dicitur p dedit viro suo et non dicitur p dedit ade. ¶ Tertio ponitur vt inuatur causa dandi: cum enim vocatur adam ⁊ eua sub nomtnib⁹ p̄sona libus significantur quasi in nullo sibi attinentes: cum vo vocatur vxor signatur vt vna caro: ⁊ ideo vt multum se diligētes sed eua nunc dedit ade de fructu q⁹ diligebat eū vt ille quoqꝫ efficeret sic de⁹ ideo dr̄ p dedit viro suo. i. dedit ei quia erat vir su⁹: ⁊ q⁹ nō signaret idē si diceret dedit ade. ¶ Quereꝝ quare postqꝫ serpēs tptauit ⁊ supauit euam nō tptauit adam. ¶ Dicēdū p hic erant duo dubia: ¶ p̄mū quare diabolus non incepit tptare adaz sicut cepit in eua: aliud ē cur supata eua non temptauit adam de p̄mo iam supza rñsū ē. ¶ De secūdo aliqs dicet p non temptauit q⁹ non erat opus cū supasset euam. ¶ Sz dicēdū p non stat p̄mo q⁹ diabol⁹ vtriqꝫ inuidebat: iō non solū vellet deicere vnuz sed vtrunqꝫ. ¶ Secūdo q⁹ deiecere feminā paz erat virū vero superare erat omnia facere: q⁹ peccāte femina pibat vnicum indiuiduum peccāte viro pibat totū gen⁹ hūanū: ideo vellet potius dicere virū nam non peccauerūt oēs homines in eua: ꝫ inadā ad. ro. v. c. diabolus aūt magis cupet pdere totū gen⁹ hūanū quā vnicū indiuiduū: ergo poti⁹ vellet adam superare quam euā. ¶ Aliter ergo dici potest p diabol⁹ nō temptauit adaz postqꝫ temptauit euam q⁹ non ausus est. Erat enim vir i naturalib⁹ perfectior vt non posset faciliter decipi sicut eua: ideoqꝫ licet feminam supauerit nō aggressus ē virū. Quod pp duo fecit. Primo q⁹ diabolus supb⁹ est erubescitqꝫ supari: ⁊ cum nunc hoc sibi futurū a viro timeret non ausus est temptare. ¶ Secūdo q⁹ si nunc temptaret eum ⁊ non superaret periret ois alius modus quē ꝺ ipm hr̄e posset. Ut ergo ñ spedirētur alij modi non ausus est p se eum aggredi. ¶ Sed pōt dici secundo q̄stum ad p̄incipale p diabolus nō temptauit p se adam sicut euam temptauerat q⁹ habebat alium modum cōuenientiorem. s. vt per mulierem ipsum temptaret ⁊ ita factū est nam suaserat mulieri impellere virum q dedit ei de fructu ⁊ faciliter eū superauit. ¶ Sed queretur quis modus erat pueniētior tptādi adam an p demon tptaret eū p serpentem vel mulierem. ¶ Dicenduz p conuenientior erat p mulierē. Et p̄z primo iudicio diaboli q⁹ ipse eligit hūc modum iō putauit eum conuenientiorem q⁹ al' elegisset alium cum ipe nimis cuperet subuertere adam. ¶ Secundo p̄z ex ipsa re. Quia si serpens loqueretur ade non poterat in hoc ōcipi vt crederet eū posse fieri sicut ē deus quod eua credidit: ⁊ p ꝫ posset sibi per lignuz p̄stari quod etiam illa putauit: sed non fuit in alio temptatio eue per serpentem: ideo non erat conueniens modus. per mulierez autē fuit conueniens temptatio quia non debebat ita seduci: sed allici. Facile autē erat eū allici per mulierem q⁹ diligebat eam tenerrime ideo vt placeret ei faceret: ⁊ ita hunc modū p̄eligit demō. ¶ Sz dicēdum p sicut putauit demō ita factum ē: ⁊ tñ etiam si femina non induxisset virum ad comedendū nihiloīnus temptaret eū diabolus siue per serpentem siue per alium modum: q⁹ tāto ardore tenebatur diabolus vt deiceret adaz p nō cessaret q̄us qꝫ expiretur i eo oēs modos tptationis sue. Et ꝫ sit demō superbus ⁊ doleat supari: tāta tamen inuidia tenebatur ad hominem p potius pateretur superari q̄ꝫ p inexpertum relinqueret quicquid ꝺ hominem moliri posset. ¶ Queretur cum deus in statu innocentie non permitteret homines decipi sicut supza dictum ē quare permisit decipi euam ⁊ nō reuelauit ei falsum quod diabolus conceperat. ¶ Dici potest p non decepta ē eua quādiu fuit in statu innocētie: ꝫ postea: s. postquam concupiuit honorem inordinatum in quo mēs eius recessit a deo: tunc enim credidit p poterat esse sicut deus sicut supza diximus. ¶ Sed obj̄cietur p non sufficit q⁹ anteqꝫ caderet eua de statu innocentie: fuit aliqua deceptio facta vel incohata inquantum diabolus aliud loquebat eue ⁊ aliud mente gerebat ⁊ in talibus dictum fuit supza p deus p̄ouideret ne quis in illo statu deciperetur illuminando intellectum eius cui dicebatur: vt sciret an falsum eēt quod dicebatur. ¶ Dicendum p diabolus locutus est ad mulierem dum illa adhuc maneret in statu innocentie ⁊ ille simulate loquebatur ⁊ tñ non erat ncce decipi euā eo loquēte: si enim ncce eēt eam decipi nisi deus ei veritatem declararet reuellaret deus illi veritatem ⁊ tamen non erat ncce decipi: q⁹ non erat necesse p eua apud se diffiniret quo animo verba dicerēt: sed solum respiceret ad vba que dicerentur an essent bona vel mala quod ipsa faciliter poterat ⁊ ideo non decipe retur in illis. ¶ Est dicendum p deus reuelaret homini veritatem ne deciperetur in eis q̄ excedebant facultatem intellectus humani: sed in eis que non erant supza intellectuz nō

A
qō. 525. Cur supata eua ōmō nō tptauit adam.
Rñsio.
Cōfutatio.

Alia rñsio

Rñsio magis vera:

A
qō. 526. An fuit cō uenientius adā tptari p serpētē vl' p mulierē:
Rñsio.
p̄ma rō.
2. ratio.

A
qō. 527. Cur deꝰ p misit euam ōcipi.
Rñsio.

obiectio.

Rñsio.

B

reuelaret relinquēdo hoiez sibipsi vt iudicaret:nā si attendere vellet nō deciperet:si aūt nō vellet attēdere deciperet: ⁊ tunc peccatū p̄cederet deceptionē:q; erat pctm̄ omissiōis.

¶Et iste ordo fuit in tentatione eue:nā qñ serpens ei locutus est simulate loquebat ⁊ tm̄ nō decepta est eua in primis verbis serpentis qñ dixit:cur p̄cepit vobis dñs vt nō comedatis de oi ligno paradisi:q; eua nō putauit q̄ serpens bono zelo loqueret neq; etiā putauit q̄ malo zelo. Naz si putaret q̄ malo aīo caueret ab eo ⁊ nō audiret vel nō assentiret: ⁊ tm̄ nō fecit. Etiā nō putauit q̄ bono aīo aut sine fraude loqueret q; tūc decipet cū serpēs loqueret simulate:sed neutrū cogitauit q; nō aduertit: ⁊ iō habuit tūc qdē nesciaz:ſz nō decepta est. ¶Postea aūt qñ respōdente muliere q̄ p̄ceptū fuerat eis ne morerent dixit diabolus nequaq̄ moriemini: sed eritis sicut dij sciētes bonū ⁊ malū:decepta fuit mlier q; insurrexit ei appetitus inordinatus excellentie: ⁊ q; cessauit per illū esse i statu innocentie potuit de cetero decipi ⁊ decepta est q; nō posse decipi erat p̄uilegiū illi⁹ status. ¶Cū aūt obijcit q̄re p̄sq̄ deciperet eua nō declarauit ei deus q̄ serpens simulate loquebat. Dom̄ q̄ nō reuelauit q; eua per se ipsaz poterat videre:q; dixit serpēs nō moriemini: ⁊ dixerat deus moriemini: ⁊ ita demon faciebat deū mēdacē:sed qsq; poterat videre q̄ hoc falsum erat. iō deus nō reuelabat aliquid mulieri:q; ipsa p se cognoscere poterat falsitatē. Et vere illa cognouisset demonē falsa dicere nisi appetitus inordinatus honoris insurrexisset ei per quē cecidit a statu innocētie: ⁊ tūc p̄pter paruitatē intellectus fuit:tum ⁊ p̄incipaliter q; possidebat eā magnū desideriū excellētie nō cogitauit sufficienter ⁊ decepta est. ¶Queret cū dixisset serpēs mulieri q̄ si comederent efficerent sicut dij scientes bonū ⁊ malum ⁊ tm̄ non fuerit facta sic sciēs quo nō mirata est ⁊ nō discredidit verbis eius: ⁊ quo non cessauit dicere viro q̄ comederet. ¶Dom̄ q̄ mulier nō mirata est. imo credidit verus esse verbū diaboli: ⁊ ob hoc dedit viro de fructu. Et aliqui dicūt q̄ nō fuit mirata q; factū est id qđ diabolus dixerat q̄ efficeret sciens cum: post peccatū fuerīt aperti oculi peccatorū. ¶Sed dōz q̄ nō est verū q; post māducationē de ligno nō habuit eua aliquā cognitionē quā p̄us nō habuisset. ¶Secūdo q; etiā si aliquā h̄iet qđ falsum est nō esset talis qualez serpens dixerat. ſ. eritis sicut dij: ⁊ tamē talē cognitionē nūquā habuit eua vel adā: ⁊ p̄z q; p̄us deus irrisit adā dicens: ecce adā factus est sicut vnus ex nobis sciens bonū ⁊ malū: supra. iij. c. ac si dicat voluit ⁊ nō potuit. ¶Tertio q; si dicatur q̄ habuerunt aliquā cognitionē post peccatū q; aperti sunt oculi eoꝝ. Dicendū q̄ non fuit cognitio que esset perfectio intellectiua:sed potius esset experiētia defectuū de nouo aduenientiū:nā cepit esse de nouo nuditas in adaz: ⁊ eua q̄ est q̄dā pena: ⁊ p̄ius nō erant:nudi: ⁊ iō hoc cognouerunt sed h̄ nō fuit aliqua p̄fectio cognitionis. ¶Quarto q; etiaz si hoc vocaret aliqua cognitio adhuc nō supuenit postq̄ comedit eua sola:sed postq̄ ambo comederunt. iō semp mane bat eue cā admirationis quo nō efficeret sciens. ¶Dicēdū q̄ non admirata fuit eua:ſz non senserit in se aliquā mutationē quantū ad sciam. Et fuit p̄mo q; nōdum fuerat lapsuz tēpus. Dixerat enī serpens scit deus q̄ in quocūq; die comederitis ex eo aperient oculi vestri: ⁊ tm̄ dies ille in quo comederat nōdū erat lapsus:iō nondū apparebat falsum esse qđ dicebat neq; admirationis cā in eua. ¶Scōo q; dixerat serpens in quocūq; die comederitis ex eo aperient oculi vestri ⁊ itelligit de eua ⁊ adā: ⁊ iō poterat forte illa intelligere q̄ nō impleret illud quousq; ambo comederēt: ⁊ sic nō mirare tur si nō efficeret sapientior cū nondū manducasset vir. Si autē ille manducaret ⁊ nō efficerent ambo sapiētes:tūc posset mirari de verbis serpētis: ⁊ tm̄ neq; tūc mirata est q; accidit sibi ꝓtraria passio. Nā agnouit se fuisse deceptā ⁊ verum esse verbū dñi. ideo nō admirata est:quo nō esset verū verbū serpentis:q; agnoscebat manifeste oia esse falsa que dixerat.

¶Queret qñ eua dedit viro fuo fructuz ligni illius quo se habuit ad eū ⁊ quid dixit ei: ⁊ an dixit q̄ erat fructus ligni vetiti vel non. ¶Aliqui dicunt:q̄ nō dixit ei de qua arbore esset:vt sic ille comedere vellet:q; alias forte comedere nō vellet. Dicendū q̄ hoc non stat q; necesse est poni q̄ eua dixerat de qua arbore erat fructus ille:p̄io q; adā peccauit comedendo de illo fructu: ⁊ tm̄ si eua nō dixisset ei non peccauit. p̄z q̄ peccauerit:q; ita dixit deus ipsi ade:vt p̄z supra. iij. c. ⁊ tm̄ si eua nō exp̄imeret nesciret adā: ⁊ nō tenebat quērere de qua arbore eet cū nulla fraudē posset aut deberet cogitare. ergo si illa non exp̄imeret bona fide comederet: ⁊ ita nō peccaret:peccauit tm̄:ergo illa exp̄essit. ¶Scōo quia si adam nesciuisset de qua arbore esset fructus ille quādo postea deus ab eo quereret q̄re comederat:respōderet q̄ nesciret quid comederet ⁊ eet cōueniēs excusatio: ⁊ tm̄ nō respōdit hoc adā. ergo sciuit de qua arbore esset. ¶Tertio quia si eua taceret de qua arbore esset hoc faciens vt ille comederet iam esset dolus ex parte eue putantis malū esse manducare ⁊ tamē vellet q̄ manducaret adā vt incideret in malū istud ⁊ hoc non est verū neq; verisimile:q; eua non putabat malū esse māducare de fructu illo etiā q; si dolose tacuisset eua ⁊ inde sequeret malū ade abhominaret eā ad mortez quasi hostem qđ nō fecit:sed conuersatus fuit cōcorditer cuz ea p totam vitam:ergo non tacuit eua. ¶Quarto q; potius eua bona fide ad adā veniebat. ideo ei diceret de qua arbore erat ille fructus:nā crediderat eua serpenti q̄ comedendo de illo fructu non morerent:sed efficerent sicut dij. Primū experta fuit. ſ. q̄ non erat mortua. Scōz credidit verū esse ꝓpter primū:iō de futuro bono gaudebat q̄si futura esset sciens sicut deus: ⁊ q; virū suū diligebat volebat ei cōe fieri bonū illud. ideo afferebat ei fructū: vt de illo manducaret: ⁊ sic nō taceret id qđ bonū estimabat:sed potius cū gaudio magno aperiret. ¶Quinto q; nō est verisile q̄ aliter fieret tam ex parte viri q̄z femie:nā cū eua que p̄ius absens erat a viro nunc ad eū veniret orās vt ō cibo illo comederet qđ solitū nō erat verisimile q̄ aliquid diceret vt eū ad rē insolitaz inuitaret. ⁊ ita aperiret ei de qua arbore esset simil'r exꝑte viri: cū enim nūc adam videret sibi offerri fructū ad māducandū verisile est q̄ peteret q̄re ei offerebat cibum:q; ipse per se illa nō offerente poterat accipere de quacūq; arbore vellet: ⁊ ideo ne cesse est q̄ illa exp̄imeret cur faceret: ⁊ ita nō solū nomen arboris:vñ sumpserat sed etiā quare attulerat referret:adaz igitur sciret de qua arbore esset fructus. ¶Dicendū igitur q̄ ordo videt iste fuisse. Quia eua postq̄z comedit iuit ad virū suū ferens de fructu illo:siue hoc faceret optans euz fieri participem tanti boni. i. q̄ efficeret sicut deus sciens bonuz ⁊ malū:siue putans non posse aliter in ea cōpleri qđ serpēs dixerat nisi ambo comederent ⁊ exposuit ei q̄ serpens dixerat ei oia ex ordine ⁊ comederat neq; quicq̄z mali ei aduenerat:ꝓpter qđ credebat certissime futurū qđ reliquū erat. ſ. q̄ efficerentur sicut dij si comederent ambo:ideo orauit q̄ comederet:ꝓpter qđ cum nosset adam cuius arboris esset fructus ille peccaret comedendo sicut si ipse sumeret de arbore vt eua. ¶Queret quare adā voluit manducare de fructu signi illius cum sciret a deo vetitum esse. ¶Aliquis dicet qđ voluit eo modo quo eua qui etiā vetitū sciebat sed manducauit putans q̄ efficeretur sicut deus: sciens bonum ⁊ malum. ¶Sed dicet q̄ non stat: q; tunc reduceret adaz sicut eua cum crederet esse posse qđ non poterat: ⁊ tm̄ adam non fuit seductus: q; Apo. prima thimo. ij. dicit q̄ adā non est seductus: Eua autem seducta in preuaricatione fuit: ergo nō comedit adam putans se futuruz sicut deus per esum ligni. Sed videt dicendū q̄ adam comedit vt placeret vxori rogabat enim illa euz instanter vt comederet: ille vero tenerrime diligebat eā. ideo vt non cōtristaret eam assentiens voluntati eius comedit: ⁊ hoc Augu. sentit quod videt esse rationale. Et hoc apparet primo q; diabolus non sciret adam talez esse vt assentiret in ea re ꝑcibus vxoris nō trāsmitteret vxorem ad illum sed eam transmisit: ⁊ ipse per se tentare noluit: ergo ita adam superaretur. ¶Secūdo q; si adam talis esset vt decipi posset ex dictis mulieris ⁊ deceptus manducaret potius decipi poterat verbis serpentis que erant immediate a diabolo prolata que esset magis artificiosa: ⁊ plura dicere posset atque ad decipiendum efficatioza: sed diabolus non elegit modum illum. ideo non putauit q̄ adam decipi posset: sed precibus vxoris superaretur quoniam eam diligebat: illa vero apud eum instaret: quia forte putabat nō se consecuturam quod serpens dixerat quousq; ambo comederent: quia ita dixerat. Scit enim deus quod in quocunque die comederitis ex eo aperientur oculi vestri: ⁊ eritis sicut dij scientes bonum ⁊ malum: ⁊ ideo vt non fundaretur eua desiderio suo omnibus modis apud virum instaret vt ille sumeret de cibo: ille vero precibus flexus ⁊ si non putaret

ex illo

£

Solutio obiectiōis.

Qō. 528. A cuz eua nō esset assecuta q̄ promisit diabolus cur dedit viro vt comederet.

R° Cōfutatio p̄. rō. 2. rō. 3. rō.

4. rō.

B

A Qō. 529. An eua dixerit ade ō qua arbore erat fructꝰ vel quid dixit.

R° p̄. rō.

2ª. rō

3. rō

4. rō.

B

A qō. 530. cur adā voluit mandu care de fructu qué sciebat vetitum. Rñsio Confutatio

et illo cibo se futurum vt deus manducauit complacitu-
rus vxori ne tedio illa tabesceret: sed an adam deceptus
fuerit et in quo infra dicetur. ¶ Cum autem adam comedit
fructum ab vxore oblatum aperti sunt oculi amborum. scilz
vxoris et viri: vt dicitur supra.iij.c. et viderunt se esse nudos
de qua apertione oculorū dubium est quid sit: aliqui dicūt q̄
vere aperti sunt oculi eorum quasi prius non viderent et tūc
videre ceperint. ¶ Sed istud falsum est qō multis rōnibus
supra destruximus: potissime: q̄ imediate ante hoc dicebat
q̄ mulier vidit lignum: et ita tulit de fructu eius et comedit.
¶ Alij autē dicunt q̄ aperti sunt oculi eorū. scilz. itellectus
cuz prius non intelligerent tunc intelligere ceperunt: et hoc
vult Josephus. s. q̄ plantatio illa causa acuminis erat. et in-
tellectus lib. primo. antiquitatū. ¶ Sed hoc falsuz est: vt su
pra etiam tetigimus: nā lignū non poterat ita subito facere
eos cognoscentes aliqd. nā licz bonus cibus disponat orga
na melius ad operationes intellectus non fit hoc subito: sed
per successiones magnas cum cibus non cōferat directe ad
opus intellectus sed indirecte: etiā quia falsuz est qō presup
ponit. s. q̄ prius non intelligerent: non eni crearet eos deus
in tali imperfectione cuz perfecta sint opera dei. ¶ Alij di-
cunt q̄ creauit deus illos habentes intellectuz et tamē erat
ligatus intellectus vt non possent intelligere quousq̄ come
derunt de ligno: et ita etiam dicunt aliqui q̄ primi parentes
ante peccatū non potuissent carnal'r cōmisceri: q: hz vim ha
berent et organa ad hoc erant vires ligate in hūs vt nō pos-
sent exire in actū ante peccatū. ¶ Sed dicendū q̄ istud est
ridiculum et est absurdū: est quidē ridiculuz dici q̄ habebāt
potentias aliquas ligatas: q: perfectio rei non est in potētia
sed in actu: quicunq̄ ergo potentiā ligatam habent fm hoc
imperfecti sunt: et tamē deus nō creauit eos imperfectos cū
potius in statu inocentie maiorē pfectionē habuerint quaz
post. ¶ Secundo q: absurdū erat q̄ potentie soluerent ad
actus per peccatū: nam si aliqua ligatio vel imperfectio cōce
di posset prius fuisset in primis parentibus cū incōueniens
erat poni q̄ illa per peccatum tolleret cū potius per pecca-
tū fuerint inducte pene: vt patet supra. iij.c. ergo cū comedē-
do de ligno illo peccauerint non aperiret tūc intellectus eo-
rum ad primuz intelligendum quasi prius non intelligeret.
¶ 3° q: si ita eēt nō potuissent peccare cū petū nō sit nisi in
rōne vtētibus etiā nō daret eis preceptū cū nō det nisi itelli
gētibus qd iubeat et potētibus agere illud et p̄riū. ¶ 4° q:
apparet q̄ ante hoc intelligebant: nam et mulier que mino-
ris perfectionis intellectualis erat respōdebat ante peccatū
ad dicta serpentis. ergo erat intelligens: non ergo nūc aperti
fuerunt oculi eorum. i. ceperunt intelligere. ¶ Alij dicūt vt
ra. salo. q̄ aperti sunt oculi amborum. s. ad cognoscendū malū:
nam ante hoc bonū solū cognoscebant nūc vero etiā maluz
cognouerunt: et hoc inceperunt cognoscere: et ad hoc mouē
tur: q: lignū illud vocabat scie boni et mali: et ita comedēdo
de illo scirent bonū et malū et quia ante hoc qō comederant
non cognouerant malum: nunc vero cuz comedissent statim
cognouerunt malum. ¶ Sed dicendū q̄ falsum est: prio q:
istud non est possibile q̄ aliquis cognoscat bonuz et non co-
gnoscat malū cū oppositorum sit eadem positio et eadē disciplī
na. ergo qui cognoscit bonū cognoscit malū. imo vnū idicat
alterū. ¶ Scō patet q: etiā adaz et eua ante hoc cognosce
bant malum: q: cognoscebant mortē: nā deus dixerat eis q̄
in quo die comederent de ligno illo morte morerēt: supra. ij.
c. et ita ipsi intelligebāt quid noie mortis signaret: sed mors
malū quoddam est. ¶ Tertio q: motiuuz ex noie ligni non
adiuuat. Nā si pp hoc q̄ comederūt de ligno illo cepunt ēt
cōgscere malū ceperūt cognoscere bonū cū illud vocet lignū
z voluntas impat id fieri qō cōcupiscentia petit: z tñ no possunt illi explere qō cupiunt: siue q̄ non hñt semen siue q̄ deficit spēs: ideo nō ponit illa ad necessitatem motus genitalis
A Qō. 577. Determiatio. vasis ¶ Dōm q̄ veritas huius rei est q̄ fit ꝓpter ꝺditionē
organi: q̄ ois appetitus ptis irrationalis est motus quidaz:
q̄ est in organo: z fit in illo organo qō est ſbm illius virtutz:
z q̄ cōcupiscentia venereoz hz̄ p organo genitalia: z quaſ

dam alias partes propinquas fit motus concupiscentie in illis. Cum autem dz quare non fit motus in organis aliarum
virium: sicut in organo concupiscentie veneree dōm q̄ i hoc
decipiunt qui ad pauca aduertunt: ois vis apetitiua.i.cōcupiscibilis: z irascibilis hz organū in quo est motus eius: ſz est
duplex organuz: vnū est qō est organum: z ſbma: aliud est organum tm̄: z non ſbm. Primus vocamus illud vbi vera illa
vis est fm ſbam non.n.sunt iste vires absolute: sicut intellectus: sed vires māles: q̄ si essent absolute non daremus eis
locum certū in corpore: sicut neq̄z intellectui: ſz cū sint vires
māles damus eis determinatas ptes corpis in qbus ita sūt
q̄ non sunt alibi: sicut visiua virtus: ita est in oculo q̄ nō est
alibi: sic de auditiua: z odoratiua. Scōm est organuz: z non
ſbm: z istud est in quo nō est virtus illa realiter: ſz p illud expletur actus ad quē inclīnat illa virtº. De primo dōm q̄ fm
per mouet a virtute illa.i.i eo fit motus ille quem vocamus
passionē: de scōo dicimus q̄ non mouet ab illa vi cuz non sit
ibi: ſz mouet impatiue a voluntate cui obediunt oia mēbra
corpis: z mouet executiue a vi motiua q̄ est in illo mēbro ſz
q̄ inuenit in toto corpore in ptibus musculosis: z lacertosis
Supposito hoc dōm q̄ non est aliud de cōcupiscentia venereoz q̄z de ira q̄z de cōcupiscentia cibi: z ceteris passionibus
atq̄z viribus aie: q̄ quelibet hz organū: z ſbm: z illud mouet
fm iram: z has cōcupiscentias: q̄ motus factus in organo
vocat passio: z est ira vel est cōcupiscētia: ille aūt motus non
est semp actu: sed vis fm quā fit ille motus q̄ est cōcupiscibilis vel irascibilis: ſz sunt ista organa interioza: q̄ cōcupiscentia ciboz: z potū est in interioribus vbi dicimus esse famē:
z sitim vt in epate: vel stomacho aut alīq̄ mēbris ira aūt est
i.vis irascibilis: vt aliqui volunt in felle: z vt alīq̄ in epate: z
alīq̄ dicunt in corde: sed qcqd sit sunt ista mēbra interioza: z
q̄ ira nō est vis aliq̄ sed passio facta q̄ est motus fm vim irascibilē est motus ille in organo: z hunc motū nece est fieri ab
ipsa vi irrationali siue rōne.i.nō expectata rōne neq̄z et obedīdo ei: nā ira insurgit sine impio rōnis: z durū est rōni pla
care irā concitatam: ergo mouent organa ibi sine rōne: z ꝫ
rōnem. Idē fit in appetitu ciboz q̄ est fames: z i appetitu potus q̄ est sitis: nā fiunt non moūēte rōne: z tñ sitis: z fames
sunt motus facti in organo fm quādam vim irrationalē aie.
Sunt aūt quedā ptes corpis per q̄s explent actus ad quos
inclinant iste vires nam ira inclinat ad vindictā motus autē
qui est ira fit interius i organo ꝓpio vis irascibilis: ſz executio que est vindictā accipere nō fit p illud organū: ſz p exteriora: z maxime p manus: ille aūt pñt vocari large organa ire: ſz
non ſbm. Et ideo motus irrationalis qui est fm iram nō est i
manibus neq̄z in pedibus: q̄ non sunt subiectū ire aut vis
irascibilis: sed solū iste partes obediunt rōni ad exequenduz
id qō p iram appetimus qñ rō illud exequi impat: z ideo nulla deordinatio: z nulla turpitudo pōt esse in mānibus aut pe
dibus: q̄ nullo modo mouent a pte irratiōali: ſz a sola rōne.
Sic aūt est de cōcupiscentia ciboz: z potū: q̄ illa vis con- A qō. 578
cupiscibilis hz pro subiecto stomachum vel epar: ideo motus
ille qui vocat cōcupiscentia aut appetitus cibi est in illis mēbris: z non in alijs: z mouent illa ꝫ impium rōnis: ſz partes
executiue ad sumendū cibum: z potū quē desiderat illa vis:
sunt: os: palatū: dentes: z alia hȝs coniuncta: iste ptes nō sūt
ſbm illius virtutis cōcupiscibilis: ideo motus q̄ vocat concupiscentia: aut fames vel sitis nō fit in eis: ſz subdunt rōni qñ
impat cibum sumere: z ob hoc nulla inordinatio aut turpitudo in eis est: quasi nihil preueniat ad ea de motu partis irrationalis aie. De cōcupiscētia venereoz est idē q̄ hñt organū qō sit ſbm: z organū p qō fit exectio actus ad quē inclinat
cōcupiscētiale venereoz: ſz ē hic aliqd spāle.s.q̄ idē est organū qō est ſbm ipsius vis cōcupiscibilis: z organum qō est ad
exequēdū actū ad quē vis illa inclinat organū huius vis cōcupiscibilis sūt gēitalia vasa tā in viro q̄z in feia: z q̄dā ptes
ꝓpinq̄ interius: in hȝs.n. subiectat illa vis concupiscibilis
appetitus aūt q est fm illā vim: z nō est semp in actu est motus factus in hȝs ptib9: z illū motū vocamus cōcupiscētiā venereoz. Et dicimus q̄ illa mēbra mouent ꝫ rōne aut nō expectata rōne: q̄ nece est ita fieri cū sit ibi vis irrationalis aie
cui inatum est rōni obuiare lib.j.ethi. z hoc idē fit i irascibili: z in cōcupiscibili ad cibū: z potū vt ostēsum est: ſz solū differt i hȝs: q̄ irascibilis: z cōcupiscibilis ad cibū hñt organa q̄
sunt ſba interius: z motus earū nō appet i organo: cōcupisci

bilis ad

bilis ad venerea hꝫ organum exterius qđ eſt ſbm: ⁊ ideo motus illius appet. Ex quo cõcludit ꝙ organa q̃ ſunt ſba cõcupiſcibilis ad cibũ: ⁊ irraſcibilis hñt inordinationẽ: ⁊ turpitudinem cũ in eis fiat motus p̃ rõnem: ⁊ tñ de iſtis non poſſumus erubeſcere: qz interius ſunt: concupiſcibilis ad venerea hꝫ organũ exterius: ideo de illo erubeſcim⁹: qz ibi appet motus factus p̃ rõnem ſi aũt cõcupiſcibilis ad cibũ: ⁊ irraſcibilis haberẽt foris organa q̃ ſunt ſba fieret in eis motus p̃ rationẽ: ⁊ de illis membris erubeſceremus: ſicut de genitalib⁹ aut ſi cõcupiſcibilis ad venerea haberet organũ qđ eſt ſbm interius: ⁊ vaſa genitalia non eſſent ſbm: ſꝫ ſolũ organũ executiuũ non eſſet aliqs motus p̃ rõnem in illis vaſis: ſꝫ ſolum moueren̄ impio rõnis ad executionẽ actus venereoꝝ: vnđ neq; eſſet ibi deordinatio aut turpitudo aliq̃ potius q̃ in⁹ dẽ tibus qbus cibũ terimus: ⁊ nõ erubeſceremus de illis. Iſta aũt eſt veritas: ⁊ nõ eſt dẽia aliq̃ inter iſtam vim: ⁊ alias vires irrationales niſi ꝓpter habere ſbm interius: ⁊ exterius: ⁊ qñ videmur. ſ. negare ꝓuenire iſtud ex cõditione organorum: intelleximus de organis executiuis q̃ non ſunt ſbm vitium harum irrationaliũ. ¶ Sed qz diximus. ſ. de potentia gñatiua ꝙ non participat rõne neq; obedit ei: neq; ẽt aduerſatur illi: vi eſſe dubiũ: nam tunc motus factus ſm eam aut i vaſis eius nõ eſſet turpis: ſicut neq; opatio nutritiue: ⁊ augmẽtatiue: ſꝫ erubeſcimus de organis gñatiue virtutis: ⁊ opationibus eius: ⁊ nõ erubeſcimus de opationibus nutritiue: ⁊ augmẽtatiue. ¶ Dõm ꝙ hoc ꝓuenit ex ignorãtia eorũ q̃ diſtinguere neſciunt inter potẽtiã gñatiuã ⁊ vim cõcupiſcibilẽ: nam potẽtia gñatiua nõ hꝫ aliqđ turpe neq; actũ neq; organũ vis aũt cõcupiſcibilis in vtroq; ponit turpitudinem. ¶ Prima dẽia eſt: qz potẽtia gñatiua eſt virtus nãlis q̃ non eſt humana: ſꝫ cõis quedã: ⁊ plantatiua: vis concupiſcibilis ad venerea nõ eſt nãlis: ſꝫ aialis: ⁊ ideo inuenit potẽtia gñatiua in arboribus: ⁊ in oi planta: ſꝫ vis cõcupiſcibilis venereoꝝ non eſt niſi in aiali: ſꝫ neq; in omni aiali: ſꝫ ſolũ in aialibus pfectis. ſ. in qbus eſt diſtinctio marij: ⁊ feie. ¶ Scõo qz gñatiua potẽtia cũ nõ ſit humana nõ obedit rõni neq; eſt p̃ rõnem: cõcupiſcibilis aũt rõni obuiat: ⁊ ẽt interduꝫ obedit ei q̃ſi ſuadeat: vt dr̃ li. j. ethi. ¶ Tertio qz gñatiua nõ appetit: ſꝫ operat: ⁊ ideo eſt virtus nãlis: cõcupiſcibilis aũt ad venerea nõ operat: ſꝫ cõcupiſcit vel deſiderat. ¶ Quarto qz potẽtia gñatiua eſt pure actiua: ⁊ nihil hꝫ paſſiuũ: ideo id qđ ſm eam fit vocat actio vel opatio: cõcupiſcibilis aũt nõ eſt pure actiua: ſꝫ paſſiua vnde motus ſm eam vocant paſſiones. ſ. ipſa actualis cõcupiſcẽtia venereoꝝ. ¶ Quinto qz potẽtia generatiua efficit aliqd in ſeie: ⁊ in fetu: vis aũt cõcupiſcibilis: venereoꝝ neq; circa ſemen neq; circa fetum aliqd opat. Circa qđ cõſiderandũ ꝙ cum generatio fiat p ſemen in eis que pmiſcent eſt tota opatio gñatiue virtutis circa ſemen: gñatio aũt ſeminis tam in maſculo q̃ in feia fit p operationẽ virtutũ nutritiue: ⁊ nõ p virtutẽ gñatiuã: accipiẽdo in vtroq; ſemẽ: ꝫ ꝓprie in ſolo maſculo ſit ſemen i feia aũt vocamus ſanguinem mẽſtruũ in feia ſpẽi humane: in femellis alioꝝ aialium eſt aliqd ꝓportionale: ipſuꝫ aũt ſemen cuiuſcũq; ipſoꝝ ſit eſt reſiduũ tertie digeſtionis eius cibi q eſt vltimo diſpoſitus ad vltimã cõuerſionẽ. Et qz vis nutritiua pduxit cibũ vſq; ad illam vltimã diſpoſitionẽ in q̃ cõuertit ipſa ſepat id qđ non eſt ſimile ei: ⁊ illud eſt ſemen tam in maſculo q̃ in feia: ideo ad gñationẽ ſeminis nõ eſt neꝯia vis gñatiua: qz ſufficit vis nutritiua: ⁊ tñ gñatiua diſtincta eſt a nutritiua. Sed totũ illud qđ relinquit ex illa vltia digeſtiõe colligit in loco vno: ⁊ vocatur ſemen: eſt aũt totũ res vnius generis: ⁊ in illo eſt potẽtia totũ corpus aialis. ſ. caro: os: neruus: ⁊ qcqd eſt alioꝝ: ⁊ nõ eſt potẽtia in ſpãli ad oſſa aut carnẽ vel neruũ q̃ſi in vna pte ſeminis ſit potẽtia caro in alia pte os in alia neruus: ſed q̃libet pars ſeminis eſt potẽtia totũ. i. tam oſ q̃ caro q̃ neruꝰ eo ꝙ ſemen hꝫ impfectã aſſimilationẽ: pfecta aũt aſſimilatio eſt qñ cibus eſt effectus actu, pars determinata corpis potẽtia ad partẽ determinatã: ⁊ nõ ad aliã eſt i cibo vltie digeſto qñ nulla ſepatio faciẽda reſtat ab eo: ⁊ eſt tractus ille ad mẽbra i. ad ſpãlia loca cõuerſiõis: qz tractus ad vnã partẽ: ꝫ nõ ſit actu pars eſt potẽtia ps illa: ⁊ nõ aliqd alterũ. Iſtã cõditionẽ: ergo hꝫ ſemen tã viri q̃ feie quãdiu mãet ſemen: qz eſt potẽtia totũ corpus. i. ps q̃libet corpis aialiſ nõ eſt actu ps aliq̃ neq; eſt potẽtia determiata ps: ſꝫ potẽtia q̃libet ps idifferẽter ſꝫ differũt: qz ſemẽ viri eſt potẽtia totũ: nõ qdẽ potẽtia paſſiua: ſicut dicimus lapides: ⁊ ligna eſſe potentia domũ: ſꝫ potẽtia actiua: ſicut dicimus formã in itellectu artificis eſſe domũ potẽtia: qz nõ ẽ potẽtia paſſiua cũ nõ ſit illa forma aliqđ mãle ex quo aliqđ fieri poſſet: ſꝫ eſt aliqđ actiuũ: ⁊ iõ ariſto. lib. xvj. de aialibus vocat potẽtiã q̃ eſt in ſeie maſculino artẽ: qz eſt forma actiua ſicut ars: ſemen aũt feminiũ hꝫ potẽtiaꝫ q̃ eſt potẽtia totũ: ⁊ tñ illa ẽ potẽtia paſſiua q̃ fieri põt ex ſeie illo vel ſanguine corpus aialis: ſꝫ ex ſeie maſculi non formaẽ corpus: ſꝫ ipſum eſt formãs. Et qz ad gñationẽ optet cõmiſceri ſeia: ⁊ cũ illa ſint ſepata in vaſis maſculi: ⁊ ſeie: nõ pñt cõmiſceri niſi emittanẽ: ad emiſſionẽ aũt oportet fieri diuiſionẽ: ⁊ hoc eſt mãifeſte opus potẽtie gñatiue: qz nulla alia vis hꝫ opationẽ ſup ſemẽ niſi gñatiua: ⁊ tñ opꝫ cõcedi iſtã diuiſiõeꝫ nõ emittiẽ tot ũſemẽ q̃libet vice: qz alias maſculus q ſemel copularẽ ſeie nõ poſſet iterũ copulari quouſq; manducaret: ⁊ biberet atq; digereret cibus relinqueretur q; ſemen: ſꝫ falſuꝫ eſt qz põt ſepiuſ copulari nõ ſumpto interim cibo neq; potu: ergo nõ emittit totũ ſemẽ ſil: ſꝫ diuidit. Similiter in feia fit: nã ſanguis q eſt mã ꝓparata a feia ad formationẽ fetus diuidit ꝓ vim gñatiuã q̃ eſt in feia: lꝫ. n. feia nõ faciat emiſſiõeꝫ cũ ſuſcipiat: tñ fit in ea diuiſio materie ꝓparate ad gñationeꝫ vt qñ feia cõcipit multos fetus: nã ex vno cõcubitu fit cõceptio oium: ⁊ nõ fieret niſi diuideret materia illa: ⁊ iſta diuiſio fit ꝓ vim gñatiuã. Deinde cõceptis ſeminibus fit formatio fetus ꝓ illã vim q̃ vocat formatiua q̃ eſt virtus mãlis deriuata in ſeie virili vel maſculino q̃ virtus hꝫ ꝓ organo ſpũ vitalẽ: ⁊ ꝓ ſubiecto: ⁊ eſt media in modo operandi inter intellm: ⁊ formas mãles: lꝫ nõ ſm eſſe de q̃ virtute: ⁊ opatiõe eius non intẽdimus plus declarare: qz nõ agit nũc ꝓcipaliter de hoc ſꝫ hec virtus formatiua eſt ab aia ſm potẽtiã gñatiuã emitẽtis ſemen: nã ꝓ eam pficit ſemen. In feia aũt lꝫ nõ ſit virtus formatiua: ſꝫ potius ſanguis quẽ ipſa miniſtrat formaẽ: tñ ipſa hꝫ potẽtiã gñatiuã ſm quã deducit ſemen ad aliquã perfectionẽ: ⁊ ſicut eſt dẽia maſculi: ⁊ feie ita eſt dẽia potẽtie gñatiue maſculi: ⁊ feie. Ideo feia nõ põt inducere ꝓ ſuã potẽtiaꝫ gñatiuã tantã pfectionẽ in ſeie quantam maſculus ꝓ ſuã potẽtiã gñatiuã. Et lꝫ vtriuſq; potẽtia gñatiua ſit actiua: ⁊ non paſſiua: tñ hꝫ ſe feia paſſiue ad maſculũ inquãtũ id ꝙ ꝓ feiaꝫ diſpoſitũ fuit eſt minus pfectũ eo ꝙ ꝓ maſculũ pficit: ⁊ ideo hꝫ ſe ad illud in potẽtia paſſiua. ſ. vt ab illo patiaẽ pfectiue: lꝫ de potẽtia gñatiua diximus. ¶ De vi aũt cõcupiſcibili ad quã ptinet cõcupiſcẽtia venereoꝝ dõm ꝙ eſt virtus alterius generis nõ cõicãs cũ gñatiua: iſta. n. inuenit in ſolis aialibꝰ: qz eſt appetibilis ſequit cognitionẽ: ſolũ aũt aial hꝫ cognitionẽ ⁊ ſupioza eo: iõ cõcupiſcibilis eſt aialiũ: ⁊ ad iſtã nõ ptinet efficere aliqd: qz ipſa nõ diſponit ſemen neq; perficit: ⁊ poſtq̃ emiſſuꝫ eſt nihil opat circa formationẽ fetus neq; intẽdit fetũ: ſꝫ ſolũ cõcupiſcit comiſtionẽ inquantũ in ea eſt q̃dam voluptas: ⁊ ſequit fantaſiã aphendentẽ: nã illa aphendit copulationẽ eſſe aliqd delectabile: ⁊ ad iſtã aphenſionẽ delectabilis q̃ſi alicuius cõueniẽtis ſequit appetitus. Iſte aũt appetitus eſt motꝰ i organo factuſ ſm illã vim cõcupiſcibilẽ: ⁊ hũc motũ vocamus cõcupiſcentiã venereoꝝ. Iſta aũt vis cõcupiſcibilis: ⁊ cõcupiſcẽtia venereoꝝ q̃ eſt motus ſm eã nõ ſunt ꝓpter ſe: ſꝫ ꝓpter vim gñatiuã: illa. n. eſt ſm q̃ formaẽ fetus: ⁊ aiaẽ: ⁊ cõcupiſcibilis nihil de hoc facit cũ nõ ſit opatiua ſꝫ appetitiua: ⁊ iſte appetitus nõ eſt niſi ꝓpter emiſſioneſ non n. fit gñatio niſi mixtis ſeminibus maſculi: ⁊ feie: ſꝫ non pñt miſceri niſi copulenẽ illi. Ideo debuit dari appetitꝰ ad copulam: ⁊ qz gñatio eſt multũ neꝯia inquatũ ꝓ eã cõſeruaẽ ſpẽſ debuit iſte appetitꝰ ee magnus vt nõ omitteret copulatio ſi aũt ſine appetitu fieret copulatio nõ põeret vis illa aut ſi generatio fetus fieret: itra marẽ: ⁊ itra feminã: ⁊ nõ eſſet neꝯia copulatio nõ ponerẽt cõcupiſcibilis ad venerea: qz ꝓ ipſam potẽtiã gñatiuã pficeret fetus itra gñantẽ. Et iõ in arboribꝰ nõ ponit vis cõcupiſcibilis neq; eſt neꝯia: qz fit gño ibi ſine copulatiõe: ⁊ ita vis cõcupiſcibilis nõ ſeruit: niſi mouẽdo ad copulationes: ⁊ iõ iſta vis nõ debuit ee niſi in ptibus ꝓpinqs ad locũ vbi retinet ſemẽ: ⁊ i vaſiſ ꝓ que emittit: ⁊ recipit. Jn ꝓ vt moueat titilãdo ad emiſſionẽ. Jn ſcõo vt cõcitent ipſa organa ꝓ q̃ fiet emiſſio: ⁊ ob hꝫ virilia magis ſeruiunt cõcupiſcibili q̃ gñatiue potẽtie: qz imediatius: qz tñ cõcupiſcibilis iſta eſt ꝓpter gñatiuã ẽt ſeruiẽt gñatiue: ⁊ ob hoc vocant vaſa iſta genitalia: qz vltio ordinant ad gñationẽ: lꝫ imediate ſeruiãt cõcupiſcẽtie. ¶ Queret nũc qñ in paradiſo apparuit

A Q̃. 581.

A Q̃. 582. Utruꝫ erubeſcẽtia ꝓ genitalia fuerint nãlis vel ſup: anãlis

turpitudo in genitalibus: ꝛ erubuerunt de eis an istud fuit
opinio ꝑ⁹ ꝑ⁹ rō 2.rō nāliter vel supernāliter: ¶ Aliqui dicunt ꝙ supnāliter p deum: nā si nāliter fieret prius factū esset cum in eo essent nālia
sed non factus fuit: ergo fuit diuinitus. ¶ Scdo qꝛ si nāliter
fieret non esset in penas: ꝛ tn fuit ista verecundia pena: ergo
opinio 2ª ꝑ⁹ rō 2.rō non venit nāliter. ¶ Alij dicunt ꝙ venit nāliter: nā si nō venisset nāliter nō esset nobis nūc: ꝛ tn manet: ergo nāliter prouenit. ¶ Scdo qꝛ ad hanc verecundiā sunt nobis cause sufficientes fm nām: ergo veniebat nāliter. ¶ Dōm ꝙ motus
factus in adam: ꝓuenit aliquo modo nāliter: ꝛ aliquo modo
non nāliter: fuit. n. in eo: ꝛ eua apparens de nouo turpitudo
quedā: ꝛ de illa erubueruut ꝙ. n. erubescerent prius nāliter fiebat: qꝛ istud est ꝓns ad mānifestationē turpitudinis: data ergo turpitudine mānifesta in eis sequebaꝭ nāliter: ꝛ nēcio
B ꝙ erubescerent. Sed de turpitudine ꝙ esset in eis cū prius nō fuisset: dōm ꝙ erat aliāliter p deū aliāliter fm nām: nam turpitudo erat inordinatio motus. i. ꝙ mouebanꝭ ille ptes ꝫ rōnem. s. nō iubente rōne: ꝛ ēt postea resistente ea: ꝛ prī nō fuerat sic: sed mouebanꝭ fm impium rōnis: ista inordinatio fuit a deo q priuauit hoiem dono dato: fuit ēt p nām inquantum in ea erant prīcipia ad hec faciendū. Et hoc ꝓz qꝛ si ordinatio viriū inferiorꝫ sub rōne ita ꝙ in nullo ei repugnēt esset fm nās ad hoc ꝙ tolleret ista ordinatio fieret aliqd diuinitus: ꝛ tūc diceremus ꝙ totaliter fuit istud diuinitus: ꝛ in penas. Sed ista ordinatio nō erat fm nām: ſz ex dono: iō ad tollendum istam ordinationē nō oportebat tolli aliqd qđ esset i nās ſz solū priuari hoiem dono: ꝛ hoc nō erat facere ꝫ nām: ſz potius sic fieri erat nāliter fieri nō existente dono manere. n. ordinationē illam erat aliqd nō nāle: ſz diuinū: ꝛ esse inordinationē est esse fm nām. ¶ Qđ vero illa ordinatio nō esset nālis ꝓz primo qꝛ ea q̄ sunt nālia nō ꝑeunt per pctm̄: qꝛ vt dicit
A Qđ. 593. Qđ ordinatio illa fi ect naturalis. ꝑ⁹ rō 2.rō dionisius lib. de diui. no. c. iij. data nālia ēt demones p pctm̄ nō ꝑdiderunt: ꝛ tn pctm̄ demonū fuit grauius pctō hominū ergo hoies nihil nāle ꝑdiderunt ꝑ, pctm̄: ſz illā ordinationes ꝑdiderunt cū in nullo hoie nūc sit: ergo nō erat nāliter. ¶ 2° qꝛ si nāliter esset ista ordiatio in hoibus nō esset ex dono gratuito: qꝛ dona gratuita distiguntꝫ ꝫ nālia data: ꝛ tn asseritur ab oibus doctoribus ꝙ sit ex dono gratuito: ergo nō erat sic fm nām. ¶ Tertio qꝛ id qđ rei est inatus est ei fm nām: ꝛ tn
3.rō inatum est viribus qbusdam aie repugnare rōni: ergo ordinatio ista non est fm nām: sed potius ꝫ nām ꝓz hoc li. j. ethi. vbi aristo: loquēs de inferioribus viribus dicit vī aūt in ipsis aliud qd ꝓter rōnem inatū qđ aduersatur: ꝛ obuiat rōni.
4.rō ¶ Quarto qꝛ an vires cōcupiscibiles: ꝛ irascibiles sunt appetibiles: ꝛ sunt aiales sequunt vim apꝛehensiuā vel cogniti uaꝭ q̄ est aīal fm ꝙ aialis: ꝛ ista est fantasia: ſz ista est distictū prīcipiū cognitiuū ab intellectu: ideo necesse est ꝙ aliqn̄ fiat motus fm illas vires: ꝛ nō fm rōnem. s. ꝙ nō semp fantasia cōcordat itellectui: iō semp esse vires illas subordinatas rōni nō solū non est nāle: ſz potius est ꝫ nām aut. s. ¶ Quinto qꝛ si esset hoc nāle non esset dīa inter organa qbus non
5.rō est prīcipiū motus: ꝛ ptes qbus est prīcipiū motus: sūt. n. q̄dam ptes corpis q̄ nō hnt nisi potētiā motiuā executiuaꝭ: ꝛ non hnt cognitionē neqꝫ appetitū sicut manus: ꝛ pedes: ꝛ fere oēs ptes exteriores corpis: iō necesse est moueri istas p aliqd qđ habeat cognitionē: ꝛ appetitū: ꝛ qꝛ in hoie est ps rōnalis in q̄ est cognitio: ꝛ appetitus. i. intellectus: ꝛ voluntas. Et ista membra sunt humana erit eis nāle moueri p impium rōnis: ꝛ nō alio modo. Sunt aūt quedā alia mēbra q̄ vltra vim motiuā executiuā q̄ in eis est hnt adhuc appetituꝫ sibi ꝓprīū q̄ est in eis vt i ſbo nēce est ergo vt aliq̄ diuersitas sit in motū istoꝝ: ꝛ illoꝝ: qꝛ alias supuacua esset vis appetitiua ꝓs data: vt ꝓpria: ſz primis nāle est moueri a sola rōne: ergo ista nō mouebunt a rōne: ſz nāle erit eis moueri p appetitum q est in eis q sequit quandā aliā cognitionē que nō est in rōne: ꝛ ꝙ sequant ista aliqn̄ rōnem erit magis p accidens ſz iste sunt vires de qbus querimus q̄ sunt vires irratiōales ideo nō est nāle eis esse subordinatas rōni: ſz potius. s. nām.
B Et ita dici pōt ꝙ fuit aliqualiter ista deordinatio nūc diuina
Decimatio. ꝛ aliāliter nālis: diuina fuit inquantū nō fuisset facta nisi p operationē dei: dederat. n. deus hoi donū gratuitū quo manente necesse erat ordinatas esse oēs vires inferiores sub ratione: ꝛ in reliq̄ pte tēporis q̄ vixerat adaz semp habuerat illud donū: ꝛ semp fuerant inferiores vires subdite superioriꝫ nūc vero si illud donū deus nō abstulisset nō cessasset illa ordinatio: qꝛ tn deus abstulit cessauit: ꝛ nō poterat aliqs illud donum semel datum auferre nisi deus vel tollēdo vel cessando opari in cōseruatione doni: ergo nēcia fuit diuina opatio ad hoc ꝙ cessaret ordinatio prior: ꝛ subintraret deordinatio
A qđ. 584 obiectio ¶ Sed aliqs dicet ꝙ nō erat nēcium opus aliqđ dei: ſz p se cessaret illud donus sicut qñ aliquis est in caritate: ꝛ gratia statim peccando p se amittit gratiā: ꝛ desinit in eo caritas: ꝛ nō est ibi aliq̄ dei opatio ad amouēdū gratiā vel caritatē: ita ergo peccante adā: ꝛ eua p se cessaret istud donū: ꝛ nō esset aliq̄ opatio dei ad tollendū illud: ꝛ tn ablato illo dono statiꝫ ex nālibus prīcipiꝭ sequebaꝭ deordinatio: ergo ad hoc ꝙ illa deordinatio tūc esset non requirebaꝭ aliq̄ opatio diuina ſz pure humanitus: ꝛ nāliter istud fieret. ¶ Dōm ꝙ nō est verum: ſz fuit ibi aliq̄ opatio dei vel amouēdo donū aut cessando cōseruare: vtrūqꝫ. n. diuinū est: ꝛ nō poterat fieri p aliquē nisi p deum ꝙ hō ꝑderet illud donū. Cum aūt obꝫcit ꝙ hns caritatē: ꝛ gratiā ꝓdit ea p pctm̄: ꝛ nō requirit ibi aliq̄ opatio dei amouentis aliqd horū: dōm ꝙ non est simile: qꝛ inter pctm̄: ꝛ gratiā est oppositio: ideo ex nā oppositionis hnt se tolere: ꝛ nō pōt vnū manere altero adueniente: vnde nō requiritur ad hoc aliqua opatio dei: sed de dono p qđ habebaꝭ illa ordinatio nō est sic: qꝛ illud erat donū gratuitū: ꝛ gratificās vnde nō hꝫ oppositionē ad pctm̄: ſz potest manere cū illo iō nō potuit p se auferri: ſz ꝑ opationē dei destruentis donum aut amouentis: ſz erat aliq̄ q̄litas absoluta vel p cessationez eius a cōseruatiōe illius ordinationis. Et ꝓz istud: qꝛ nō ꝑt illud donū statim post pctm̄: qꝛ peccauit eua: ꝛ nō apꝑuit in ea nuditaſ neqꝫ turpitudo: ꝛ iō adhuc pseuerabat ordinatio B illa post: pctm̄ aūt ade fuit ablata illa ordinatio: si ergo potuit stare aliquādiu illud donū cū pctō potuit mānere in eternū: ꝛ maneret nisi qs auferret: ꝛ ita cōcedēdū est ꝙ aliq̄ opatio diuina fuit ad hoc ꝙ cessaret ordinatio viriū inferiorꝫ ad rationē. ¶ Et iā pōt dici ꝙ nāliter subintrauit ista inordinatio qꝛ vires iste ex cōditiōe sua hnt ꝙ nō sequanꝭ rōnem: ſz p se
qđ. 585. moueanꝭ: ideo nāliter fit hoc: ꝛ nō diuinitus: si. n. feciſſet nūc deus moueri aliquā partē corpis: ꝛ aliꝫ vim ꝫ conditionez suam esset pure diuinū: ꝛ ꝓtineret ad modum miraculi: sicut ꝙ manus aut pedes mouerenꝭ ꝫ impium rōnis: ꝛ tn nō fuit sic imo ptes ille q̄ p se poterāt moueri mote sunt: iō non fuit aliqd diuinū qđ esset miraculosus aut ꝫ nām. Istud appet: qꝛ vt. s. tactum est quedā ptes corpis hnt solā vim motiuam executiuā: ꝛ istas necesse est rōni obedire in hoie: vt sunt manus: ꝛ pedes: ꝛ q̄si oēs ptes corpis exteriores: nā in eis nō ponimus aliq̄s vim apetitiuā: ſz solā motiuā: ꝛ qꝛ illa est executiua non pōt p se moueri: sed est organū alterius: ꝛ nēcio obediet alteri impanti: qꝛ alias nō esset illa executiua ad hoc aūt ꝙ exequens motū exequaꝭ opꝫ esse appetitū: ꝛ qꝛ appetitus nō est sine cognitione opꝫ ꝓcedere cognitionē: ꝛ tūc sequit impium: ꝛ executio: vnde vires ipsas executiuas impossibile est moueri sine impio: ꝛ necesse est moueri impante ea vi cui subdunt. In hoie aūt est duplex appetitus. s. irratio
B nalis q̄ est cōcupiscibilis: ꝛ irrascibilis: ꝛ appetitus ratiōis q̄ est voluntas: ꝛ ita est duplex cognitiuū ꝓcedēs appetitū s. intellectus ꝓcedit voluntatē: ꝛ fantasia cōcupiscibiles: ꝛ irascibilē: ideo poterat cogitari ꝙ membra sequerenꝭ appetitū irrationalē: ꝛ cognitionē fantasticā: vel ꝙ sequanꝭ voluntatē: ꝛ intellectū: ſz non pōt esse ꝙ mēbra executiua sequanꝭ appetitū irrationalē: ꝛ fantasiam: qꝛ appetitus ille non est in oibus mēbris: ſz in qbusdā: ideo illa potuerūt seruire appetitui irrationali: ſz nō oia: ſz necesse est ꝙ oia seruiant appetitui q̄ est voluntatis eo ꝙ ille est appetitus humanus: ꝛ superior: ſz iste ptes sunt humane: ideo executiue vires in eis existētes nō sunt executiue nisi impꝫ voluntatis qđ est impium rōnis: ꝛ ideo moueri oia membra exteriora p imperium rōnis est naturale: ꝛ moueri ꝫ rōnem vel non fm rōnem esset ꝫ naturam. Unde si deus feciſſet nunc ꝙ in adam: ꝛ eua membra exteriora vt manus: ꝛ pedes mouerenꝭ ꝓter rationem feciſſet rem ꝫ naturā: ꝛ ista esset miraculosa: est. n. istis naturale vt nunqꝫ moueantur ꝫ rōnem. i. resistant illi: qꝛ nō hnt aliquod aliud ꝓncipium per quod moueantur: etiā nō possunt moueri anteqꝫ ratio imperet: qꝛ tunc haberent aliquid aliud imperium: sed non habent: ergo non possunt prius moueri qꝫ ratio iubeat: ꝛ hoc est ista esse penitus subdita ratiōi. Alie aūt sunt partes corporis que hnt aliquas vires motiuas vltra motiuas executiuas. s. hnt appetitus quosdaz

qui sunt

qui ſunt principium motus per imperium: ⁊ ideo in quibus eſt talis appetitus non eſt eiſ naturale moueri a rõne: ſed ab illis appetitibus: illos vero appetitus concordare aut ſubordinari rõni: non eſt naturale: ſed. ſ. naturam: nam concorda re erit per accidens: ſubordinari non eſt per accidens: ſed. ſ. naturam ab aliquo agente intendente: q; cũ in talibus mẽbris ſit ſufficiens principiũ ad hoc q; per ſe moueantur mouebuntur aliquando per ſe: q; alias ſuperuacuus eſſet illud principium: ſed ita eſt de oibus illis membris quorum ſunt vires irrationales vt virtuteſ: ⁊ illa membra ſunt ſubiecta: ⁊ organa: ⁊ ſunt ille vires appetitus conſequens quandam cognitionem que non eſt a ratione: ideo in illis potent eſſe motus ſine rõne. ſ. non expectata illa: etiaꝫ poterit eſſe motus cõtra rõnem: q; cum ſint diſtincta principia motus ſufficientia ⁊ ab inuicem non dependentia non eſt inconueniens vnus repugnare alteri ſaltem per accidens. Et ideo dicendum q; concordare vires irrationales in ſuo motu eſt per accidens: q; cũm non habeant aliquam neceſſariam habitudineꝫ contingent concordare: ſicut cõtinget diſcordare: q; vero ſint iſte vires ſubordinate rationi non eſt per accidens: ſed fit aliquã do talis ordinatio: q; illa dicit quandam neceſſariam connexionem illarum ad rõnem non poterit fieri niſi per aliquod agens quod ſit ſuperius vtriſq; viribus: ⁊ iſtas illi ſubordinet ex intentione: ⁊ durabit ſubordinatio quãdiu illud agẽs conſeruauerit illam habitudinem vel ſubordinationem. Sicut aliqualiter eſt ſimilitudo de aqua que naturaliter eſt frigida: ⁊ per agens ſuperius: ⁊ maius in actione. i. per ignem vel ſoleꝫ quando viuat in qualitate actiua efficitur calida: ⁊ tamdiu manebit illa caliditas quamdiu ignis vel ſol qui eaꝫ calefecerunt continuẽt actionem ſuã ſuper eam quibus ceſſantibus aqua per naturalem virtutem ſuam reducit ſe infrigiditatem proprìam quam prius habuerat. Ita eſt de viribuſ iſtis irrationalibus. i. irraſcibili: ⁊ concupiſcibili que ſunt p ſe ſufficientia principia operationum vel motuum ſine ratione: nam operabuntur per ſe non expectata rõne: ⁊ interduꝫ cõtra illam niſi quando aliquod ſuperius agens ſubordinauerit eas rõni: ⁊ tenuerit eas: ſic ⁊ q; per illam actualem ſubordinationem non tollitur natura ipſarũ: manẽt ipſa vt principia ſufficientia ad operationem: ſed ſunt impedita agere p ſuperius agens quod ea tenet: quando ergo ceſſauerit illud agens ſic tenere illas vires redibunt in naturalẽ conditionẽ ſuam: ⁊ incipient per ſe operari non expectata ratione: ſi tñ per illam ſubordinationem tolleretur nã ipſarum qua ſunt p ſe ſufficiens principium actionis etiã ceſſante ſuperiori agente non redirent ille ad per ſe agere: ſed manerent ſemper ſubdite rationi: ſicut qñ aqua calefit: ⁊ perdit actualem frigiditatem ſi perderet nãm proprìam qua frigiditas eſt ſibi naturalis nunq; poſtea efficeret frigida etiam ceſſante igne calefacere: ſed q; per calefactionem actualem non perdidit naturã proprìam. ſ. virtualem frigiditatem ſtatim: vt ceſſauerit ignis calefacere reducet ſe per ſe ipſam ſine alio agente ad actualẽ frigiditatem. ¶ Sed dicendũ q; licet ſit nãle illis viribus. i. cõcupiſcibili: ⁊ irraſcibili per ſe moueri non expectata rõne tñ non eſt naturale q; moueant membra in quibus ſunt motu executiuo: ſed ſolũ q; faciant quendam motũ in membris qui vocaꝫ appetitus: ⁊ quantũ ad iraſcibilem vocaꝫ ille motus ira vel iracundia vel aliis nominibus quantũ ad concupiſcibilem vocatur motus ille concupiſcentia: ſiue ſit concupiſcentia venereoꝝ ſiue concupiſcentia cibi: ⁊ potus: ſed ipſa organa nõ poſſunt mouere motu executiuo qui eſt motuſ quaſi localis. Et cauſa eſt: q; ille motus fit executiue per potentiã motiuã executiuaꝫ que eſt in muſculis: ⁊ lacertis: iſta tñ potentia motiua in hoie non eſt ſubordinata niſi rõni in hoie: ⁊ in aliis animalibus ſuperiori perfectioni ſm formam vel aiam ipſorum. Et hoc p iſtas vires cõcupiſcibilem: ⁊ irraſcibilem ſit motus appetitus in ipſis organiſq; eſt cum quadã alteratione ipſorum organorum: ⁊ interdũ aliarum proprìarum partiũ: ⁊ quanto ille motus eſt fortior tanto eſt maior alteratio: vt p̃z in ira vehementi: ⁊ tñ nullum organũ mouetur localiter ad executionem illius appetitus: q; ille vires non pñt impare viribus motiuis executiuis non ſolum aliorum membrorum: ſed neq; ſuorum. ¶ Contra quod aliquiſ obiciet: q; in organis genitalibus maſculinis fit motus localis etiam non impante rõne imo contra eius imperium: ⁊ ita videtur ibi obedire potentia executiua motiua appetitui vel ipſa concupiſcentia per ſe poteſt mouere organuꝫ executiue. ¶ Dicendum q; neutrum eſt: nam non poteſt vis concupiſcibilis per ſe mouere aliquod organuꝫ executiue: q; excedit genus ſuum cuꝫ ſit virtus imperatiua vel motiua principium: ⁊ non executiue: ſicut neq; voluntas que eſt appetitus irrationalis põt mouere aliquaꝫ partem coꝛpis localiter ſed ſolum imperando. Et ideo ſi deeſt virtus motiua executiua non erit motus ſi voluntas: ſicut appet in coꝛpibus paraliticoꝛum: ita dicit ariſto. lib. j. ethi. feruntur. n. quemadmodũ diſſolute coꝛpis particule in dexteram p̃eeligentium contrario mouere in ſiniſtram p̃aue ferunt: ⁊ hoc fit: q; ille partes ſunt diſſolute: ⁊ non manet colligatio earum cum toto: vt moueantur per potentiam motiuam: ⁊ ſic q; deeſt ibi potentia motiua non moueant licet voluntas illud impet. Etiã non poteſt cõcupiſcibilis que eſt in organo imperare motiue potentie: vt illud localiter moueat: ſi hoc ſolum fit p imperiũ voluntatis cui oĩa membra naturaliter obediunt: ⁊ cum dr̃ de motu locali dõm q; nunq; mouet genitale per imperium cõcupiſcẽtie venereoꝝ: ⁊ motus qui interdum ibi fit non eſt a potẽtia motiua impata a cõcupiſcibili: ſed eſt a ſpũ incluſo diſcendẽte organo cui⁹ eſt cõditio: vt ſic diſcendi põt. ¶ Circa qõ conſiderandum q; actus ad quẽ mouet cõcupiſcibilis venereoꝝ eſt cõmiſceri carnaliter cũ emiſſione ſeis: iſte autẽ non põt perfici per ſolã concupiſcibilẽ neq; etiã per ſolã rationem neq; ẽt per rõnem cõcurrentẽ cõcupiſcentie niſi aliquid alterum adſit. De p̃ p̃z q; cõcupiſcibilis non poteſt niſi mouere inclinando q; motus eſt ipſa cõcupiſcentia venereorum: ⁊ actus non cõſumatur in ſola inclinatione: ſed indiget executione. ¶ De ſecundo p̃z q; rõ põt mouere mẽbra: ⁊ tñ ſi non ſit ibi cõcupiſcentia venereoꝝ nunq; cõplebitur act⁹ ſicut dicit augu. lib. xiiij. de ciui. dei. c. xix. ſ. aut vero genitaleſ coꝛpis ptes ita libido ſuo iuri quodãmodo mãcipauit vt moueri non valeant ſi ipſa defuerit: ⁊ niſi ipſa vel vltro vel excitata ſurrexerit. ¶ De tertio p̃z vt i impotentibus in qbus eſt appetitus venereoꝝ: ẽt voluntas impat membris ad executionẽ: ⁊ tñ non pficitur coitus idem in potentibus q; per frequentatũ coitũ exhauſti ſunt: q; cũ repetunt cõcubitum non pñt illum pficere: aliq̃d ergo alteruꝫ requirit ad pficiendum. Cauſa huius eſt: q; ad cõplendum cõcubitũ vltra vim cõcupiſcibilem: ⁊ cõcupiſcentiã: ⁊ voluntatẽ impantem: ⁊ organum: ⁊ virtutẽ motiuã cui impat ratio que cõiter habentur ſemp vel quaſi ſemp requirunt tria: ſine quibus non fiet. ſ. ſemen: calor: ſpuſ vbi ſemen deeſt non fit concubitus: eſſe autẽ illud nõ eſt in ptãte hoiſ: vnde nõ eſt per voluntatẽ neq; ẽt per vim cõcupiſcibilem que non operaꝫ: ſed mouet: ſi eſt per virtutẽ nutritiuam que illud reſiduũ facit ex vltima digeſtione: ⁊ p gñatiuaꝫ que illud ſepat: ⁊ fluere facit: ⁊ iſtud eſt q̃ habere eſt miꝰ in ptãte nr̃a q̃ cetera. Aliud eſt calor: ⁊ iſtõ eſt necium: q; ſine calore nõ eſt motus cõcupiſcentie cuꝫ fiat ſm quãdã realẽ alterationẽ: ẽt ſine calore nõ fit motus ſeis ad emiſſionẽ: ſi emiſſio cõplet actũ. Tertiũ eſt ſpũs. i. vẽoſitas q̃dã reſoluta iplẽs: ⁊ diſtẽdẽs genitale: organuꝫ. n. virile p ſe p̃hĩ: ⁊ flectiꝫ. Et iõ ineptũ ad cõmixtionẽ q̃ nõ fiet ſine ſubintratiõe in⁹ vas femineũ: ad hoc aũt ſpũs adiuuat: q; iplet: ⁊ inflat organũ: ⁊ iõ indurat: ⁊ diſtendit atq; nõ flectitur: ⁊ ita aptũ reddit penetratiõi: ⁊ pmixtiõi: ⁊ cõuẽit ſpũs ꝓpter cõditionẽ organi cuius nõ eſt ſemp vna cõſiſtẽtia ſicut ptes dure coꝛpis: vt digiti: nã ſemp illi retinẽt ꝓpriã magnitudinẽ atq; duriciẽ: ſi genitale viri eſt neruoſum: ⁊ cartilaginoſum: ptes aũt cartilaginoſe iflant: ⁊ indurant: ⁊ ita reddit organũ aptuꝫ. ¶ Sꝫ ſup hec tria nõ hꝫ ptãtẽ volũtas neq; viſ cõcupiſcibilis neq; ambo ſil: ſi q̃dã eoꝝ exopationibus aliaꝝ virtutũ ꝓueniũt: ſicut ſemẽ a virtute nutritiua: ⁊ ad hꝫ nihil ꝓdeſt ſe ipſuꝫ excitare: q; nihil plus ſeis hẽbit q; ſe excitat ad cõcubitũ quã q; cõcupiſcẽtiã expectat. ¶ Scõm. ſ. caloꝝ ꝓuẽit ex nã. ſ. q̃dã ſunt q; calefaciũt valde: ⁊ iõ inflamant ad libidinẽ: ita dixit apl̃s nolite iebriari vino i quo ẽ luxuria ſ. q; calefaciẽdo mouet ad venerea: ⁊ iõ ẽt ſumptis q̃buſdam cibis ſumus magis ad venerea ꝓni q̃ aliis ſumptis: q; illa magis mouẽt calefaciẽdo. Jſtud aũt hꝫ p nãm aduenĩat põt tñ aliquo mõ excitãdo ꝓuenire: q; aliq; fiũt ad venerẽ frigidi ⁊ iqb⁹ null⁹ motus eſt ad hꝫ: ſi ſe ipſos excitãdo vel ab aliqb⁹ rebus cõcitati ſine aliquo cibo aut potu aut alia re nãli calefiunt: ⁊ appetũt atq; diſpõunt: ⁊ hꝫ augu. inuit vbi. ſ. ſ. vt moueri nõ valeãt ſi ipſa õfuerit: ⁊ niſi ipſa vltro vel excitata ſur

De 3°

rexit: ꝛ ita interdum excitatur. ¶ Tertiuꝫ quod eſt, ſpirituſ aduenit nāliter non ꝑ imperiū voluntatis neqꝫ ēt ꝑ vim cōcupiſcibilē que nihil tale ꝓeſtare pōt: ſed nāliter gignitur illa ventoſitas inflans virilia: ꝛ nō conſequit illa venereā cōcupiſcētiā neqꝫ ipſuꝫ ſemē cū i qbuſdā ſit ſemē: ꝛ calor: ꝛ appetitus magnus: ſꝫ nō eſt ſpūs: iō nō iflank gēitalia: ꝛ eō̄rio interdū nō exiſtēte cōcupiſcētia venereoꝝ aut deficiēte ſeie manet inflatio gēitalis nō reſoluto aut eflato ſpū: ꝛ aduenit iſte ſpūs magis ex cōditiōe quoꝛūdā ciboꝝ: ꝛ potuū q̄ꝫ alio-

R° cuiuſdā ſupꝛadicti.

rum cū ſint q̄dā valde ventoſa. ¶ Et ita nunc ꝑꝛ rñſio ad id qō dicebaſ moueri gēitale localiter ſine impio rōnis: dōm verum eſſe: ꝛ tñ nō mouef q̄ſi motū a vi motiua q̄ eſt in mēbriſ ꝛ obedit volūtati: ſꝫ eſt q̄dā motuſ dilatatiōis a ſpū implēte: ꝛ non opꝫ ad hoc poni appetitū neqꝫ potētiā motiuā: ſꝫ illō abſolute eſt veꝝ ꝙ vis motiua exequēs motū q eſt i illo mēbro: ꝛ alīs nulli obedit niſi volūtati: iō nunq̄ꝫ poterit conſeruari actus venereoꝝ ſine volūtate i viro: de feia ſecus eſt: qꝛ

Qō. 589.

illa ſuſcipit: iō pōt in vita cognoſci. Expꝛedictis appet qō dicebamus de ſubordinatiōe virīū irrationaliū appetituaꝝ ad

A

rōnē ꝙ nō ſit ſm nām: ſꝫ. ſ̄. nām: ꝛ iō ad hoc ꝙ mouerenf ille vires ꝓ rōnē nō egebant aliquo adiutoꝛe: ſꝫ ſolū ꝙ ceſſaret detinere eas agens ſupius qō rōni ſubditas cōtinebat ſicut aq̄ calefacta ad hoc ꝙ infrigidef nō eget adiutoꝛe infrigidante: ſꝫ ꝑ ſe ipſam frigida fiet ſi ceſſauerit calefaciēs agere i eam. ¶ Et ita rñdebiť ad rōnes factas ꝓo vtraqꝫ ꝑte. ſ̄. q. dꝛxꝛij. oſtendebaſ ꝑ ꝙ fuiſſet deordinatio illa diuinitus: qꝛ

Solutio rationū in oppoſitum.

alias ſemp fuiſſet: dōm ꝙ vtrunqꝫ cōcedimus nāliter qdez: qꝛ vires ipſe ex nā ſua ſine alio mouēte repugnarēt rōni. Diuinitus aūt: qꝛ fuit ꝑ hoc ꝙ deus ceſſauit nūc cōſeruare illā ſubordinationē q̄ erat nō ꝑ nām: ſed ꝑ donum gratuitū: ꝛ qꝛ non poterat eſſe ceſſatio iſta niſi ꝑ deuꝫ pōt dici ꝙ diuinitus aduenit. Et tñ qꝛ illud argumentū ꝓecedit q̄ſi ſolum diuinitus: ꝛ non nāliter hoc fuiſſet dōm ꝙ nāliter fuit intelligēdo vt diximus: ꝛ tñ non fuit ſemper: qꝛ licet ſemp ſic māeret vel fuiſſet ſi nā ſibi fuiſſet relicta: qꝛ tñ nā eleuabatur per donuꝫ gratuitum. ſ̄. conditionem nālem non erat ſemp ſic: qñ autē ceſſauit donū redūt res ad id qō ſibi erat nāle: ꝛ ſic reditio illa fuit nālis: ꝛ non diuina: ſicut nō valet ꝙ frigiditas non ſit nālis aque: qꝛ nō ſemp fuit frigida: ſꝫ aliqñ calefacta: eſt tamē frigiditaſ nālis aque: ergo fuiſſe rem aliqñ extra diſpoſitionē illam nō oſtendit diſpoſitionē illam non eſſe nālem vel reditum ad diſpoſitionē. ¶ Ad ſcōm dōm ꝙ fuit nāliter illa turpitudo vel inordinatio appens: ꝛ tñ non tollitur quin ſit pena: ſꝫ certuꝫ eſt ꝙ ex ea ꝑte qua erat nāle non fuit pena: ꝛ ex ea ꝑte qua fuit pena nō erat nāle: erant. n. ibi duo. ſ. conditio

Ad 2m

nālis virium q̄ per ſe moueri poterāt non expectata rōne: ꝛ ēt reſiſtendo ei: aliud erat ipſum donū gratuitum quo continebanf vires: ita ſubdite rōni ꝙ non obuiarent ei: ꝛ ēt ꝙ nō ꝓeueniret eam inclinando ad aliqd quod rō ꝓius non iuberet: quantū ad ꝓimuꝫ erat deordinatio illa nālis: ꝛ iō non erat pena: ſicut non erat homini pena: ſed nature cōditio ꝙ cibo egeret conſiderato ſecundo fuit pena: ꝛ nō fuit naturale appere illam deordinationē: nam deus gratuito eleuauerat hominē. ſ̄. conditionem nature ſue: vt vires irrationales

B

que per ſe moueri poterant eſſent rōni ſubdite: ꝛ hoc donuꝫ qō ſemen contulerat nunq̄ꝫ auferret ſi hō non demereref: ꝛ qꝛ hō per pctm̄ demeruit abſtulit deus illud donum ceſſando continere vires rōni ſubditas: ꝙ deus ꝓiuaret hominez dono vel ceſſaret cōſeruare qō inceperat pena fuit: qꝛ fuit ꝑ pctō: ſꝫ deo ceſſante conſeruare illam ordinationē ſequebanf nāliter ꝙ vires ꝑ ſe moueren quarū nālis cōditio erat ꝓincipium motus eſſe poteſt dici ꝙ fuit pēa: ꝛ fuit naturalis de

ſolutio alia rōnuꝫ.

ordinatio illa. ¶ Alie rationes oſtendunt ꝙ hoc fuerit naturaliter: ꝛ tamen qꝛ ille conanf oſtendere ꝙ ita fuerit nāliter ꝙ nullo modo fuerit diuinitus. Dōm ꝙ fuit etiam diuinituſ

C

Ad pm

ꝛ ad ꝓimū cum dr ꝙ ſi non veniſſet naturaliter non maneret in nobis nunc: dōm ꝙ nāliter venit. i. ex ꝓincipijs nature: ꝛ ideo manet: qꝛ ſi veniſſet contra naturaꝫ non maneret: qꝛ eſſet violentum vel periret nālis perfectio per pctm̄ quod falſum eſt cum ēt pctm̄ demonum fuerit maius pctō ade: ſed per illud non perdiderunt data nālia: vt dicit dionyſius li. de diui. no. c. iij. ergo multo minus perderet hō: ꝛ tñ diuſnitus etiam aduenit inquantū deus ꝓiuauit hominē dono gratuito quo nullus alius ꝓiuare poterat: ꝛ inde ſecuta fuit deordinatio. Et hoc inuit deus cū locutus eſt ad adaꝫ dicens qꝛ dixit tibi ꝙ nudus eſſes niſi: qꝛ de ligno de quo ꝓeceperam tibi ne comedēs cōediſti: ac ſi dicat nūq̄ꝫ fuiſſet iſta nuditas niſi peccaſſes comedēdo: ſ̄ deus iratus induxit iſtā nuditatē in penā ꝑmittendo hoiem ſibi ipſi. ¶ Ad ſcōm cōcedenduꝫ ꝙ in hoie erant cauſe ſufficiētes nāliter ad deordinationē: ꝛ verecundiā: ꝛ tñ nō venit pure nāliter iſtud: qꝛ iſte cauſe naturales nunq̄ꝫ verecundiā: ꝛ deordinationem induxiſſent ſi hō non peccaſſet: ꝛ deus nō ceſſaſſet cōſeruare ordinationē illā virium ad rōnem ꝑ donū gratuitū: nō aliq̄liter diuinitus hoc venit. Si tñ petaf qō iſtoꝝ magis ꝓꝛie cōcedef: dōꝫ ꝙ magis ꝓꝛie dicef ꝙ deordinatio illa fuit nāliter q̄ꝫ diuinit° vel ſupernāliter. ¶ Quereť ſicut deus ꝓopter pctm̄ induxit deordinationē in vim cōcupiſcibilē venereoꝝ an induxit in alīs viribus irrationalibus. ¶ Dōm ꝙ ſic eq̄liter. n. deus induxit i oēs deordinationē circa qō ſciendū vt tactū fuit. ſ̄. ꝙ vires irrationales q̄ rōne ꝑticipāt ſunt oēs appetitiue: vt ariſto. inquit lib. j. ethi. circa finē: ꝛ diuidunť i duo genera. ſ. i cōcupiſcibilē: ꝛ iraſcibilem ipſa vero cōcupiſcibilis ſubdiuiditur: qꝛ eſt quedā cōcupiſcibilis venereoꝝ: alia aūt ciboꝝ: ꝛ potuū: ꝛ hñt iſte vires diuerſa ſba: ꝛ organa vt declatum eſt: de oibus ꝫs dōm ꝙ ante pctm̄ erant ſubordinate rationi ꝛ ſtatim poſt pctm̄ amboꝝ fuerunt oēs deordinate ita vt cōtra rōnē moueanť. ¶ Et appet ꝓimo: qꝛ ſi illa ſola. i. concupiſcibilis venereoꝝ fuiſſet tūc deordinata manerēt alie ordinate: ꝛ tñ nō manſerūt: qꝛ neqꝫ manēt: ſ̄ fuerūt ſil' deordinate. ¶ Scōo qꝛ oēs vires irratiōales cōtinebanť ſupernāliter ꝛ ex dono gratuito ſubordiate rōni cū q̄libet nāliter hēat vt illi repugnare poſſit: ſꝫ ꝑ pctm̄ ꝑdidit hō oia gratuita manētibus ſolis nālib°: ſ̄ ordiatio aliaꝝ virīū q̄ erat gratuita pūt.

2. rō

¶ Tertio qꝛ ſi māeret ordo aliaꝝ virīū deordinata ꝓcupiſcibili venereoꝝ neciuꝫ erat ꝙ deus adhuc ꝓſeruaret ordiatio nē quātū ad alias: ꝛ tñ nō eſt ꝓueniens dictū ꝙ poſt pctm̄ faceret de° aliqd ſupernāliter i hoie cū illō ꝑtineret ad ſtatū innocētie: ſ̄ nō ſeruabat illā ordinationē: ſ̄ erat necio deordiatio. ¶ Quarto qꝛ ſi poſt pctm̄ illud nō ceſſaſſet de° ꝓſeruare ſupernāl' ordiationē illā nūq̄ꝫ ceſſaret: qꝛ nō ſuperuenit poſtea aliq̄ cā de nouo in adā ꝑ quā de° ceſſaret: ꝛ tñ certū eſt ꝙ in adā erāt deordinate iſte vires: qꝛ alias nō poſſet i eo eſſe pēalitas famis: ſꝫ illa fuit: ſ̄ vires iſte nō manebāt ſubdite rōni. ¶ Quereť cū oēs vires ſil' fuerīt deordinate: ꝛ ois deordinatio eſt turpitudo: q̄re nō appuit turpitudo nūc ſm alias vires: ſꝫ ſolūm cōcupiſcibilē venereoꝝ. ¶ Dōm ꝙ ꝑ fuit: qꝛ i alīs viri° nō potuit appere turpitudo: qꝛ alie nō hñt organa q̄ ſūt ſm exteri°: ſꝫ interi° tā iraſcibilis q̄ꝫ ꝓcupiſcibilis ciboꝝ: ſꝫ ordinatio eſt i motu illi° vis inquātū eſt ꝫ rōnē: ꝛ tñ nō ſūt illi mot° niſi in mēbris q̄ ſūt ſba: ꝛ illa mēbra quātū ad alias vires ſūt interioꝛa ad ſolā ꝓcupiſcibilē venereoꝝ ſ̄ exterioꝛa: ſ̄ in organo hui° ſolius apparuit ordiatio. ¶ 2° qꝛ hoc ponit ad ſignādū verecūdiā q̄ ſupuenit ade: ꝛ eue ex illa turpitudine vel deordinatiōe: ſꝫ in alīs ꝫs ēt deordiatio nō ſeq̄ref verecūdia eo ꝙ verecūdia eſt de turpi māifeſtato: i alīs autē non poteſt manifeſtari turpitudo: qꝛ non ſunt organa potentia cum ſint interioꝛa: nam etiam hic non patuiſſet ſi eſſent veſtiti: ideo in ſola vi concupiſcibili potuit nunc apparere ordinatio. ¶ Sed obūcietur ꝙ poterat erubeſcere demotu ire: ꝛ alīs motibus paſſionalibus: ideo illi eē debuerunt. ¶ Dicendum ꝙ non ſtat: qꝛ aut eſſent ſoli motus illarum virium ſine executione aliqua aut cum executione ſi ꝓimo modo non erubeſcerent: qꝛ motus illi fiunt in organiſ ꝓopꝛijs illarum potentiarum: ſed organa illa ſunt interioꝛa vt dictum eſt: ꝛ ꝫs in illis ſit motus deordinatus non appebit: ideo non poterim° de illiſ erubeſcere: ꝛ tñ circa cōcupiſcibilē venereoꝝ cū organū ipſiuꝫ ſit foris ēt ſi ſolus motus ſit factus in organo māifeſtat deordinatio: ꝛ eſt verecundia: ꝛ ita fuit in adam: ꝛ eua nunc. ¶ Scōo qꝛ dato ꝙ non ſolum fieret motus interioꝛ virium: ſed etiaꝫ executio non ſequebatur manifeſta deordinatio: qꝛ nunq̄ꝫ organa exterioꝛa executiua ire vel cōcupiſcētie cibi: ꝛ pot° redduntť turpia quātumcūq̄ꝫ ſit turpis mot° cui° deſiderii exequūť: cū ad illa organa nihil ꝓcīat de motib° illis ioꝛdiatis: ſꝫ ſolū de ipio rōnis: ꝛ ita nō ſequef erubeſcētia de aliq̄ organo: ſic fit in organo venereoꝛuꝫ quod turpe redditur ex motu deordinato qui ibi eſt. ¶ Tertio qꝛ licet accipiamus ipſos actus executiuos q turpes ſunt qñ ſunt ꝫ rationē nō conueniebat appere illos act° qꝛ ēt ſi illi act° ſint turpes ē excuſabilis: ꝛ occ'tabil' turpitudo eoꝛum

Ad 2m

A

qō. 591. Cur nō apparuit turpitudo niſi 2m cōcupiſcibilē venereoꝝ.

ꝑa rō 2. rō

B

qō. 592. obiectio

B

ꝑa rō

2. rō

3. rō

serpēti q̄ feratirrōnalis ⁊ supuacuū est loqui ad irrationalia secus de adā ⁊ eua qui erāt intelligētes a qbus peti aliqd poterat. ¶ Ista rnsio magis accedit ad veritatem ⁊ tn obȝcit ꝛ q̄ si ideo non querebat aliquid de⁹ a serpente q̄ irrōnalis erat neq; deberet aliquid loqui: ⁊ tn locutus est ei cum dixit q̄ hoc fecisti maledictus eris in querēdo oia aialia: ergo potuit loqui querendo: ⁊ ita iste cāe reddite ab hȳo non suffici unt totalr. ¶ Dicēdus ergo q̄ cā p̄ma quare n̄ interrogauit deus aliquid serpētem fuit q̄ deus interrogabat vt sibi rn̄deret: ⁊ tn non poterat rndere serpēs: iō non debuit interrogare. De viro ⁊ muliere secus q̄ ipsi rndere poterant ⁊ rnde runt: q̄ serpēs non possȝ rndere cā erat: serpēs nāliter ē aial brutū sicut cetera aialia infra hoiem ideo non hȝ sermonez: q̄ vt dicit aristote. li. iiij. de aialibus nullū aial hȝ sermonē p̄ter hominē. Ante hoc aūt visus fuerat serpēs loq q̄ diabol⁹ introiuit in ipsum sicut angelus bonus introiuit in asinā balaā ad hoc q̄ loquerek. numeri. xxij. sicut asserit augustinus sup gen. ad lram: q̄diu aūt diabolus manebat in serpēte fiebat ibi locutio: ſz ille recessit inde facta ⁊ expleta tēptatione q̄ ad hoc accepat serpentē: iō illo recedēte non possȝ loq serpens: vnde nūc q̄n deus querebat ab adā, ⁊ eua q̄ diabolus non erat iā in serpente non poterat rndere serpens: ⁊ ita de⁹ nihil ab eo quesiuit q̄ eēt supuacuū q̄rere ⁊ ista ē cā vrgēs. ¶ Et ꝫ hoc non militat rō facta p̄cedēti. q. q̄ nō deberet ō us loqui serpēti ad p̄nūciandū penā q̄ nō est sil'e: nam si ō us quereret oportebat rndere serpētē qō facere non poterat iō non quereret ab eo: si aūt loquerek ad eū penā p̄nūcians non erat incōueniēs q̄ non querebat ibi rnsio: nā eua ⁊ adā qui rndere poterant nihil rnderunt aut locuti sūt q̄n de⁹ eis pēas p̄nūciauit. ¶ Scōa q̄stū ad p̄ncipale erat cā q̄ de⁹ ab adā ⁊ eua quesiuit quare fecissent vt ex interrogatione esset eis occasio dolēdi de pctō ⁊ veniam petēdi: ſz in serpēte non poterat esse hoc: nam ēt si diabolus esset adhuc in serpēte ⁊ posset loqui non quereret aliquid deus a serpēte q̄ diabolus obstinatus est ⁊ conpungi nō pōt: serpēs aūt in se ipso neq; cōpungi pōt neq; ei opus est cōpūgi: p̄mū p̄z ad hoc q̄ sciat de quo sibi cōpungēdus sit. Scōm q̄ serpēs nihil hȝ de quo cōpungat q̄ nō peccauit vnquā. ¶ Tertia ē q̄ deus quere bat a viro ⁊ femina quare fecissent q̄ ipsis poterat eē aliqua excusatio q̄ ab alio inducti vel seducti fecerunt: serpēs āt nō bret excusationē q̄ non fuit seductus neq; inductꝰ ſz a se motus: accipiēdo serpētē quasi ipse esset p se agēs iō quasi nulla ei cā excusationis relinquerek non fuit ꝓueniens peti q̄re fecisset. ¶ Quarta fuit ad exibēdū quēdā honorē hoib⁹ non faciendo eis equalem serpētem in hoibus fuit honor quidā q̄ anteq; de pctō cōdēnarenk audirenk excusationes sue si quas brent: si aūt ita a serpēte peteret cū fecisſz nō videretur delatus maior honor hoi q̄ serpēti: iō ad hoc q̄ deus serpētē puniret nihil ab eo quesiuit sicut q̄siuerat ab hoib⁹. ¶ Quinta q̄ sequerek incōueniēs si deus q̄reret a serpente q̄ aut eēt tūc diabolus in serpēte ad hoc q̄ possit loq aut nō: si nō essȝ nō possȝ rndere serpens ls deus quereret: ⁊ hoc eēt incōueniēs q̄: maneret frustratoria dei questio: aut videret serpens nolle obedire deo vt rndēret vel apperet serpētē eē mutuꝫ ⁊ tēptationem nō fuisse factā ab eo: ſz ab alio introeunte in serpētē: si aūt ingrederek diabolus in serpētē ⁊ cogerek rndere aut p se responderet aut p̄o serpēte. Si p̄o se rnderet, sequerenk duo incōuenientia p̄mū est q̄ tūc hoines intelligerent se non fuisse a serpēte deceptos vel inductos ſz a demone: ⁊ esset maior cā querelle q̄ pmissum esset demoni illā fraudez cōmitere ꝫ eos cuꝫ nōdum scirent ꝓditionē dei ⁊ an pmittēt tēptari hoies a demonibus ⁊ forte nesciebant eē demones aliquos. ¶ Secūdus q̄ si ꝓstaret demonē eē illū q̄ eos seduxerat vel induxerat in serpēte non inferrek pena aliqua ei q̄ demon non peccabat in hoc cum iam sit obstinatis ⁊ nō possit peccare neq; deteriora mereri ⁊ cū homines illi nescirent cām huius turbarenk magis q̄ demō qui tā graue malū eis molitus fuerat non puniret: ⁊ ipsi punirenk qui ipellēte alio peccauerant. ¶ Si aūt demon rnderet in serpente non p se sed p serpēte ostenderek serpens inoxius cū nihil mali cogitasset neq; cogitare potuisſz: si demon verū respōderet: ⁊ ita maneret ipunit⁹: ⁊ hoc similiter esset inconueniens q̄ punirentur homines ⁊ non id quod induxerat eos aut visus fuerat inducere ad peccandum. Si autem demon respondere falsa loco serpentis dicēdo q̄ fecerat ex inuidia volens illoꝫ pderet vt incideret in mortē: tanta iniquitas videbat adhuc digna maiori pena quā deus serpēti inferrebat. s. vt stati serpēte occideret cum sua spē vt nō maneret posteritas illius ⁊ hoc deus non fecit. ¶ Ideo dicēdū q̄ fuit ꝓueniēs q̄ de⁹ nihil quereret a serpēte: ⁊ tn inferret aut p̄nūciaret ei penā: q̄ sic nihil querēdo nō manifestabat an essȝ eius aliqua culpa ⁊ an qua vel magna: ⁊ posset putari pena p̄nūciata iuste illata ⁊ satisfactū ade ⁊ eue videretur de eo qō eis serpēs fecerat. ¶ Quer̄ quare deus voluit loqui serpēti: dicēdo q̄ bȝ fecisti maledictus eris nam erat serpēs irrationalis ⁊ non intelligebat verba ad se dicta iō frustra erat loqui ei. ¶ Aliqui dictū q̄ non fuit frustra: nā ls serpens nō loquat de se vel a se cū demon eēt in serpēte loquebat ⁊ iō potuit deus illi loq. ¶ Sed dicēdum q̄ hoc non conuenit p̄mo q̄ non erat tūc demon in serpēte qn deus loquebat ista serpēti q̄ vt dictū ē p̄cedēti. q. demon iā deseruerat serpētē: iō serpēs non poterat rndere ēt si peteretur ab eo: cā erat q̄ demon nō intrauit serpentem nisi ad tēptandum: ſz iā erat expleta tēptatio iō nō maneret ibi. ¶ Secundo q̄ ēt si demon maneret in serpēte non intelligeret serpens verba ad se dicta q̄ vt ait augu. lib. xi: super gen. per ſbintrationem demonis non est factus serpens irrationalis neq; intellexit verba que in eo dicebantur nam effici rationale non est nisi per intellectum q̄ sit pars intelligentis vt forma: sed diabolus non erat pars serpētis neq; vnitus ei formaliter cum vtrūq; sit ens actu ⁊ perfectum in sua specie: ideo existente demone intelligente in serpente: non erat serpens rationalis ⁊ p̄ter non poterat actu intelligere: quia intelligere non est nisi habentis intellectū: ⁊ serpens non habebat intellectum: ideo non poterat intelligere ⁊ sic non intellexit verba que deus loqueretur cum neq; intellexit verba que intra eum formabantur quando tēptabat mulier. ¶ Sed dicetur q̄ satis erat q̄ intelligeret ista verba demon qui esset in serpente dicēdum q̄ nō est verum qa ista verba maledictionis non dirigebantur ad demonē: sed ad serpentem sicut infra ostendet: ideo superuacuum erat dici demoni ⁊ ideo ratio semper videtur manere q̄ non fieret locutio ad serpentem cum non intelligeret aliquid. ¶ Dicēdum q̄ vera causa est q̄ deus locutus fuerit serpenti q̄ voluit ei p̄nunciare penam suam p̄o eo qō fecerat: non poterat autem fieri p̄nunciatio sine locutione: ideo debuit fieri locutio. ¶ Sed obȝcietur sicut supra q̄ erat brutū ⁊ non ꝓderat ei loqui cum non intelligeret ¶ Dicendum q̄ ēt brutis aut non intelligentibus loquitur interdum deus sicut pz mat. viij. c. quādo dormiente xpo in nauicula ꝓcipitabant discipuli ⁊ cum surrexisſz imperauit mari ⁊ ventis dicens tace ⁊ obmutesce. marci. iiij. c. ⁊ luc. viij. venti tn ⁊ mare nihil intelligunt: ergo ⁊ poterat serpenti loqui deus nō intelligēti. ¶ Sed adhuc dicetur q̄ erat superuacuum q̄ poterat inferri pena serpēti ⁊ q̄ non p̄nunciaretur ei sicut facit ds multa in nobis ⁊ in toto vniuerso que nobis non dicit: ⁊ nihil minus fit non dicendo q̄ si dicerentur que fiunt. ¶ Dicēdum q̄ cum hec sint opera dei oia valde rationabiliter fiunt ⁊ nihil superuacue: verum est aūt q̄ serpens non intelligēt que ei dicerentur: ideo ꝓpter serpentem non erat conueniens fieri locutionem istam: sed erat conueniens fieri ꝓpter homines: deus enim puniebat adam ⁊ euam ꝓpter malū qō comiserāt: serpens autē fuerat eis aliqualis causa mali inducendo vel seducendo. Si autem serpens impunitus maneret non esset satisfactum hominibus ⁊ ipsi male contenti essent q̄ ille qui tanti mali causa fuerat impunitus maneret: debuit ergo deus penam inferre serpenti: ⁊ non solum inferre penam: sed etiam pūtibus eis ⁊ sciētibus: nam si deus penam inferret serpenti: ⁊ homines putarēt non esse illatam pena essent male contenti: ⁊ si econtrario nulla serpenti pena irrogaretur: ipsi tamē putarent datam ei penam satisfaceret illis: ideo deus p̄sentibus eis debuit p̄nunciare penā serpenti: sicut ei p̄nunciauerat. ¶ Alia rō erat vt coram eis se iustum iudicem ostenderet: homines enim nunquam diuinā seueritatē in iudicando senserant: nunc aūt agnoscēti cipiebāt: iō vt non essȝ eis occasio errādi de diuina rectitudie in iudicando debuit ostendi eis q̄ ds iuste in hac re iudicaret ipsi autem putabant q̄ serpens in aliquo peccasset nunc sicut ⁊ ipsi ideo credebant iustū eē illi penā inferri. Uñ si nō viderent illam ei p̄nunciari scandalizarentur de diuino iudicio: ideo debuit p̄nunciare verbo serpenti suam penam

ls serpens

obiectō. determinō

A Qō. 669. Cur de⁹ voluit loq ad serpentem. Rnsio.

Cōfutatio. p̄ā rō.

2. rō.

B

A Qō 670. Determinō

obiectio. Rnsio.

obiectio. Rnsio. p̄ma rō.

2. rō.

licz serpens non intelligeret: fuit ergo conueniens imo necessaria ista locutio dei ad serpentem non propter serpentem sz ppter hoines. ¶ Similia facit deus loquēdo rebus inanimatis nō intelligentibus q: nō loquit̄ ill' pp se sz ppter hoines z iō nunq̄z loquit̄ nisi pūtibus hoibus qb⁹ locutio illa ē vtilis sic p3 in exēplo dato qñ xps ipauit mari z vētis z siluerunt: nā potuisset xps nihil loquēdo ꝓpescere ventos imo manēs dormiēdo illud efficere possz q: diuinitas xpi q̄ oia faciebat nō poterat dormire: z tn si ita fecisz nō putarēt discipuli sui neqz illi qui cū eo in naui erāt factū eē ab eo: z ita nō manifestaret potestatē suam diuinā sz intendebat hāc ostēdē q: ad hoc venerat vt ostēderet se deū z in eū crederēt hoines z saluarent: ideo debuit talia facē p que ptātem suā ostēderet. Jta erat in pñti q: qñ pūtibus discipulis z alijs q in naui erāt stetit ipse ꝯ vētū z impauit fluctib⁹ z vēto dicēs tace z obmutesce siluit illico vētus z fluct⁹ steterunt viderūt mar. meste q obediebat ei mare z vēt⁹: z admirati dixerūt qual' est hic q: vēti z mare obediūt ei. mat. viij. z mar. iij. c. ¶ Simil'r in opatione mirac̄loz̄ circa res irrōnales precipiebat xps discipulis q loquerent ipsis reb⁹ naīatis vel irōnabilibus: nō q̄si illi intelligerent sz q: cū eis loquentibus res fieret appareret q eorum mādato z nō ob aliā cām ista fiebant sic p3 mat. xvij. c. si hūeritis fidē sicut granum sinapis dicetis monti huic transi hinc z transibit: z mat. xxi. c. dī si hūeritis fidē z nō hesitaueritis nō solum de ficulnea facietis: sz z si mōti huic dixeritis tolle te z iacta te in mare ita fiet. Et sic locuturi erāt ad res illas qsi miracula facturi essent non q̄si verbum aliquid opare: q: fides opabat sicut xps dicit z etiam res ille nihil intelligebāt: sz vt pūtes audirēt z intelligerēt ad mādatū illoz̄ ꝫ fieri z sic laudarēt deū a quo talia opa prouenieb̄at. ¶ Deus aūt hoc valde attendebat: iō tal'r alīq̄ faciebat vel dicebat q apperet p ea virtus sua: sic eni predicebat aliqua ventura anteq̄z fierent non quasi nō eēt ea facturus ēt si nō ꝓdiceret: sz vt pnūciādo ea anteq̄z fierent cōstaret de sua diuina virtute. io. xiij. c. s. nūc dixi vobis pusq̄z fiat vt cū factū fuerit credatis. s. credatis q: ego suz deus qui scio futura anteq̄z siāt. vt dī. ysa. xli. anūciate nobis q̄ vētura sunt in futurum: z dicemus q dñ̄estis vos z ita ꝓueniēs fuit q deus loquer̄ serpēti q: coram adā z eua loquebatur. ¶ Queritur quomodo serpēs erat nūc pñs qñ deus pnunciauit penas ade z eue. ¶ Aliqs dicet q nō erat pñs q: nō erat nec̄e q: essz pñs: sed solū q loquer̄ ei cū scriptura non dicat nisi q deus locutus ē serpēti. ¶ Dōm q erat pñs p.ro q: modus loquēdi significat q erat presens q: ptinuato sermone postq̄z quesiuit deus a viro dixit femine q̄re feciste z illa rndente dixit serpēti q: hoc feciste z statī pnunciauit pēas viro z mulieri: z tn si serpens non eēt pñs cū loquer̄ deus viro z mulieri opteret interūpi sermonē cū pus loquer̄ viro z mulieri: z postea iret ad loquēdū ꝓpēti alibi existēti rursus cōpleret sermonē inchoatū ad virū z mulierē qō non est ꝓueniēs. ¶ Scōo q: verba dicta serpēti hñt ortū ex prius dictis z verba vltio dicta viro z mulieri dependent ex verbis dictis ad serpētē: z nō satis viderēt vir z mulier cām dictoruz ad se si non audirent dicta ad serpētē: ergo debuerūt audire. ¶ Tertio z pncipal'r q: deus non locutus est serpēti propt̄ seipsum cū ipse nihil intelligat sz pp hoies vt ipsi viderēt q puniebat serpēs propter ea que fecerat ꝯ eos z sibi in ꝫ satisfactū eēt vt dictū est precedēti. q. sz hoc nō fieret si adam et eua non audirent verba que deus dicebat ꝯ serpentem: ergo fuit nec̄ium q coram eis loquer̄ q: alias nō prodesset locutō illa: imo si illi non futuri eēnt pūtes deus nihil loqueretur ꝯ serpētem. ¶ Quarto q: si nō fieret locutio ista pūtibus adā z eua nescirent ipsi penā serpēti imposītā: sz hoc itererat ipsoz̄ scire vt cōsolarent imposita pena tēptatoz̄i iō debuit eis pūtibus dici. ¶ Quinto z spāliter q: in pena pnūciata serpēti imponebat aliqd qō ptinebat ad instructionem hoium z maxime mulieris z cōfortationē eius inquātū dixit inimicitias ponā inter te z mulierē semē tuū z semē illi⁹ tu insidiaberis calcaneo eius z ipsa conteret caput tuū: si aūt ꝫ nō audirent homines nescirent quo se hrent de cetero ad serpētem ergo debuerūt pūtibus eis dici. ¶ Sexto q: in locutione facta hoibus seruauit deus eis qōdam honorē quē non seruauit serpenti cū ab hoibus voluerit audire excusationem facti z non a serpente vt tactum est. s. q. dlxvij. sz hunc honorem nescīret hō sibi delatum si non videret qual'r loquebat deus serpenti: ergo pūte homine debuit loqui z sic pñs erat serpens qñ deus loquebat hoibus. ¶ Tunc ergo repetetur quo qn⁹ fuit pñs q: finita tēptatione non curaret serpēs eē apud virum z mulierē. ¶ Dicēdū q aliqua motiua erāt ad hoc q serpens non eēt pñs quādo deus loqbat hoib⁹. Primum erat q: serpēs motus fuit a demone vt iret ad locū in q erat mulier vt eā temptaret: expleta aūt tēptatione nihil vltra diabolus volebat iō reliquit serpentē: sz ille relictus non haberet aīum comitandi mulierē aut virū q: non intelligebat aliqd eorum que facta erāt per ipsum ideo nō essz vltra cū viro z muliere. ¶ Scōo z pncipal'r q: nūc non locutus fuit deus ade z eue in loco vbi mulier p serpētem tēptata ē: z p3 q: mulier persuasa a demone fuit absente viro z cū illa comedit iuit ad virum offerēs ei de fructu vnde vir serpentē nō viderat ibi āt ambobus existētibus z iā de nuditate erubescentibus aduenit deus: iō motiuū erat ꝓueniens ad ꝫ q non essz ibi serpens. ¶ Motiuū aūt in ꝯiū est q serpēs relictis a demone nihil cognoscebat eoz̄ que facta erāt: iō moueretur hinc inde sicut impetus eum ferret: z sic accidēt q veniente deo ad loquēdū ade z eue eēt serpens in loco illo sicut z poterat eē in quocūq̄z loco padisi. ¶ Scōm z pncipale est propter voluntatez dei: nam expediebat q essz serpens pñs quādo loquer̄ de⁹ ade z eue pp cās positas pcedēti. q. iō vt locutio dei eēt vtilis faceret ipse q serpēs eēt in loco illo tunc: z hoc poterat deus facere tripl'r vno mō immittendo ei desiderium veniendi in locum illū q: deus propter immittere ōsideria qbuscūq̄z reb⁹ z auferre cū sit dñs nature z mouens eam ad voluntatē suā. ¶ Scōo modo poterat facere faciendo eum moueri ab aliquo angelo bono local'r vt sicut diabolus p serpentē locutus fuerat ad tēptandū z moueratur eū pmo local'r ad eundū ad locū vbi erat femia ita nūc angelus bonus moueret euz local'r deo iubente vt ipleretur p eius pūtiā qō deus volebat. ¶ Tertio mō p hoc q de⁹ faceret venire adā z euā ꝯ locum vbi erat serpens: nā deo ambulante p paradisum ad aurā post meridiē adam latuit audita voce eius: deus aūt vocauit adā dicēs: adā vbi es: tunc exiuit adā ad locū in quo erat deus: sz deus poterat diuertere ꝯ locum vbi erat serpēs z ita eēt serpens pñs verbis q deus dicebat ade z eue. ¶ Sed dicēdū q duo ꝓzes modi sūt verisimiliores: nam necesse ē dici q p angelū bonū aut p ꝓsideriū a deo imissū serpēti teneret serpēs: q: nō solū accidit serpētem esse vbi ista dicta sunt sz z sp fuit pñs quādiu diceret z fieret: non est tn de pdictione serpētis pūtez diu manere hoibus: ergo nō erat pñs p accidēs: sz deo faciēte q: ita expediebat. ¶ Queret q̄re dixit deus serpenti q: hoc feciste maledictus eris. ¶ Dōm q fuit pmo q: deus voluit pnūciare serpēti penā futuram sibi: z q: illa pena erat p malo q serpēs aut fecerat aut fecisse videbat pmisit cām dicēs: q: ꝫ feciste. s. decipiendo mulierē. ¶ Scōo q: istū modū tenuit deus circa hoines nā cū voluit penā dare hoi dixit q: audiste vocē vxoris tue z c. z nūc ponebat penā serpēti: g iste mod⁹ erat cōueniens. ¶ Tertio q: adhuc erat magis nec̄ius istud q̄si hoie: nā ibi q̄erat q̄re hoc feciste. s. in muliere iō nō erat necessariū postea addi cām pene: sz circa serpētem nō quesiuit deus quare hoc feciste: sz solū pnunciauit penam: iō pnūtiādo dixit q: hoc feciste vt agnoscat cā pene: ¶ Jstud ē ꝓuenienter dictū: nā seruatū est idem in adā z serpente z non in eua nā de eua dixit deus q̄re hoc feciste. i. dediste viro ad māducādum: illa dixit serpens decepit me postea in pnūciatione pene non dixit deus q: hoc feciste z c. sed dī mulieri quoq̄z dixit multiplicabo erumnas tuas q: ad intelligēdū q hoc ponebatur in penaz ꝓ pctō satis erat dictū eē quare ꝫ feciste cuz postea subiungat multiplicabo erumnas tuas. ¶ De viro non fuit sic q: nō quesiuit deus ab eo quare ꝫ feciste: sz ille dixit mulier dedit mihi z comedi: iō cū deus ei pnūciare voluit penam vt videret q ꝓ pctō illo ponebat eā dixit q: audiste vocē vxoris tue maledicta terra in opere tuo: ō serpēte ita fuit q nō q̄siuit ab eo deus quare ꝫ feciste: iō cū penā pdixit debuit dicere quia hoc feciste vt videretur in penam peccati vel mali illud inferri. ¶ Sed dicetur quare deus dixit serpenti quia hoc feciste presupponendo quia hoc feciss̄et cum adhuc de veritate non eēt inquisitū. ¶ Dici potest primo ga hoc fuit quia deus proposito per mulierem q serpens decepisset causam dicere debebat quare hoc feciste: aut q: feciste: nā sic fecit circa mulierem qñ dixit adam: mulier dedit mihi

z comedi

B

c

D

A qō. 671 Qūo ꝓpēs erat pñs qñ ꝓnunciauit penas ade z eue. opio. Rñsio. p. rō.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

5. rō.

6 rō.

A qō. 672. obiectio.

Rñsio. Primā rō.

B

2. ratio.

motiuū in ꝯiū

2m

p. ratio.

determinatio.

A qō. 673. Cur dō dixit serpēti ma ledictus eris.

Rñsio. p. ratio. 2. ratio.

3. ratio.

qō. 674. Cur dō dixit ꝓpēti q: ꝫ feciste. Rñsio. p. cauſa

z comedi dixit deus mulieri q̄re feciſti hoc: ſ3 a ſerpente non erat deus q̄ſiturus q̄re ℔ feciſti pp cās poſitas. ſ. q. dclxvij. ergo nō potuit al'r dicē niſi q: ℔ feciſti. ¶ Scōo fuit q: delictū efficiebaſ manifeſtū q̄ſi p confeſionē ſerpentis: naz cum deus queſtuiſſet a muliere quare feciſſet ipſa dixit ſerpēs decepit me tūc ſerpēs nihil dixit z cū p:ius loquereſ z nūc nō videbaſ q: p:e p̄ſcia delicti z cōfuſione tacebat z hoc erat loco cōfeſſionis facte coz̄ iudice p quā delictū reddebaſ noto riū. ¶ Quereſ cū ſerpens hic accuſareſ quare nō rñdit aut ſaltem cum ponereſ ei pena. ¶ Dōm q: fuit p̄mo q: non poterat nā ipſe non loquebaſ niſi p demonē inexiſtētē ei: z nūc demon non inexiſtebat: ſ3 receſſerat expleta tēptatiōe iō nō poterat rñdere. ¶ Scōo q: idē erat in ſerpente qō in homīe non enim rñdebat homo niſi a deo interrogat⁹ iō neq3 debuit reſpondere ſerpēs niſi interrogat⁹: cū enī adā dixit mulier dedit mihi z comedi: accuſabat mulierē z tñ mulier nihil locuta eſt in excuſationē ſuā quouſq3 deus queſiuit ab ea q̄re ℔ feciſti: ipſa enī tunc dixit ſerpēs decepit me z comedi: ſ3 ſerpēs non fuit interrogatus quare feciſſet: iō etiam ſi rñdē poſſet non rñdere. ¶ Tertio q: p:o pena data non erat rñſio: nam hoc cōe fuit in viro z femina: ambob⁹ q̄ppe p̄nūciata fuit pena ſed non rñderunt quicq3 iō neq3 ſerpēs p:o pena rñderet deberet. ¶ Quarto q: etiam ſi ſerpens loqui poſſ3 nō loquereſ accuſatus a muliere: nam q̄ adam accuſauit mulierem dicens mulier dedit mihi: rñdit mulier q: hēbat aliq̄lē excuſationē. ſ. q: decepta erat dicēs ſerpens decepit me z comedi: ſed ſerpēs nō hēbat excuſationē aliquā q: a ſeipſo motus fuerat z per inuidiā accipiendo ſerpētem p eo q in ſerpente tēptationē fecerat: ideo non fuit locutus ſerpēs excuſando ſe: ad aliud autē non ꝑderat locutio. ¶ Quereſ cum in maledictione ſerpentis dictum ſit maledict⁹ eris inter oīa aiantia de quo intelliguntſ verba maledictionis toti⁹. ¶ Dicendū q: aliqui intelligunt totā maledictionē ſerpētis de diabolo quaſi ipſe demon ſit qui vocetur hic ſerpens z non animal aliqō z iō maledicēdo ſerpentem directe maledicitur demon: z non per applicationē aliquā vel tranſlationē vel metaphoꝛā. ¶ Et ℔ ſuppoſito applicanſ oēs ptes lr̄e. ſ. maledictus eris inter omnia aiantia. i. reputaberis deterioꝛ z minoris dignitatis: vocaſ hic demon beſtia q: licet ſm naturā ſit ſba intellectual' p dignitatem pcti factus eſt beſtia: z non ſolum beſtia: ſed ēt beſtijs deterioꝛ: q: beſtie non mutauerunt aliq̄d de eo qō erat eis ſm nāz z iō nō ceciderūt a ꝓp:io gradu: demō aūt cecidit a ſtatu ſue dignitatis z iuxta iſtū modū applicāt̄ oēs alie ptes maledictionis ſicut fecimus. ſ. iij. c. in expoſitione littere ſup tota. q. xvi. ¶ Sz alij exponūt ō ſerpente animali: dicit̄ enim maledictus inter oīa aialia q: non eſt aliqō animal cui tanta mala inſint z cui tanta mala nos ꝓcurem⁹ z oēs ptes lr̄e ſunt plane de ſerpente: nā ſup pect⁹ ſuū gradiſ: z terrā comedit oibus diebus ſuis z ſunt inimicitie inter eum z mulierē: z iſta expoſitio magis conuenit ſu pficiei lr̄e. ¶ Sed expoſitio p̄ma q: ſit ſerpēs demō z de eo intelligant iſta ē auguſtinus ſuper geñ. ad litterā: motiua ār ſua ſunt: p̄mū q: ſ. iij. c. dicit̄ de ſerpēte q: tēptauit mulierem z loquebaſ: ſ3 non pōt hoc intelligi ō ſerpente vt ē aīal quia neq3 tēptare pōt neq3 loqui neq3 intelligit̄: iō accipieſ de ſerpēte vt eſt demō qui hec facere pōt. ¶ Scōm q: dicit̄ eodez c. ſerpēs erat calidioꝛ cunctis aiantibus terre: z agit̄ ibi ō caliditate. i. aſtutia illius vt oſtēdaſ q: ſerpēs potuit tēptare mulierē z tñ non eſt alia caliditas que ad hoc ſufficeret niſi caliditas demonis: iō de ſerpēte vt eſt demō intelligit̄ z nō vt ē animal. ¶ Tertium q: fuit a deo p̄nūciata pena ſerpēti z tñ nō imponeret deus penā ſerpēti aiali: q: pena imponit̄ pro pctō: ſed ſerpēs vt eſt animal non peccauerat iō non impōereſ ei pena: ſ3 p:enūciaſ: ergo nō eſt ſerpēs animal ſ3 ſerpēs diabolus. ¶ Et ob hoc auguſtinus tenēs iſtā expoſitionem quando declarat lr̄am illā ſerpēs erat calidioꝛ cūctis aiantibus terre dicit de demone accipi. ſ. q: demō per ſupbiā ōiect⁹ eſt ita vt cōputeſ inter beſtias z vocet beſtia: z tñ p eminētiā rōnis eſt maioꝛ beſtijs: z ita eſt calidioꝛ cūctis aiantibus terre. ¶ Alij aūt volunt q: accipiaſ de ſerpēte aiali z non de demone: p:imo q: ſi maledictio aliq̄ vā eſt hic non inferreſ ō moni q: tūc dicēmus q: p tēptatiōe q̄ tēptauit euā punit⁹ eſt diabolus: ſed falſum eſt q: diabolus p p:imū pctm̄ obſtinat⁹ ē z poſtea nō pōt peccare neq3 ōmereri q: al' cū cottidie ſil'r tēptet nos peccaret cottidie z augereſ pena eius: z ſic creſceret in infinitum eius miſeria qō falſum ē: ēt ſi hoc fieret ceſſaret diabolus tēptare ne creſcerent pene eius: ſ3 nō ceſſat iō nō peccat: ipſe tētando z nocēdo nobis: vñ neq3 peccaret tēptando euā: z ſic non ponereſ ei aliqua pena. ¶ Scōo qa iſta maledictio fuit impoſita ſerpēti ad ſatiſfaciēdū hoibus q: p ſerpētē illatū erat malū eis z tñ illi nō intelligebāt in ſerpēte latere demonē: ideo nō ꝑderat p̄nūciatio pene ſi pena demoni z non ſerpēti irrogareſ. ¶ Tertio q: lr̄a nō cōuenit accipiēdo p:o demone. ſ. maledictus eris inter oīa aīalia q: nō eſt demō animal aliquod: z iō nō pōt ꝓnumerari animalib⁹. ¶ Jtē q: dr̄ ſuper pectus tuū gradieris: ſ3 hoc nō q̄uenit niſi animali ꝓp:io in terram: demō nō hz coꝛpus vt ſup pectus gradiaſ: ſ3 hz illud ſerpens vt eſt animal. ¶ Jtē q: dr̄ terram comedes ſ3 comedere ptinet ad aīalia demones aūt non comedunt q: ſunt incoꝛpoꝛei: ſerpēti aūt conuenit q: terraz comedat: z ita de oibus alijs ptibus quarū nulla demoni cōuenit z oēs cōueniunt ſerpēti animali. ¶ Quarto q: ſi qs vellit intelligere ſicut auguſtinus expōit q: ſerpēs ſit diabolus z gradiē ſuper pect⁹. i. incipit ſuā opationē a ſupbia: z terrā comedit. i. incoꝛpoꝛat ſibi hoies terrenos ſicut comedens incoꝛpoꝛat cibū: z ita de alijs ptibus applicatiōis: adhuc dicēdū q: nō q̄uenit q: maledictio ſignat penam: q: maledictio a malo dato alicui dī: z tñ p hec non datū eſt aliqō malū demoni ſ3 potius ipſe ex electione iſta ꝑſequit̄: ſ. q: incipiat operationes a ſupbia: z q: incoꝛpoꝛet ſibi hoies terrenos ſubijciendo ſibi q: ad ℔ tēptat eos: g̃ nō poſſunt vocari iſta maledictio: ſ3 poti⁹ ſolatiū qōdā demōis: z tñ data ſūt vt maledictio iō nccē ē itelligi illa taliꝛ z de eo in quo poſſint eē vt mala z ℔ ē de ſerpēte animali. ¶ Quito q: dr̄ terrā cōedes oīb⁹ diebus vite tue. z ita deſignaſ certa vita eius cui⁹ iſta dicunt̄: ſ3 demō nō hz vitā finitā q: viuet in eternū: g̃ nō itelligit ō illo ſ3 de ſerpēte qui viuit nō longo tpe z aliq̄n moꝛit̄. ¶ Sexto q: intelligēdo de demone nō eſt vez. ſ. terrā cōedes. i. incoꝛpoꝛabis tibi terrenos cūctis diebus nā vſq3 ad diē iudiciū hz locum q: diabolus incoꝛpoꝛet ſibi aliquos: ſ3 poſt diē iudicij nullu incoꝛpoꝛabit q: nō poterit iā aliqs damnari cū oēs ſint tunc bti aut damnati: ēt de ill' q tūc erūt actualr damnati z fuerūt terreni non ē vez q: diabolus illos incoꝛpoꝛabit ſibi vel incoꝛpoꝛat⁹ tenebit q: ipſe non erit vt p:inceps eoꝛuz cum poſt diē iudicij ceſſet oīs p̄cipat⁹ z demones nō toꝛq̄ant alios dāmnatos: ſed oēs piter toꝛqueanſ a deo. ¶ Dōm ergo q: circa p̄dicta ſunt tria vera p̄mū q: iſta lr̄a q̄ ponit̄ de maledictione ſerpētis intelligit̄ ſ3 veritatē de ſerpente aīali z nō de demōe: ſcōm ē q: nulla maledictio aut pena ipoſita fuit demoni aut ſerpēti pp tēptationē factā eue: tertiū q: illa verba q̄ maledictiōe videnſ ipoꝛtare fuerūt dcā vt ſatiſfactū videret hoibus de nocumēto recepto p ſerpēte. ¶ Circa p̄m̄ p̄s q: verba dirigebāt ad illū cui de⁹ loq̄baſ z q p̄ſenſ erat locutiōi: ſ3 erat ſerpēs z nō diabolus q iā receſſerat expleta tēptatiōe: g̃ de ſerpēte intelligunt̄. ¶ Scōo q: v̄ba intelligunt̄ ſicut ipſa ſonāt: z nō debēt trahi in ſenſum alienū ſine neccitate z tñ v̄ba vt iacent accipiunt̄ de ſerpēte aiali z nō de demone: ideo de illo intellexit illa deus. ¶ Tertio quia dicebantur iſta verba in p̄ſolationē q̄ſdam ade z eue tñ nihil ad illos ptinebat dici aliqd contra diabolū cū illi nō putarēt ℔ fcm̄ p diabolū ſ3 p ſerpētem nam ita dixit mulier ſerpēs decepit me: g̃ nō de diabolo ſ3 de ſerpēte dicerenſ. ¶ Quarto q: iſta verba dicta de ſerpente videnſ ſignificare q̄ſdā penaz vel ipoꝛtare malū: intellecta āt de diabolo nullā penā ſignificant vt p3 p expoſitiōes q̄ ſupra dabāſ ſm auguſtinuz z ponunt̄ a nobis. ſ. iij. c. z tñ ipſa ponunt̄ ad ſignificādā penam cū dicaſ maledictus eris inter oīa aiantia: g̃ de ſerpēte intelligereſ. ¶ Scōz erat q: ſm veritatē neq3 ſerpēs neq3 demō in aliquo maledicti ſunt ita vt aliqua pēa eis ꝓuenerit pp illam tēptationē q̄ al' eis nō ineſt ſ3 imo nulla oīno mutatio facta eſt in ſerpente neq3 in diabolo ꝓpter tēptationem illam. ¶ Et de demone p3 p̄mo q: demō nō peccauit tēptādo euaz iō nō debuit imponi ei pena aliqua q: nō pōt peccare qui iā damnatus ē qcqd agat: ſ3 diabolus damnat⁹ fuerat añ tēptationē eue: g̃ nō peccauit in illa. ¶ Scōo q: ſi diabolus peccaſſet in tēptatione eue pariter peccaret in oīb⁹ tēptationibus circa alios q: in omnibus agit id qō malū eſt z ex inuidia: z tñ non peccat in hōs neq3 punit̄: ergo neq3 peccauit tēptādo euā: z ſic nulla pena maledictiōis ipōereſ. ¶ Z⁹ q: ſi deus penā iponēt demōi talia dicenſ q̄ poſſent ei ꝓuenire,

ſed nihil

ſcōa. rō.

3. rō.

4. rō.

B

5 rō.

6. rō.

C

A

Qō 679. Determinō

De p:imo. p^a cā. 2. cā.

3. cā.

4. cā.

A

Qō. 680. determinō.

p^a rō.

2. rō.

3. ratio.

4.ratio. ſz nihil in verbis maledictiõis ꝓuenire ꝑt demõi q; oia ſunt corporalia.demoni aũt non conueniunt corporalia: ideo nõ fuerunt illa poſita vt pena eius. ¶Quarto q; ſi intelligan tur eo mõ quo exponit Augu.vt demoni applicenť nõ ſunt pena aliqua vt demon operet ex ſuꝑbia: t ꝙ incorporet ſibi hoies terrenos ꝛc.ſm expõnem illa non ſunt aliqua que de moni in penã data ſint:ſed que ille facit ex õſiderio t electio

5.ratio. ne. ¶Quinto q; ſiue iſta dicanť ſic intellecta eſſe pena ſiue non in demone conſtat tñ ꝙ nõ acciderũt ꝓꝑ tẽptationẽ eue ſed futura erant ẽt ſi eã non tẽptaret:q; ex quo demon pec cauit per ſuperbiã manſit in eo ſupbia: t oẽs actus ſui ſunt

A ſm ſuperbiã: t habuit inuidiã eorũ qui poterant eſſe felices Qõ.68i. qõ ipſe non fuit deſiderauitq; eos ſubuertere: t ex hoc õſide ꝙ non da- rio motus eſt ad temptãdũ euã.ergo nõ habuit iſtũ tãq; no ta fuerit pe uum in penã:q; euã tẽptauit cũ illud ꝓius hret q; illã tem na ſerpenti. ptaret: t ita dom ꝙ nihil mutatũ eſt in eo ꝓꝑ tẽptationẽ mu lieris. ¶Aliud erat qõ neq; ẽt ſerpenti data eſt aliq; pena,p

p.rõ. pter tẽptationẽ eue in eo factã. t patet ꝓmo q: ſerpens nihil 2.ratio. mali egit.ideo neq; puniri debuit.nã bruta non poſſunt pec

3.rõ. care cũ non intelligãt t nõ habeant libertatẽ arbitriũ. ¶Se

4.ratio cundo q: ſi ꝓꝑ illud malũ qõ illatũ eſt eue ſeducẽdo eã eſſet alicui pena iferenda potius inferret demoni q illud fecit t ex electione t induſtria ꝓceſſit ſed neq; illi irrogata ẽ pena ergo multo minus ſerpenti. ¶Tertio q: ſi aliquã penaz vel malũ inferre vellet deus ſerpenti:q; ſaltẽ in eo factũ eſt no cumentum eue irrogaret illi ſoli ſerpenti in quo fcm eſt hoc malum t nõ oibus alĳs ſerpentibus: t tñ ea que in maledi ctione ſerpentis ponunť cõpetunt non ſolũ illi ſerpenti: ſed

B t oibus qui poſtea fuerunt: t nũc ſunt.ergo nõ fuit pena il lata vel malũ ſerpenti. ¶Quarto q: ꝓꝑter pctm nõ mutať aliquid in nã a deo cõdita.ſed ſi iſta que videntur poſita vt maledictio pertinerent ad penã eſſet mutatio nãe. ergo non eſt aliquid hic qõ fcm ſit circa ſerpentẽ. Primũ pz q: pecca tum demonis fuit maius pctõ hois. t peccatũ hois eſſet ma ius peccato ſerpentis ſi poſſet dici ꝙ ſerpens in aliquo pec caret:ſed ꝓꝑ peccatũ demonis nihil mutatũ eſt de nãlibus eius:ſed manſerunt ſibi integra nãlia:vt dicit Dion̄y.lib. de di.no.c.iiij. Simil̄r per pctm hois nõ eſt mutatũ aliqd de nã libus eius:ſed ſolũ perdidit gratuita.ergo in ſerpente ita fie ret ꝙ nãlia nõ mutarenť:ſed ſolũ habuit aliquid ſerpẽs ꝓ

A ter nãlia:q; nõ habuit gratuita.ergo nihil mutatũ eſt in ſer- Qõ.682. pente per tẽptationẽ factã eue in eo. ¶Aliqui dicunt q: po opio q̃daz. tuit maledici ſerpens t inferri ei pena:ſz non peccauerit: q; ſz ipſe non peccauit neq; nocuit ꝓeſtitũ fuit in eo nocumen

ꝓma rõ. tum hoi: t ita ſepe bruta ꝛres nõ intelligentes puniuntur. ¶Primo pz de ſiculnea cui xꝑs maledixit ꝙ non habebat

2.rõ. ficus ſed ſolũ folia.mat.xxi. t mar.xi.c. t tñ illa nõ peccauit q; nõ erat aliquid rõnale. ¶Scõo q: ſi bos occiderit hoiez pena ei imponiť.ſ.occidatur t non comedãtur carnes eius. exo.xxi.c. t tñ bos occidendo hoiem nõ peccat:q; neſcit qd faciat cũ t infantibus t furioſis non iputeť hoi odium: vt extra de delicĳ puero.c.primo t ſcõo: t de homici.c. ſi furio

3.nõ. ſus li.vi. t tñ aliquid magis intelligũt furioſi t infantes q̃z bruta.ergo non rõnabilius inferť interdum pena ſz non pec

B cent. ¶Tertio q: ſi qs coierit cũ pecore vel quocũq; iumen to ſiue beſtia occidiť hõ t ẽt pecus lapidatur leui.xx.c. t tñ pecz nõ peccauit:q; neſciuit an aliquid in eo factũ ſit: t nihil plus fuit in ptate pecoris ꝙ coiret vel non coiret hõ cum eo

4.ratio. q̃z fuerit in ſerpente ꝙ diabolus per eũ tẽptaret aut non: t tñ pecus illud in penã occidiť.ergo t ſerpenti in quo tẽpta tio facta eſt õbuit pena alĳq; inferri. ¶Quarto q: maledicũ tur etiã inaiata in penã mali vel peccati ſicut maledicti ſunt mõtes gelboe:de qbus dr̃ li.vii.reg.c.i.montes gelboe neq; ros neq; pluuia veniat ſuper vos.alios mõtes in circuitu vi ſitet dñs.a gelboe aũt tranſeat:non ſunt ibi agri ꝑmitiarũ: q; ibi abiectus eſt clypeus fortiuz. t fuit hoc:q; Saul t Jona thas ibi occiſi ſunt: t tñ longius ſunt a culpa res inaiate q̃z

5.rõ. aialia quãtũlibet ſint irrõnalia: t ita ſerpẽs qui erat aial po terat a fortiori puniri ꝓ malo in eo cõmiſſo: ¶Quinto q; etiam vrbibus t alĳs rebus ianimatis deus iferebat aut in ferri mandabat malũ ꝓꝑter peccatuz non ipſarũ rerum: ſed aliorum qui in eis peccauerant:ſicut qñ in aliqua ciuitate iu deorum colebanť idola publice iubebat deus occidi oẽs qui in ciuitate erant etiã pecora t vaſtari oia ſupelectilia cremã

C do ea: t ipſam ciuitatẽ ꝓſternẽdo eã ad terram vt eẽt tumu lus eternus. t nunq̃ habitaret deutero.xiij.c.ergo a fortiori ſerpẽti in quo temptatio fuit fcã eue inferret malũ vel pena. ¶Dicẽdũ ſicut ſupra q; ſicut ſerpẽs in nullo peccauit: ita nulla pena ei inflicta fuit a deo neq; mutatio in eo facta ab eo qõ ꝓius:hũerat nam ſi penã vel malũ inferre deus illi vo luiſſet occideret eũ ſtatim ꝑtibus adã t eua:ſicut fit de alĳs bꝛutis quib⁹ mala deus inferri iubz ꝓ aliq̃ cã:nã occiduntur vt pz in eis q̃ ſupra in ꝓriũ allegant ſz non factũ fuit ſ̃ illo ſerpẽte ideo nihil mali irrogatum eſt aut fcã mutatio ab eo qõ ꝓius fuerat. ¶Ad ꝓmã rõnẽ in ꝓriũ dicẽdũ ꝓmo q; nõ ẽ ſimile de ſiculnea t ſerpente: t generaliter de aialib⁹ t nõ aia- libus q: aialia ſentiunt mala q̃ eis inferrunť:nõ aialia autẽ non ſentiunt:iõ ꝓ faciliori cã inferret malũ rei q̃ non ẽ aial ſi cut erat ſiculnea q̃z animali ſicut erat ſerpens. ¶Scõo q: li cet cõe ſit tã inaiatis q̃z aiatis: t aialibus t nõ aialib⁹ citra hoiem nõ poſſe peccare t iõ non poſſe illis inferri penã cuz ſit ꝓꝑ pena ꝓ pctõ t nõ alĳ ſiue ſuo ſiue alieno qõ in ſe qs ſuſcipit:tã omnibus animatis q̃z inanimatis infert deus ma lum qñ vult etiã ſi nullũ pctm ibi ſit cũ libere vtať illis t nõ põt aliqs dicere ei:cur ſic facis ſicut neq; vas dicit figulo q̃ re me feciſti ſic vt apoſtolus dicit ad.ro.ix.c.q: tñ deus ẽ tota ſapia t prudẽtia nihil agit niſi qõ fieri bonũ ẽ: t iõ ex parte ipſius rei facte a deo ſemꝑ ẽ aliqua cã ſz non ſit ex parte dei faciẽtis quo nihil põt eẽ ꝓius aut mouẽs ipſum. ¶Ita nũc ẽ in ꝓpoſito:q; ad arefaciẽdũ ſiculneam erat cã aliq̃ ad iferrendum malũ ſerpẽti nõ fuit cã:ideo vnũ debuit fieri alterꝫ t non pz hoc q: xꝑs ſiculneã arefecit iubẽs ne ex ea naſcerenť B fructus in eternũ nõ ꝓ aliquo pctõ ſiculnee q: non poterat peccare exiſtens nõ rationalis. Et item q: qõ plus ẽ ẽt ſi aliqua ſiculnea peccare poſſet aut illi malum imputari ſaltez ꝟ ſiculnea cui xꝑs maledixit nõ peccabat neq; aliquid malũ in ea erat:nã maledixit ei q: hũit folia t non ficus:ſi aũt eſſet tꝑus ficuũ t nõ hꝫet ficus poſſet aliquid calumniari cõtra eam ꝙ eſſet mala:ſiculnea:quaſi eſſet culpa.i.vicium natura le:ſed neq; iſtud erat nam quando xꝑs maledixit ei nõ erat tẽpus ficuũ ſic euãgeliſte exꝓreſſerũt.mat.xxi. t mar.xi.c.iõ apparet ꝙ fuit maledictio illa ꝓꝑ ſolam ſignificationez:nam xꝑs voluit ſignificare maledictionẽ futurã ſuper ſacerdotes ſcribas t phariſeos iudeorum q foris oſtẽdebãt ſiꝫitudinem bonorũ quaſi folia quedã:interius vero nullũ bonũ hẽbant t ita maledicti fuerũt nã traditi romani delecti ſũt cũ gente ſua pariter t loco. ¶Sed in ſerpẽte non erat aliqd tale:nã non erat aliquid ſignificandũ ꝓ malũ irrogatũ ſerpẽti:ſz po tius ſi irrogari deberet fieret q: in ſerpẽte tẽptata fuerat eua iõ non erat ſimile de ſiculnea t ſerpẽte: t tñ ſi ſerpenti deus mala intuliſſet ꝓ tẽptatione in eo facta non eſſet aliquid in iuſtũ:q; qcquid deus facit in reb⁹ nõ cõmittit iniuſtũ q: ſũt poſſeſſio ſua:ſicut quocũq; modo ſe hẽat hõ ad poſſeſſiones ſuam non facit iniuſtũ.li.v.ethi. ¶Etiã ſi res ille quas de⁹ ledit ſunt in poteſtate alicuius:non facit deus iniuſtũ ei cui⁹ res ſunt quas deus ledit vel conſumit:etiam ſi alias deus poſſet facere iniuſtum illi homini: quia aliquid erit ꝓpter quod iuſtum ſit homini illud pati:q; nullus eſt qui non ſit deo debitor alicuius pene: nam ſi omnes ſunt ei debitores mortis a fortiori aliarum minorum penarum debitores erũt t ꝓ peccatis aliquibus ipſorum volet deus damna aliqua inferre eis in rebus ſuis. Unde xꝑs ſiculneam arefaciẽs nõ fecit iniuſtum domino eius in cuius bonis erat ſiculnea q: ille ꝓpter aliqua peccata merebať maiorẽ penã q̃z ſiculnea ſua arefieri. Simil̄r .n. t xꝑs fecẽ qñ ꝓmiſit vl̄ ꝓceſſit expreſſe ꝺ monib⁹ intrare in porcos.mathe. t ſuffocauerũt demões tũc duo millia porcorꝫ.marci.v.c. t ſic tãta dãna xꝑs tũc intulit dñs porcorꝫ faciẽs ꝓpire duo millia porcorꝫ ipſorꝫ.i ſerpẽte ſi aliqõ malum faceret nulli nocebat q: ſerpẽs i nullius bonis erat. ¶Et tñ ſ̃ fuaſſet de⁹ ꝙ ſi ſꝑti illi ad ſignificatiõez aut ꝓꝑ aliã cãm aliqõ malũ ituliſſet nõ eẽt illud in alĳs ſerpẽtib⁹ ſed in eo ſolo q: qñ de⁹ aliq̃ mala reb⁹ ſic irrogat pena vl̄ ma lũ nõ trãſcendit rẽ illã ad q̃z ꝓtinet vñ nõ extendiť ad alias ¶Ad ſecũdũ dicendũ ꝙ nõ eſt ſimile de ſerpente t de boue cornupeta q occidit hoiem.vl̄ ẽt ſi nõ eẽt cornupeta ꝓmo q: bos ille occidiť:ſerpẽs aũt nõ fuit occiſus. t tñ ſi aliqõ malũ ꝙ q̃cũq; cã iferri ei deberet nõ eẽt min⁹ q̃z mors q: aialib⁹ nõ inuenimus aliq̃ mala minora morte impoſita iubẽte deo: cũ ꝑ ſerpẽs nõ fuerit occiſ⁹ nõ fuit t aliqõ malũ illatũ. ¶Scõo differũt q: ſz neq; bos neq; ſꝑs potuerũt peccare vn⁹:tñ ve

re malum

Soluti rõnum. Ad ꝓmã rõ. 2.ratio.

re malū fecit alius non: serpēs quidē nullū malū fecit q̄ non tēptauit ipse mulierē: sed diabolus in eo quē nō poterat ipse p̄hibere: bos aūt occidit hoīnē non motus ab alio. i. non occidit hominē diabolus in boue: sed ipse bos ꝓpter aliquē impetū appetitus qui in eo insurrexit: iō plus cāe erat ad occidēdū bouē quā serpentem. ¶ Tertio q̄ adhuc in boue erat alia causa ad mortē que nō erat in serpēte: duo enim inueniunt in boue qui occiderat hoīnē: vnum erat malus futurā. ſ. ꝙ sicut bos occiderat vnū hoiem ita ex sil'i ipetu occidē posset postea alios: ⁊ verisil'e erat ꝙ faceret: aliō erat q̄ō erat horribile factū hominē casum eē a boue vel ab aliquo pecore pp hūanā dignitatē: ⁊ quoniā ē dñs oiuſ rex irrōnabiliū. ¶ Et pp vtrūq; erat istum occidi bouē non quasi peccassſ ⁊ in penam inferret' eis morte: sſ pp p̄mum vt auferret mali occasio expediebat enim comunitati hoīum nō eē inter eos id q̄ō sine cā poterat occidere hoiem: ⁊ verisil'e ē ꝙ de cetero faceret ⁊ ista erat cā p̄cipua mortis bouis Etiā cōpetebat ß pp horrorem facti: q̄ indecēs erat appere inter homines illā bestiā que fuderat sanguinē humanū qui erat tante dignitatis: vt ergo non apperet occidebat. ¶ Et ideo circa bouē q̄ occiderat hoīnem lex iubebat duo fieri. ſ. ꝙ lapidaret ⁊ ꝙ nō comederēt carnes: sſ relinqueret canibus. exo. xxi. c. p̄mū. ſ. ꝙ occideret bos ꝓdērat p̄ncipal'r ad cauēdum mala futura ne alios homines occideret. Scōm erat ꝓpter horrorē facti quia tā horribile erat occidi hoīnē a boue ꝙ nō soluſ deberet bos occidi: sed ēt sub tāta abhominatiōe hr̄i vt neq; vellēt oēs tā gere illum: ideo neq; maducare ne viderent māducare sanguinem hūanū quo ille se tinxerat hominē occidēdo. ¶ Occidi ēt animalia quecunq; hoiem occidentia ls ipsa in ß non peccēt tam iustum ē ꝙ deus nobis dedit exēplū ei⁹ inquātū ipse p̄misit ꝙ requiret sanguinē humanū de manu bestiarum in vindictā hoīs: sic p̄z. ē. ix. c. sanguinē aiarum vestrarū requirā de manu cūctarū bestiarum ⁊ de manu hois ⁊ ō manu viri ⁊ de manu frīs eius requirā aiam hois quicūq; effuderit sanguinē humanū fundet sanguis eius: ergo iustū erat ꝙ si bos vel aliud animal occideret hominē occideret ipse. ¶ Circa serpētē non erant iste cause ad ß ꝙ occideret vl'aliqd malū ei fieret: p̄mū. ſ. piculum futurorū non erat ibi cū nō essſ aliquis actus quem serpēs ex inclinatione quātū libz bestiali acturus eēt: q̄ erat temptatio q̄ non fuit opatio serpentis: sed demonis in serpēte ⁊ vex est ꝙ poterat postea demō introire in serpētē quotiēs vellet ⁊ tēptaret ⁊ ß non poterat serpēs p̄hibē cum mquereē a potētiori cui resisti non poterat p eum. ¶ Sed istud piculū sil'ium tēptationū in futuro nō erat aliqua causa occidēdi serpētē: ꝓio q̄ pp hāc rōnē nō solus serpens occidendus erat: sſ ⁊ oīa aialia cum in oīa possit introire demon: ⁊ p oīa loqui atq; tēptare sicut angel⁹ bonus introiuit in asinam balaaz ⁊ locutus est p illam numeri. xxii. ⁊ dicit augu. li. xi. sup gen. fuisse illū angelū bonū: sſ potuisse hoc facere demonē: q̄ boni angeli ⁊ mail simil'r operātur: ⁊ idē magi. li. ij. sen. di. xxij. ⁊ tñ non debuerūt occidi alia aialia: neq; occisa sunt ꝓpter istud periculū. ¶ Scōo q̄ ad huc potius ex hac cā deberēt occidi alia aialia q̄ serpēs: naz licet diabolus possz postea intrare in serpētem ad tēptandū tñ nunq; tēptaret q̄ cum semel fuisset hō in serpēte tēptatus ⁊ succubuisset timeret q̄ñ audiret serpētē log ⁊ non audiret eū ⁊ ita nō possz ab eo iam decipi: sſ q̄ in alīs aialib⁹ nūquā deceptus fuerat potius audiret ea ⁊ magis periculi erat circa alia quā circa serpētē: iō potius alia q̄ serpēs occidi debebant: sſ nō factum est: ergo neq; serpēs debuit occidi aut puniri in aliquo. ¶ Etiam non erat hic secundū. ſ. horror facti q̄admodum in boue occidēte hominē: q̄ fallere non est horribile sicut occidere maxime q̄ illud non fecit serpēs: sſ diabolus in serpentē: iō debuit sic esse de serpente sicut ō boue. ¶ Ad tertium cum dicebatur de pecore cum quo quis coiuit ꝙ occiditur dicēdum ꝙ nō est simile ō illo ⁊ de serpente: neuter enim peccat q̄ neq; serpēs in quo fuit facta temptatio neq; pecus cum quo est coitus tamē occidi pecus ē iustū ⁊ nō est sic ō serpēte: duo enim sunt ꝓpter que occiditur pecus cum quo quis coiuit. ¶ Primum ē occasio mali: q̄ cuz notum fuerit aliquod eē pecus cum quo quis coiuit alīz iclinabuntur ad hoc faciēdum potius cum illo pecore quam cū alio q̄ cum istud sit huic rei assuetum putabitur ꝙ potiuſ p mittet hanc rem in se exerceri quā cetera pecora que nō sunt ad hoc assueta: ergo ex hac p̄optitudine non crescat homini desiderium ad malum' conueniēs fuit occidi pecuſ. ¶ Scōz fuit error facti: q̄ horribile ⁊ valde turpe est ꝙ hō coeat cum pecore q̄ in hoc deturpat se ipsum ⁊ deꝑmit dignitatē naturе humane: vt ergo nō appeat id in quo deturpatur nā hūana ꝙueniēs ē pecus occidi sſ nō fuit sic de serpēte. ¶ Et apparet p̄mū q̄ ex eo ꝙ in serpēte demon tēptauit hominē nō oriebatur occasio aut incētiuum mali: q̄ hoc malum q̄ō erat temptare non poterat fieri nisi ꝑ demonē: ⁊ non magis inciraretur demon ad temptanduz hominem manēte serpēte q̄z non manente cum posset in quolibet alio animali tēptare: imo nūq̄z postea tēptauit hominem in serpētē: ideo nulluz piculū erat si serpēs viueret ⁊ p̄ñter nō debebat occidi. ¶ De horrore iam dictū est ꝙ non erat ibi horror sicut i eo ꝙ quis cū pecore coeat: q̄ in eis que sūt magis mālia ē bonū ⁊ malum magis cognoscibile q̄z in eis que sūt aliqualr spūalia sic autē sūt occidere ⁊ cōcubitus: ideo ꝙcubitus cum pecore aut occisio facta a pecore sunt horribilia. Non est sic de fall'e: qa illud cōsistit in actu rōnis ⁊ talia non sūt sensibilia. ¶ Alia adhuc rō dissimilitudinis ē q̄ qñ occidit pec⁹ cuz quo coiuit occidit ipe hō qui cū illo coiuit. leui. xx. c. ita ⁊ occidi deberet serpēs ꝑ quē tēptatio facta est occidere homo q̄ tēptatiōi assentiens tēptationi diaboli: sſ alias penas itullit: ergo ne q̄z serpētem occidere debuit: sed p̄nūciauit aliquid tā q̄z pena cōtra serpētem: lz fm veritatem non erat pena. ¶ Ad q̄rtaz dicendum ꝙ inanimata non maledicuntur neq; puniūtur: q̄ nō est in eis sensus mali. ¶ Et cum dicit de mōtibus gelboe ꝙ maledicti fuerunt: dicendū ꝙ ibi nō potuit esse pena neq; maledictio. De pena p̄z q̄ non est nisi ꝑ pctō: mōtes aūt ⁊ irrōnabilia peccare nō possunt ideo quicquid eis eueniat non est pena neq; pōt sic vocari q̄ illa correlatiue dī ad peccatum vel culpam. ¶ Etiam non p̄nt p̄prie maledici montes q̄ maledictio est malum datū: sed rei inanimate non pōt malum dari: q̄ illa malum nō sentit ⁊ non est maluz nisi sentienti: ꝙ enim terra efficiatur sterilis non est terre bonū aut malum q̄ neq; in vno gaudet neq; in altero tristatur neq; aliquo modo illud sentit. ¶ Est tñ ꝓcedēdum ꝙ interduz ꝑ deum fit circa res inanimatas aliqua deterioratio vel īmutatio a bona dispositione que si fieret circa rem sentiētem eēt pena aut maledictio: sed circa rem non sentientem neutrum pōt dici. ¶ De mōtibus autez gelboe potest dici ꝙ non fuit maledictio data aut mutatio aliq̄ facta i eis: q̄ illō q̄ dī neq; ros neq; pluuia veniat sup vos n̄ fuit dctm̄ a dauid vt ꝓpha p̄nūciāte id q̄ō deus intēdēt: sſ vt ab oratore cōponēte metricas lamētationes ⁊ apponēte in eis quicqd ad ornatū pti net: sic p̄z li. ij. re. primo. c. plāxit aūt dauid plāctū huiuscemodi: super saul ⁊ sup ionatā filiū eius: ⁊ p̄cepit vt docerēt filios iude plāctū: ⁊ tō cū eēt planct⁹ artificiose cōpositus ponerent ibi ea que poterant exprimere dolorē plāgētis ⁊ q̄ plāgētes solent detestari locū ⁊ tps in quib⁹ mala de quibus luget deuenerūt: dauid tenuit hic modū istū in ß plāctu. ¶ De tpe p̄z sicut qñ iob luget miseriā suā dicēs peat dies in q̄ natus sum: ⁊ nox in q̄ dictū est ꝓceptus ē hō. iob. iij. c. ō loco p̄z in isto plāctu dauid: nā q̄ saul ⁊ ionathas corruerūt in montib⁹ gelboe: dixit dauid detestādo mōtes illos: mōtes gelboe neq; ros neq; pluuia veniat sup vos neq; sint ibi agri p̄mitiaz q̄ ibi abiect⁹ ē clypeus fortiū: ista ergo dicunt a dauid sicut plāgēte: ⁊ non ab eo sic ꝓphante: vnde nō est maledictio aliq̄ in ß neq; erāt verba alicuius efficatie. ¶ Scōo p̄z quia neq; euenerūt illa que dauid ibi dixit. ſ. ꝙ nō caderet rōs aut pluuia sup mōtes gelboe ymo sup illos mōtes ros ⁊ pluuia ceciderūt ⁊ fuerūt ibi agri p̄mitiarū: nā ⁊ nūc pluuia cadit: cum aliqui diebus nostris dormierint in mōte gelboe ⁊ ō nocte cecidit magna pluuia sup eos. ¶ Tertio p̄z q̄: si essz maledictio hic eēt a deo tāq̄z ipe detestaret rē gestā in mōtibus gelboe: sicut detestaret mala q̄dā fcā ab hoībus pp que tam eis q̄z terre plagas infert sſ nō fuit hic sic q̄: deus nō detestatus mōtē saul' ⁊ filioz suoz sſ potiꝰ voluit eā ⁊ coartauit eū ad hoc ꝙ incideret in eā: sic enī ipe dixit ad samuelē cū fusci tatus ē coartor nimis philisti pugnāt aduersum me ⁊ deus recessit a me ⁊ exaudire me nolluit: ⁊ etiā deus p̄nūciauit ei illā mortē ⁊ tps: nā dixit cras tu ⁊ filij tui mecū eritis. Et addidit idcirco ꝙ pateris feē tibi dñs hodie ⁊ dabit ēt dñs israel tecū in manus philistinoꝝ

2m.

rō prima.

B

A

Q. ō. 686. ad quartū.

B

C

de tpe p̄ma ratio

scōa.

tertia.

D

non

non detestaret factum ad ꝟ q̄ malediceret montib⁹ gelboe vbi hoc acciderat: ió non fuit maledictio a deo data montib⁹ s. deterioratio aliqua ibi facta: ita vt ibi non plueret si pluebat ꝓius de ista tñ maledictione magis dicef. li. ij. re. p̄mo. c.

A Qō. 687. Ad 5m.

¶ Ad quintā z vltimā rōnē dicēdū est q̄ deus interdū iubet fieri mala aut deteriorationes circa res inaiatas z ipe ēt facit illud non iubēdo: sed ꝟ nō est punire ipas q̄n nō pecca uerint: ēt non ē maledictio vt dictum est q: non ē eis malum cū nō sentiant: ſz fit illud pp maluz hominū vel pp detestationē pcti nihil ad cautelam futuroꝝ z ꝓpter sil'es causas.

¶ Et hoc apparet in exēplo allegato vbi occidunt pecora z cremant oia supellectilia: z ipse vrbes z edifitia dirimunt ipsi aūt homines in penam pctōrum suorū occidunt: ſz res ad eos pertinētes destruunt pti in penam ipsoꝝ inq̄ztū ipsi dolere p̄nt ꝓ ill' q: sunt res eoꝝ z hoc maxime ꝓ filiis z filiabus puulis qui ꝓ pctō p̄rum occidunt: de quibus nōce est dolere pentes: ptim in abhominationē delicti ꝟ mō quia ostendit valde magnū eē delictū: cum non solū peccātes inficiunt ex eo: ſz ēt res quas illi tāgunt reputent infecte. Et ꝟ fit in oibus rebus ptinētibus ad ydola: siue in eis que sunt ydoloꝝ partes aut ornatus: siue in eis que ptinēt ad ydolatras: de p̄mo p̄z deute. vij. c. non in feras quippiam de ydolo in domū tuā ne fias anathema sicut z illud ē q̄si spurcitiam detestaberis: z quasi immūditiā z sordes abhominatiōis habebis q: anathema es.

ratio.

¶ De secūdo p̄z. deute. xiij. c. vbi iubz deus succendi ciuitatē ydolatraꝝ cū omnibus q̄ ibi sunt z nihil inde tolli. s. cum ipsa ciuitate succēdes ita vt vniuersa cōsumas dño de tuo: z sic tumulus sempiternus nō edificabitur āplius: z non adhēbit ō anatemate q̄cq̄ in manu tua vt auertat dñs ab ira furoris sui. ¶ Etiam fit hoc ad bonū q̄dā hoium. s. vt superstites nō incidāt in tale delictū cū videant illud tan grauiter vindicatū: sic fecit deus de vrbibus sodomorum nā nō solū occidit deus viros illos peccatores: ſz etiaz subuertit vrbes z pdidit totā regionē in eternū. infra. xix. c. cū ꝑus essent sicē padisus dñi vt dī supra. in lra. ¶ Et vult deus manere tales plagas z desolationes in memoriaz ppetuam quorūdam delictorū vt oēs qui nascunt videtes hec timeāt: sil'e coiatus ē deus se facturū israelitis nō solum in eis ſz i terra ipsoꝝ si ꝑuaricarent mādata eius: sic dī deute. xxix. c. s. dicet sequēs generatio z filij qui nascent z pegrini q'ō lōge venerint videtes plagas terre illius z infirmitates q̄bus eam afflixit dñs sulphure z solis ardore ꝓburens ita vt vltra non seratur: nec virēs quippiā germinet in exēplum subuersionis sodome z gomorre adame z seboym q̄s subuertit dñs in ira z furore suo: z dicēt oēs gētes q̄re sic fecit dñs terre que ē ꝟ ira furoris eius immēsa: z rñdebunt q: reliq̄runt pactū dñi q̄ pepigit cū ꝑibus eoꝝ. Simile deus dixit se facturū de tēplo si israelite relicto ipso tollerent deos alienos. li. ij. re. ix. c.

B

C

clinaret niſi illa quā deus ſpāl̄r inclinaſſet. ipſa eſt mulier:
q̄s ꝓparaſti ſeruo tuo yſaac. Jſta nō dñr per modū ꝓphīe.
Sed per modū oꝝonis. ſ. o domine ego rogo q̄n exierint pu
elle ad hurriendā aquā: ⁊ ego petiuero ab vna ⁊ mihi libēter
ꝓ me ⁊ camelis dederit ipſa ſit mulier quā ꝓparaſti yſaac. ſ.
vt ego intelligā q̄liter facis miſericordiā cū ipo. ꝓ hoc intel
ligā. Si dicat ſi ante q̄s res fiant nō ponerem aliqō ſignū eti
am ſi poſtea miſericordiā faceres dño meo ego nō intelligerē.

Thoſta ſup Gen. AA

R

S

de ſigno eliezer. T

Opio Joſephi de eliezer.

Cōfutatio. ꝓma expō U

Illatio duorū dictoꝝ. Primū Scōm 2. expoſitio.

Primum Scom.

¶Duo erant in iſto ſigno que faciebāt intelligere eliezer diuinā miſericordiā. ¶Primū: q; qñcūq; aliq; ꝓponunt vt fiant: t poſt totaliter. Sic eueniūt nō oēs ꝓpter eſſe ab aliqua cā per accidēs ſed a cā itellectiua hoc directe itēdēte. ¶Secundū eſt q; in iſto talia ꝓponebantur q̄lia nulla puella ageret niſi mota interius a deo. ſ. adequare gratis decē camelos ſine petitiōe dñi camelorū: ideo qñcūq; iſta cōtingeret apparet manifeſte q; deus illa faceret. ⌊nec dum itra ſe. ⌋ideſt in cōceptu ſuo. ⌊verba cōpleuerat. ⌋verba mētalia ſunt q̄ ſine vocali ꝓlatiōe ſolo aīo cōcipiente formant: t eſt ſenſus nondum pfecte cogitauerat iſtud ſignū determinās ſe ad vnam partē vel ad aliā. ⌊t ecce rebecca egrediebat. ⌋Deus quidem mouerat eliezer ad talr ꝓcipiendū mouit rebeccā ad egrediēdū ꝓ aqua: t ipſa venit ante alias vt ex hoc certificaret magis eliezer vidēs hoc a deo ſic ordinate fieri t velociter. ⌊filia bathuel. ⌋vt dictū fuit ſupra. xxij. c. ⌊filij melche. ⌋melcha erat filia aram frīs nachor: t abrahe t erat ſoror loth t ſarre t cōſobrina abrahe vxor nachor. ⌊hūs ydriaz in ſcapula. ⌋ideſt portans ydriam ſup ſcapulā. ⌊puella decora nimis. ⌋erat. n. vultus decētiſſimi quātū ad mēbrorū ꝓportionē t lenitatem t quātū ad viuidū colorē. ⌊virgoq; pulcherrima. ⌋virgines pulchriores ſunt t fulgentiores q; intacte viris cū autem cognoſcunt marceſcit color viuidus t lenitas vultus deturpatur q̄ſi inſloribus manibus tactis vel qui nōdum ab aliquo cōtacti fuerūt. ⌊¶Deſcēditq; ad fontē. ⌋erat enī fons īferior t decliuior loco q̄ ciuitas: iſta enī eſt ꝓditio aquarū q; erūpant in loco depreſſo q; nō pōt elevari magis locus eruptionis quaz ad equilibrā originis. i. nō pōt eſſe altior locus in quo aque naſcunt qñ erūpunt q̄ locus in quo ꝓmo orīginātur vt ꝓz per ꝓbm in. ij. Methe. ⌊occurritq; ei ſeruus. ⌋ante ſtabat ad fōtē eliezer: q̄ rebecca: q; ꝓmiſit eā haurire aquā t poſtea acceſſit ad eaz petēs aquā. ⌊Pauxillū. ⌋ideſt paucū diminutiuū ē. ⌊bibe dñe mi. ⌋rebecca erat bene morigerata: t in verbiſ ſuis vrbana: ideo ſic placide loquebatur: maxime nūc q; deus eam interius mouerat ad faciendū hoc vt cōpleretur q; eliezer cogitauerat. ⌊quin. ⌋ideſt etiā. ⌊camelis tuis hauriā aquā. ⌋t effundā in canalibꝰ paratis vt potarēt pecora t iumēta vt ſacient aqua. ⌊Donec cuncti bibāt. ⌋magna benignitas in hoc ſignatur: q; iz mozaref puella. Dixit tñ ſe velle expectare quo vſq; oēs cameli bibiſſent. ⌊effundens hydriā in canalibus. ⌋qui erāt quidā magni lapides cauati in quibus mittebat aqua ad potū pecorū: t iumentorū. ⌊recurrit ad puteū. ⌋puteus aliq̄liter ſeparatꝰ erat a canalibus ne pecora vel iumēta adaquāda puteo apꝓpinq̄rent. ⌊ille aūt. ⌋ideſt eliezer. ⌊cōtēplabat eam tacitus. ⌋q; videbat fieri ea que ꝓpoſuerat. Sed adhuc tacitꝰ erat donec videret exitum rei. ⌊ſcire volens. ⌋p iſta que faciebat rebecca. ⌊vtrū ꝓſperū feciſſet deꝰ iter eius an nō. ⌋In hoc iudiciū rei aſſumebat: q; ſi rebecca ageret oīa q̄ eliezer ꝓpoſuerat: itelligeret q; deus feciſſet iter ꝓſperū. Si aūt i aliquo deficeret nō erat iter ꝓſperatū. ⌊Poſtq; ergo biberūt cameli. ⌋in hoc finiebat id qđ ꝓpoſuerat eliezer. Cū ergo vidiſſet oīa ꝓſpere facta exultans de bono euētu. ⌊dedit puelle in aures. ⌋in hebreo dicit ⌊inaurē aureā. ⌋Sed intelligendū eſt q; dedit ei duas inaures q; vna inauris ſola nō eſt ornatus ſed ſtultitia appēdentes ſiclos duos. Quelibet inauris appēdebat ſiclū vnū. Siclus aliq̄n accipit ꝓ moneta aliq̄n ꝓ pōdere. De ꝓmo dictū fuit ꝓce. c. terra quā poſtulas q̄drigētos ſiclos argēti valet: t Nume. c. iij. vbi mādat ꝓmogenita hoiuz redimi q;q; ſiclis. De ſcō pz b t Leui. vl. ſiclus viginti obolos hz. Sed dicendum q; vtrunq; eſt idē. Dico enī q; ſiclus moneta eſt certa figura t charactere determinata: t q; erat argētea nō ſolū obſeruabat ibi figura ſed etiā pondus: iō ſiclus iz ꝓncipalr eēt moneta. Secūdario tñ erat pōdus. In hebreo dr. ⌊appēdētē cuius pōdus erat medietas ſicli. Rñdet q; duplex erat ſiclus. ſ. vſual' t ſiclus ſāctuarij: ſiclus āt ſāctuarij erat duplus ad ſiclū vſualē iō dādo mediū ſiclū de ſāctuarij ſiclis dabat vnū ſiclū vſualē: ſra āt nra ñ cōputauit p ſiclos ſanctuarij iz p vſuales: t iō poſuit vnū ꝓ medio: t q; ſra hebrayca ponit vnam inaurē: iō determinauit pōdus eius medij ſiclū q; eſt vnus ſiclus vſualis: ſra aūt nra q; poſuit duas inaures poſuit ſiclū duplū. ſ. duos ſiclos vſuales q̄ faciunt vnū ſiclū ſanctuarij.

Obo Rñdio

¶Et ſi arguaſ ꝛ q; tpe eliezer nō erat ſiclus ſācuarij qui inuentꝰ fuit poſtea data lege. ¶Rñdetur q; hoc dicet per anticipationē: q; iz nō erāt tūc ſicli ſanctuarij: dedit tñ. Moyſes tñ pondus quātū erat vnus ſiclus ſanctuarij. ſ. duos ſiclos vſuales: ⌊t armillas totidē. ⌋ideſt duas armillas. Dicunt armille ab armo. i. brachio: q; ſunt ornamenta brachioꝝ. ⌊Pō deraret ſiclos qnq;. ⌋Dixitq; ad eā cuius es filia: ⌋cōmuniter dicūt doctores q; hic eſt mutatus ordo q; ꝓmo queſuit a puella de qua cognatiōe eēt. Deinde cognito q; eēt de cognatiōe abrae: t q; illa ꝓueniret dño ſuo ōdit ei iocalia. Si enī dixiſſet iocalia antēq̄s cōſtaret ei de qua cognatiōe eēt ſtultꝰ fuiſſet: q; poterat dare alicui que eēt de gñe gentiliū: t illa non debebat fieri vxor ꝓpter iſaac: t iſte ordo tenet. j. cuz eliezer narraret. j. ea que ſibi cōtigerunt. Primo dixit q; q̄ſiuerat a puella de cognatiōe eius deinde dedit ei iocalia. ¶Sed h nō obſtāte pōt valde bene dici q; elizer dedit rebecce iocalia anteq̄s inquireret de cognatiōe eius. ¶Et rō eſt: q; ſic iſte textus ordinat: t fundat in h q; eliezer dixerat q; illa puella que daret ei aquā t camelis ſuis illa eēt dñi ſui vxor: t in hoc intelligeret q; deus ꝓſperū faceret iter eius: cū ergo rebecca venit: t dedit ei potū t camelis ipſe intellexit certiſſime q; deus ꝓſperū feciſſet iter eius. Quid g̃ reſtabat niſi vt firmiter crederet q; illa puella futura erat vxor dñi ſui: qđ g̃ inconueniens vel que ſtultitia erat tradere ei iocalia tanq̄s indubitate vxori dñi ſui: iō erat magna fidelitaſ q̄tum ad deū q; ſine aliqua alia humana inq̄ſitiōe aſſentiebat ꝓpoſito ꝓfirmato p oratione ad deū. ¶Et qñ obiicitur q; erat ſtultitia dare inaures puelle quā nō cognoſcebat: q; ſi nō fuiſſet de cognatiōe abrahe nō decebat eā accipi in vxorē. ¶Rñdet q; ſi eliezer inquireret vxores ꝓ dño ſuo ſolū ꝓſilio humano īprudens fuiſſet dando iocalia tanti valoris alicui puelle cuius cognationez ignorabat. Sed ipe faciebat iſta innixus ſup oratiōne factā ad deū: t ſup ſignū qđ ꝓpoſuerat: cū enī videret eliezer q; deus cōpleret oīa que ipſe intra ſe ꝓpoſuerat dubitare nō debuit quin illa eēt vxor parata dño ſuo vt ſup ꝓpoſuerat. Et p conſequēs dubitare nō debebat quin illa eēt de gñe abrahe vel nō: imo firmiter tenere debuit q; eēt de cognatiōe abrahe: q; deus nō pararet ei niſi vxorē que ꝓueniret dño ſuo: t hāc eē oportebat de cognatiōe ſua. Et ideo eliezer qñ ꝓpoſuit hoc ſignū dixit: igit puella cui ego dixero iclina hydriā tuā vt bibā t nō dixit igit puella de cognatiōe abrahe cui ego dixero inclina hydriā tuam t hoc q; elezer ſperauit in dño q; ipſe faceret quēadmodū ꝓdecebat: t iō credidit q; puella quā ipſe pararet t diſponeret ad faciendū ſupradicta nō eēt de gentilibus ſed de cognatiōe abrahe: ideo ſupra diuinū conſiliū non oportebat ꝓſcrutationē humanā ſupuenire. ¶Et ſi dicas q̄re g̃ poſtea eliezer q̄ſiuit de cognatione puelle. ¶Rñdet q; nō q̄ſiuit ad ſe certificandū vtrū eēt de cognatiōe abrahe neſciebat tñ cuius filia eēt t volebat ſcire vt illuc iret ad petendum eā: t iō nō q̄ſiuit dicēs de qua cognatiōe es. Sed dixit cuius es filia? ¶Et ad aliud qñ dr q; ſ. ponit q; ꝓmo q̄ſiuit de cognatiōe quā dediſſet inaures. ¶Rñdet q; ſupra ꝓmo ponit t b nō eſt mirū q; ſepe in ſacra ſcriptura mutat ordo rerū t narrationū. ¶Neceſſe eſt g̃ vnū iſtorū teneri q; nō pōt vterq; teneri: qs g̃ tenebit. ¶Dico q; ille ordo ꝓior: t rō eſt q; nulla videt rō q̄re iſte debuiſſet mutari ab ordine rei geſte: de quo aūt cā eſt: q; eliezer volebat allicere parentes: t cognatos rebecce ad dandū eā in vxorem dño ſuo: t q; ſi dixiſſet q; dederat puelle inaures: t armillas antea q̄s peteret de q̄ cognatiōe erat ipſi intelligerēt q; nihil feciſſet in ſpāli ꝓ eis. Sz dabat illi puelle q̄cunq; illa eēt vel de q̄cunq; cognatione quia dederat ei potum vel camelis. Iſte aūt ordo hic deſignatꝰ nō eſt aliq; rō q̄re mutatꝰ iudicari debeat ab ordine rei geſte: q; hic nō fiebat narratio ad ꝓſuadendū alicui. Sed ſolū narraf veritas rei ꝓ vt fuit: t idē modus mutationis hētur. ſ. vij. c. Cū enīz ſarra dixiſſet: poſtq̄s cōſenuit: t dominus meus vetulus eſt voluptati operā dabo: in quo ōnotabat ſenectutē abrahe t ſenectutē ſuā: q̄ſ aūt angelus poſtretulit iſta vba abrahe ne redderet eū indignatū cōtra vxorē ſuā ſubticuit q; ſarra dixerat de ſenectute abrahe: t expreſſit q; dixerat ſarra ptinens ad ſuā ſenectutē. ſ. nunqd parituram ſuz anus. i. exiſtēs in vetuſtate. ¶Sciēdū ergo ꝓ regula q; qñcunq; aliqd narraf bis aut pluries: t nō ſm eundem ordinem ad ſciendū qs ordo eoꝝ fuerit veriſſimus ordo rei geſtaꝝ: q; inquirēdum eſt circa illas narrationes ſi inueniat aliqua rō mouēs q̄re debuerit recitans moueri ad mutandū ordinē vel dicendum magis ſic q̄s ſic: t tunc tenendum é q; non eſt.

Vndica tur armilla

2B Dicta eliezer ad puellaz.

2C

Alia rñ. Ratio.

Obo

Solo

2D

obiectio Solo

2E

Obo Solo

determinatio.

2F

Nota regulā

non est ille ordo verissimus rei geste: z sic querendū est quā
docūcz aliqd multotiens dr diuersimode: qñ aūt deuenit ad
hoc q nō magis differt sic cz aliter dicere illud est qđ teneri
debet tancz vex ordo rex gestax. ¶ Sed forte dices cuz cō
traria nō sint simul vera: z scriptura sacra ponat hic cōtrarie
tates ponet aliqđ falsuz. ¶ Respōdeť q q̄dam cōtrarietas ē
in ordine rex narratax: alia est in signato ꝓpositionū. Con
trarietas enīz que est in ꝓpositionibus facit q vnū sit veruz
z reliquū nō: vl verius dicendū p̄rietas facit q vnū sit falsū
ad minus: z talis p̄rietas nūcz reperiť in sacra scriptura: z si
aliqñ in supficie verboz videať cōtrarietas cōsiderato signi
ficato ꝓpōnis nulla cōtrarietas est. Cōtrarietas aūt ordinis
nullo mō causat falsitatē: vnde si aliq duo narrent idē factuz
z vnus ponat finem ad p̄ncipiū: z alius teneat rectū ordinē
nullus istoz falsuz dicit: q falsitas est dicere cōtra id qđ fcm̄
fuit: ordo aūt nihil negat vel asserit: iō nō est mendacij causa.
Secus tm̄ est si aliqs diceret q illud qđ factū fuit in p̄n° fue
rit factū in fine: qz tunc est dicere cōtra illud qđ est: z iō ē fal
sum: z est ibi p̄rietas: nō soluz in ordine: sed in significato ꝓ
positiōis. ¶ Cōsideranduz etiam q in sacra scriptura aliqñ
narrať idē multotiēs: z diuersis modis: z vnus illoz modo
rum est positus ab ipso scribēte libz̄: alius est quē tenuit ille
qui talia dixit de quo scribēs scripsit: z tūc videndū est qs est
ordo quē ponit scriptor libz̄: z ille est ordo narratiōis: vel rei
geste z nō ille quē tenuit ille de quo scribēs scribit: vt b. Iste
eni ordo qui hic p̄ponit est ordo quē ponit Moyses scriptor
huius libz̄: vt p3 ex lr̄a sc3 postcz ergo biberūt cameli. ⌊ ptu
lit vir inaures aureas. ⌋ ordo aūt qui infra ponit fuit ꝯ quē
ptulit verba eliezer. s. ⌊ interrogauitcz eaz: z dixi cuius es fi
lia que rndit filia bathuelis suz. Suspēdi itacz inaures ad or
nandū vultū eius. ⌋ Et sic p3 in multis alīs locis sacre scrip
ture. ¶ Fundamētū aūt regule huius est q aliquādo scr
iptura narrat aliq mendacia nō q asserat sic fuisse. Sed q di
cat aliquos homines sic dixisse: z iō sicut tunc. Si ponantur
due ꝓpositiōes cōtrarie totaliter in sacra scriptura quax po
natur a scriptore libz̄ sacre scripture: z alia dicať ab aliq ho
mine de quo scribit historia: dicēdū est q illa propositio quaz
ptulit scriptor libz̄ est vera z de intētione sacre scripture: il
la aūt quā ptulit hō de quo scribitur historia est falsa z non
est de intētiōe sacre scripture. Sicut p3 de btō petro qui dixit
se nō esse xp̄i discipuluz nec illū nouisse: vt habeť Mat. xxvj
Sed beatus Matheus scriptor euangelij dicit q discipuli
xp̄i erant duodeciz quoz primus erat simon qui dr Petrus
vt p3 Mat. x. c. iste due ꝓpositōes cōtradicūt directe: q̄ ergo
tenenda est. Dico q quilibet intelligēs recurrit ad ꝓpositio
nem scribētis. s. q Petrus fuerit xp̄i discipulus: z dicet ꝓpo
sitionē Petri falsissimā eē. ¶ Idem ergo dicenduz de ordine
narrandi q qñ scriptor libz̄ narrauit rem per vnū moduz: z
aliquis de quo scribiť historia narrat per aliū modū: tenenda
est narratio illius qui scripsit libz̄. qz illā asserit sacra scriptu
ra. Cuz ergo ordo p̄mus sit ordo Moysi scribētis z ordo se
cundus sit ordo eliezer narrātis tenendus est ordo p̄mus sc3
Moysi. ¶ Sed cōtra obijcies q si iste ordo narratōis b po
situs dissonaret ab ordine rei geste ipsa rebecca audiens hoc
diceret sic nō fuisse: vel ipse eliezer non auderet mutare ordi
nem ne redargueret. ¶ Respōdeť q eliezer mutauit verum
ordinē ex cā supza assignata nec timuit mutare eum qz forte
rebecca p̄sens non erat qñ eliezer ista narrabat sed recesserat
ad aliquā partē domus vel si p̄sens eēt: nō redargueret quia
forte nō respiceret qz mutare modicuz de ordine nihil referre
bat. ¶ Vel dato q ipa intellexisset euz mutare ordinē qz pu
ella verecūda erat nō loq̄retur ad redarguendū eum. ⌊ est ne
in domo patris tui locus ad manēdū: ⌋ idest ad hospitanduz
ista nocte volebat enim eliezer manere in domo rebecce quia
intendebat eam petere in vxorē p̄o domino suo: z iō meliuſ
colloqueret z ꝓcuraret negociū manēs in domo q̄ si extra
hospitaret: qz in domo existens videret oportunitates ad p̄o
ponendū q̄s non videret extra existens. ⌊ que rndit filia sum
bathuel. ⌋ ¶ Due q̄stiones fuerunt posite rebecce: vna De
cognatiōe sua alia de loco ad manēdū: ipsa aūt ad vtraqz rn̄
dit eodē ordine quo querebať in quo prudentia apparet re
spōdentis: erat eni rebecca puella prudens valde. ⌊ quem pe
perit ex nachor. ⌋ narrauit rebecca genus suuz vsq̄ nachor
ascēdendo. ¶ Et forte dicet aliqs q iō factum est qz nachor
attinebat abrahe cū esset eius frater. ¶ Sed dicet q hoc nō
est vex qz rebecca nesciebat vtrū ille hō esset seruus abrahe
z iō nō hēbat aliqd ꝓp̄ quod narraret vsq̄ nachor. ¶ Re
spōdeť q licet rebecca ignoraret istū esse seruū abrahe: tamē
mouebať a deo qui totū istud negociū quodā occultissimo or
dine ꝓuertebat vt ipsa narraret vsq̄ ad nachor quem eliezer
sciebat esse fratrē abrahe qz a dño suo sepe hoc audierat: z sic
eliezer iret let° in domū rebecce. Si aūt dixisset rebecca soluz
filia batuellis suz nō cognosceret eliezer vtrū eēt de cognatio
ne abrahe qz abrahā nō solebat facere mentionez de batue
le: qz nunq̄ eum viderat: z ista est fundamentalis cā posset
etiā dici q rebecca volebat ei suā cognationē totaliter narra
re: z narrauit vsq̄ ad nachor qui erat auus qz cōiter puelle
z pueri non sciunt noia suoz p̄cessoz nisi auoz qz alios vi
dere non solent. ⌊ paleax quoq̄: z feni. ⌋ ista duo sunt con
uenientia pabula camelorum: z licet rebecca soluz fuisset q̄
sita de loco ad manēdū p̄o camelis respōdit etiā de cibo eoz
qz sicut in hoibus nō est pfecta hospitalitas dare lectū ad qe
scendū nisi detur cibus ad recreandū: ita eni supza patuit de
abraham: z de loth decimo octauo: z decimo nono qui hospi
tibus suis cibos imediate parabāt: sic etiā de iumētis ad com
plemētū hospicij oportet dare pabula. De qbus rebecca dili
genter intulit nō q̄sita iudicās eē necessaria. ⌊ z locus spaci
osus ad manēdū. ⌋ ita requirebať p̄o decē camelis. ⌊ inclina
uit se hō. ⌋ sc3 eliezer ad terrā se inclinās figendo genua: vel
caput p̄mendo vsq̄ ad terrā: vt. j. dicit ꝓnusq̄ adorauit do
minū. ⌊ adorauit dn̄z. ⌋ regratiās tātis eius beneficijs qz iter
meuz ꝓsperū fecisset. ⌊ Deus dñi mei abrahā. ⌋ idest de° quē
colit z ꝓsteť dñs meus abrahā. Dicebat hoc ad differentiaz
deoz gentiū: eliezer etiā vex deum colebat ex doctrina abra
he vt diximus. s. isto. c. ⌊ qui nō abstulit misericordiā suā z ve
ritatē suā a dño meo. ⌊ Dirigere iter eliezer fm desideriū eius
vt hret vxorē p̄o dño suo vocať hic misericordia dei z vitas:
misericordia aūt qz deus nō fecit hoc tancz ad hoc cōpelle
retur: vel alias obligareť: cz sola benignitate sua vocať autez
veritas qz deus ꝓmiserat abrahe q daret ei semen multum
z daret terrā chanaā: q ergo dirigeret eliezer qđ erat quasi
mediū ad finē erat veritas. i. fidelitas. s. custodire ꝓmissum.
⌊ cucurrit aūt puella. ⌋ idest aliqliter magis festinater iuit cū
hydria qua ire cōsueuerat: nō tamē currebat: qz nec honesta
ti virginali cursus decebat nec cū hydria b facere poterat: eli
ezer aūt mansit apud puteū cū camelis dum rebecca festina
bat ad dñm vt expectaret si aliqs veniret ad ducendū euz in
hospitiū donec venit laban vt. j. p3: ⌊ z nunciauit in domum
matris sue. ⌋ rebecca aūt anteq̄z reciperet illa donaria quesi
uit ab illo viro vñ erat z qd inquirebat: z cognito q eēt seru
us abrahe auinculi sui recepit: alias eniz nō recepisset cum
esset virgo honesta z valde instructa moraliter: malū signuz
est in mulieribus recipere dona maxime a viris icognitis: iō
dicit. ¶ Que recipit dona: femina nulla bona. Juit autē ad
annūciandū in domuz matris sue: qz vt vult iosephus batu
el p̄r eius iā mortuus fuerat iō domus denominať a matre.
¶ Sed cōtra b videť text°. j. vbi dr. ⌊ rnderūt laban z batu
el. ⌋ tenēdo aūt positionē iosephi. Dicendū q ille batuel nō
erat pater rebecce: sed frater eius minor q̄s laban: iō ponitur
post laban cōis tamē positio est catholicoz z hebreoz q ba
tuel viuebat adhuc. Sed vocať hic domus matris: qz puel
le magis colloquūť matrib° quā p̄rib°: z ideo matri renūcia
uit ista: z nō p̄ri: z sic dr cucurrisse ad domū matris. ¶ Vel
dicendū q mulieres tenebāt tunc intra domos viroz quasd
mansiunculas in qbus faciebāt opera mulebria cū pu
ellis suis: z ad illā domū cucurrit rebecca z nūciauit p̄dicta
que vocať domus mr̄is sue. ⌊ hēbat aūt rebecca fratrē nomi
ne laban. ⌉ nomē istius hic exp̄imit qz iste fuit: qui postea p
secutus fuit iacob: z dedit ei filias suas liam z rachel: ut infra
xxix. z. xxx. z. xxxj. c. ⌊ qui festin° egressus est ad homines. ⌉
idest ad eliezer qz viderat donaria que dederat sororꝰ sue re
becce: z audierat verba. ⌊ vbi erat fons. ⌉ sc3 vbi adaquaue
rat camelos: expectabat eni eliezer q aliqs veniret ad vocā
dum eum. ⌊ cunqz audiuisset. ⌉ Istud ponit per recapitula
tionez qz p̄rius audiuit laban verba sororis q̄s iret ad eliezer
⌊ cuncta verba referētis. ⌉ retulit. n. verba ista mr̄i: z fratri.
⌊ hec locutus est mihi hō. ⌉ ista sunt verba rebecce. Dicebat
enim homo ille dixit mihi ista: z ista. ⌊ venit ad virū. ⌉ sc3 elie
zer. ⌊ qui stabat iuxta camelos. ⌋ qui adhuc accubabat. ⌊ in
gredere benedicte domini. ⌋ idest o vir cui de° benedixit: ⌊ in

R° rebecce ad eliezer. Rñsio

Obo Rñsio

Alia rn̄.

Rñsio.

Alia rn̄.

gredere. ¶ideſt intra in ciuitatem ⁊ vade in domum noſtrã. ¶cur foris ſtas? ¶quaſi dicat tu nõ deberes ſtare foris quaſi hoſpes: ſz deberes ire in domũ nr̃am q̃ſi in domũ abrahe qa ſeruus illius es. ¶pparaui locũ ⁊ domũ camelis. ¶ex quo p3 q̃ poſt narrationẽ rebecce nõ ſtatim venit ad virũ. Sed p9 parauit hoſpitiũ velocius q̃ potuit. ¶deſtrauit camelos. ¶i. tulit ſellas ſiue critellas camelor̃ deſup ⁊ onera: nã ſterno ſi gnat ponere ſellam vel critellã: deſterno deſtraui in p̃terito ſignat tollere ſellã vel critellaz: ⁊ in h̃ p3 vrbanitas laban q̃ adiunxit eliezer ad deſtrandũ camelos: ⁊ locandũ ſarcinulas ſuas. ¶ aquã ad lauãdos pedes camelor̃. ¶ad purgãdũ pulueré qui nocet pedib⁹ camelor̃: ⁊ in hoc magna quies ⁊ refrigeratio eſt illis. ¶ ⁊ viror̃ qui venerãt cũ eo. ¶ex hoc patet q̃ ſupra dixeramus ſcz q̃ aliqui viri venerãt cũ eliezer: quia cuz ipſe deberet ex apparatu ſuo iudicare diuitias abrahe. do cebat vt alĩ viri irẽt cũ eo ad honorandũ. Item q̃ eliezer itẽ debat ducere ſecũ ſponſaz dñi ſui yſaac ſi deus dirigeret iter ſuũ: ⁊ daret ei q̃ petebat ſed ad portandũ ſponſaz nouã: req rebaẽ magn⁹ honor: ergo plures viri requirebanẽ qui famu larenẽ ⁊ ſuſpitionẽ tollerent: nã vnã pulchrã iuuenculã cuz vno ſolo viro qui nõ ſit magna cõſanguinitate cõiunctus ſci licet q̃ ſit p̃r vel frater ita vt ſuſpitio mali elidaẽ valde inhonestum eſt: ⁊ ad infamiã p̃roptũ q̃ valde abijci in p̃ſenti decebat. ¶Item q̃ eliezer portabat decẽ camelos de optimis camelis dñi ſui: vt p3 ſupra in ſra. Sed hoc nõ cõueniebat vni viro: q̃ ſolus eliezer nõ poterat curã agere decẽ camelorum. Pedes viror̃ qui venerãt cũ eliezer lauari fecit laban: ⁊ nõ ſolum pedes eor̃: ſed etiã pedes ipſius eliezer qui p̃cipalis erat ⁊ hoc fiebat ad refrigerandũ eos ex labore itineris: ⁊ vt tolleret puluis qui ſiccitate ſua humiditatẽ naturalẽ pedum cõſumit: ⁊ pedes findit atq̃ vulnera facit erat autẽ iſte vſus in terra illa ſicut in terra chanaã. De quo ſupra. xviĩ. ca. vbi abrahã dedit aquã ad lauandũ pedes angelor̃ qui veniebãt in ſpẽ viror̃: ⁊ ſupra. xix. vbi loth duobus angelis de illis eadem die ad veſperũ hoſpitio receptis ad lauãdũ pedes aquã p̃buit. Et ſicut tũc fiebat ita poſtea conſuetũ fuit per valde multa tpa ſcz vſq̃ ad tpa x̃pi: nam tpe eius hoſpitibus peregrinantib⁹ aqua dabaẽ ad lauandũ pedes: ⁊ ſic rñdit ieſus ſimoni phariſeo in cuius domo veſcebaẽ q̃ſi dicẽs q̃ ipſe nõ p̃buiſſet pfectaz hoſpitalitatẽ: q̃ aquã pedibus eius nõ derat nec oſculũ pacis: maria aũt magdalene ꝓpter quã ipſe Simon x̃pm intra ſe arguebat oſculabaẽ pedes dñi ⁊ lachrymis rigans capillis tergebat vt p3. Luc. vĩ. c. Si autem tunc nõ eſſet cõſuetudo dandi aquã pedib⁹ hoſpitũ nõ iuſte videreẽ x̃ps inuehi cõtra phariſeũ dicẽs aquã pedibus meis non dediſti: q̃ tũc peteret aliqd ſpãle ⁊ in ſolitũ. Iſta etiam cõſuetudo erat in meſopotamia vt viris itinerãtib⁹ aq̃ daretur ad lauandũ pedes ⁊ camelis: ſz nõ tanta neceſſitas eẽt in ẽra meſopotamie ſicut in terra chanaã: q̃ cũ terra meſopotamie ſit magis ſeptẽtrionalis quã terra chanaã erit etiã magis frigida q̃ verſus ſeptẽtrionẽ eſt maius frigus q̃ ad meridiẽ: i terra autẽ frigida nõ ita neceſſe eſt refrigerari pedes ſicut in terra multũ calida. ¶ appoſit⁹ eſt panis in ꝓſpectu eius. ¶ideſt eliezer: ⁊ intelligaẽ per panem oĩa alia cibaria. Sic p3. iiĩ. re. vj. c. vbi dixit eliſeus pone coram eis panẽ: ⁊ ſequit: ⁊ poſita ẽ eis magna cibor̃ pparatio. ¶ nõ comedã donec loquar ſmones meos. ¶ideſt ſermones quos mãdauit mihi loqui dominus meus in quo magna diligẽtia eliezer mõſtratur: qui magis attẽdebat circa negociũ dñi ſui q̃ circa ſe ipz ⁊ noluit comedere vel bibere ante: q̃ magis p̃opti ſunt homines ad loquendũ ⁊ intelligẽdũ ante potũ q̃ poſt potũ. ¶ Rñdit ei ¶iſte qui reſpõdebat erat laban. ¶ſeruus inqt abrahã ſum. In q̃ manifeſtat q̃ oĩa que dicit ex parte abrahe dicit. ¶ ⁊ dñs benedixit intendit hic eliezer pſuadere parẽtibus: ⁊ cognatã rebecce vt traderẽt eam in vxorẽ yſaac filio abrahe: ⁊ ideo enumerat diuitias eius que valde ad hoc inducũt: ſz aliud in copulandis p9s cõſiderari debet. ſ. mor̃ honeſtas narrauit etiam iuramẽtũ quo euz aſtrinxerat abrahã vt veniret ad terrã meſopotamie: ⁊ oĩa alia que aliqõ pondus pſuaſionis habẽt maxime ea que cõtigerũt de p̃poſito ſuo ad fontẽ per que iducit iſtã copulaz eſſe a volũtate dei: ⁊ ideo ſi huic matrimonio reſiſtunt dei volũtati reſiſtũt. ¶ benedixit dñs dño meo valde. ¶ideſt valde multiplicauit eũ in bonis tpalib⁹: q̃ vt dictum fuit abrahã hẽbat in domo ſua trecẽtos ⁊ decẽ: ⁊ octo vernaculos q̃ſi tulit ad bellũ: cõtra q̃ttuor reges. ſ. xiĩ. c. q̃ uto magis nũc q̃ quottidie multiplicabaẽ. ¶ Dedit ei boues. ¶ hic ponit oĩa in q̃bus abrahã habũdabat: ⁊ in q̃bus erãt diuicie tpis illius. ¶ ⁊ pepit ſarra. ¶ hic accedit magis ad materiã volens ꝓbare pſuaſiue q̃ deberẽt ei dare rebeccã in vxorem p̃o dño ſuo yſaac. ¶in ſenectute ſua. ¶ hoc etiã ponitur ad ſuadendũ: q̃ parere in ſenectute miraculũ eſt veriſimile q̃ eſt q̃ deus benefacturus ſit valde ei quẽ in ſenectute parentuz naſci fecit ꝓpter q̃ quelibet mulier deſiderare deberet tali viro copulari. ¶ Deditq̃ illi. ¶ideſt yſaac. ¶oĩa que habuerat. ¶faciens ei donationẽ in vita: aliꝯ aũt filiꝯ cõcubinarũ largitus eſt munera vt p3. j. xxv. c. ⁊ chartã huius donatiõis portabat ſecũ ſeruus abrahe vt pſuaderet magis illis: ¶ ⁊ ad iurauit me dñs meus. ¶iſta adiuratio in p̃ncip⁹ ca. poſita fuit. ¶ De filiabus chananeor̃. ¶ q̃ erãt ydolatre ⁊ ptraherẽt ſemen ſuũ ad idolatriã: vel q̃ chananei ꝓpter peccata ſua expellẽdi erant de terra illa: iõ nõ erat iuſtuz populũ ſanctũ cũ peccatoribꝰ miſcere cõnubia vt p3. Exo. xxxiĩ. c. ¶ Sz ad domũ p̃ris mei. ¶ideſt ad arã in qua fuit domuſ p̃ris mei thare ⁊ de cognatiõe mea. i. de filiabus vel nepotib⁹ nachor qui erat frater abrahe. ¶ q̃ ſi noluerit. ¶iſta ſupra magis expoſita ſunt. ¶ dñs i cuius ꝓſpectu ambulo. ¶ideſt deus cuius voluntatẽ facio q̃ eſt ambulare coram eo. Sic dicit ſupra. xv. ca. ambula coram me ⁊ eſto perfect⁹. ¶innocẽs eris a maledictione mea. ¶ideſt a iuramẽto facto per modũ maledictiõis vel i p̃decatiõis mali: poſtq̃ abrahã ꝓpoſuit oĩa ſupradicta ſeruo ſuo dixit q̃ iuraret: ⁊ iurauit tunc abraham ſubiũxit maledictionẽ: ⁊ bñdictionẽ ſic nũc fit ſcz ſi ſic feceris de⁹ te adiuuet. Sin aũt rogo deũ vt oĩa mala veniãt ſup caput tuũ. Si aũt eliezer faciente q̃ poterat nõ daret ei vxor̃ ad ducẽdũ in trã chanaã innocẽs erat ab iſta maledictiõe. ¶ Cũ veneris ad p̃ximoſ meoſ. ¶ideſt ad cognatos meos qui morant in meſopotamia. ¶ veni ergo ad fontẽ hodie. ¶ volunt aliq̃ iudei q̃ venerit eliezer miraculoſe in vna die de berſabee vſq̃ vbẽ nachor in meſopotamia. Sed hoc nõ hz aliquẽ colorem. ¶ Si enim tñ miraculũ fuiſſet: ſcriptura nõ tacuiſſet cũ alia parua hic recitet. Dõm ergo vt ſupra diximus de itinẽ berſabee vſq̃ meſopotamiã. ſ. q̃ iuerit in octo vel nouẽ diebus: dicit ergo. ¶ veni hodie. ¶ideſt acceſſi hodie: q̃ licet ipo die nõ receſſerat de berſabee acceſſit tñ ipſo die ad fontẽ. ¶ Domine deus dñi mei. ¶ Supra expoſita ſunt ideo requiri ibi latius. ¶ Si direxiſti viã meã. ¶ Dicet aliqs quo dicebat hoc eliezer qa h̃ certũ erat: q̃ eni ꝓteritũ eſt certũ ẽ. Satis ergo ſciebat. Si aliqua ꝓſpera vel aduerſa ei acciderent. ¶ Rñdet q̃ ea que ſunt ad finẽ depẽdẽt ex ipſo fine. Bonũ ergo vel malũ in ipſis accipit ſecundũ cõformitatẽ bene ſe hñdi vel male ad finẽ ⁊ iõ q̃q̃ finis ſit actualiter acq̃ſitus nõ poſſunt iudicari bene vl̃ male ſe hr̃e ea que ad finẽ. Cũ g̃ iſte eliezer eẽt aliqd ad finẽ. i. aliqd ordinatũ ad hñdũ vxorẽ p̃o yſaac: depẽdebat p̃ſperitas vie ex cõſecutiõe termini nunq̃z ergo diceret iter eliezer ꝓſperũ donec cõſecutus fuiſſet vxorez p̃o dño: ⁊ q̃ nõdum ſciebat vtrũ cõſecuturus eẽt finẽ ꝓſperũ vel nõ: iõ non ſciebat vtrũ iter ſuũ eẽt bonũ an nõ. ¶ ⁊ virgo que egredieẽ. ¶ideſt quecũq̃ egreſſa fuerit vna tñ eẽ debebat illa ⁊ ꝑma cui h̃ verba diceret. Si eni eliezer diceret iſta verba alicui virgini exeunti de ciuitate ⁊ illa nõ dediſſet ei potũ ⁊ camelis ſuis intellexiſſet imediate q̃ deus nõ ꝓſperaſſet viã eius. ¶ ipa eſt mulier quam ꝓparauit dñs filio dñi mei. ¶ideſt yſaac filio abrahe ⁊ nõ dicebaẽ iſta per modũ ꝓphetie. ſ. q̃ eliezer ſciret hoc deo reuelante. Sed erat oro petebat enim q̃ vt ipe certificari poſſet de ꝓſperitate vie ſue deus daret tale ſignũ ei: ⁊ ideo debet itelligi iſtud verbũ. ¶ eſt. ¶non per modũ aſſerẽdi vel ostẽdi. Sed per modũ optãdi. ſ. ¶ ipſa eſt mulier ¶ideſt rogo q̃ ipſa ſit mulier q̃ tu des filio dñi mei: loquit̃ eliezer ad deũ: ⁊ deberet loqui ei in. ĩ. pſona que ſignat per modum ad quã dirigit̃ ſermo: ⁊ loquitur in tertia. ſ. ¶ ipſa eſt mulier quam ꝓparauit dñs. ¶ cum deberet dicere ipſa eſt mulier q̃ ꝓparaſti tu dñe: ſed fit talis mutatio ad honorẽ q̃ magnis dominis nõ cõſueuimus loqui in ſecũda pſona: dicẽtes: vos dñe mandaſtis hoc. Sed dominatio veſtra mãdauit hoc vel cum volumus magis exaltare dicimus dñs meus mandauit h̃ ⁊ loquimur ad ipſuz p̃ſentem tanquã de ipſo ad alterũ loquereẽ. Sic enim locutus fuit eliezer q̃ cum ad deũ ſermonem dirigeret dixit de eo in tertia perſona. ¶ apparuit rebecca. ¶ſcz exiens de ciuitate. ¶ que feſtinãs depoſuit hydriaz. ¶ in quo magna vrbanitas rebecce notatur: ⁊ aſſuefactio i bonis q̃

M 2 — Rõ dictor̃ Alia rõ — Alia rõ — N 2 — Mos antiquorum. — O 2 — Narratio eliezer ad laban de bonis abrahã P 2 — Q — Opinio iudeorũ de itinere eliezer. Cõfuta. ¶ R Riſio. — R — S Quõ h dixerit eliezer — T

nio'q; p̄ōpte ꝛ delectabil'r bñfaciebat. hoc.n.signū est generati hitus delectationē fieri in ope. Sꝫ eliezer volebat i ℔ demōstrare q̄ oia ista a deo efficerent: q; nō tā velociter rebecca ad faciēdū moueret nisi de⁹ illā spāl'r mouisset. ⌊ iterrogauiq; eā cui⁹ es filia: ⌋ hic mutat eliezer ordinē q fuit i reb⁹ q; p dedit iocalia q̄ q̄reret de cognatiōe puelle. Sꝫ q; nō videbat fieri spāl' grā pentib⁹: ꝛ cognatꝰ rebecce si illū ordinē tenuisset iō mutauit. ¶ Nicola⁹ tñ dicit q̄ iste ordo quē posuit nūc eliezer fuit ver⁹ ordo. ¶ Sꝫ salua ei⁹ reuerētia non multū vr̄: vt. s̄. late p̄bauim⁹. ⌊ quē pepit ex melcha. ⌋ quare noiat ℔ melcha cū nō sit mos sacrarū scripturarū i genealogijs mlieres iserere: vel si melchā q̄ auia erat noiare volebat q̄re nō noiauit mr̄em suā vxorē batuel q̄ ꝓpinqor erat ei q̄ auia melcha. ¶ Rñdet ꝑm q̄. s̄. dictū est q̄ de⁹ mouebat rebeccā ad sic rñdendū vt certificaret eliezer q̄ eēt rebecca de cognatiōe abrae: vt iret ad petendū eā: abrahā. n. sepe loq̄bat i domo sua de cognatꝰ suis: ꝛ dicebat se hr̄e fr̄ez noīe nachor ꝛ cōsobrinā noīe melchā copulatā nachor: ꝛ iō istos cognoscebat eliezer ex noīe eē cognatos abrae. Et ob ℔ ad magis notificādū ꝓpinqtatē cognatiōis ad abrahā noiauit auum ꝛ auiā quor̄ vterq; ad cognationē abrae ptinebat: mr̄ ät rebecce forte nō erat de cognatiōe abrae. Sꝫ de gētib⁹ terre illius vel si erat de cognatōe nō erat cognita ex noīe abrae: iō non audierat aliq̄n eliezer ō illa q̄re iutile erat illā noiare. ¶ Jsta videt potissima rō q̄re melcha i hac genealogia noiata fuerit aliq̄n tñ fere in alijs genealogijs sacre scripture noiant ex qbusdā alijs causis vt i genealogijs xp̄i mat. c. j. noiat raab ꝛ thamar ꝛ bersabee vxor vrie ethei a dauid assumpta: ꝛ vt iste dña nr̄a maria: cās ät noiatōis harū feiarū assignat beat⁹ hiero. ꝛ i. c. j. bri mat. deo dāte dicem⁹. ⌊ Suspēdi itaq; iaures. ⌋ i. i. dedi ei iaures ad suspēdēdū i aurib⁹. ⌊ ꝛ armillas ⌋ q̄ sūt ornamēta brachior̄. ⌊ pnusq; adoraui dñm. ⌋ s. inclinās me ad terrā regratiādo tātis bñficijs. ⌊ q̄ duxit me recto itinere. ⌋ i. talr me dirigēdo vt cōseq̄rer q̄ itēdebā. Directio vl' rectitudo itineris ē i aplēsiōe termini cōgrua: nulla ät via recta ē p quā itētū finē nō attigim⁹: cuꝫ ḡ videt se eliezer eē q̄si i optato fine vocauit viā suā rectā. ⌊ vt sumerē filiā fr̄is dñi mei. ⌋ eliezer demōstrabat. q. se credē q̄ iā puella dāda erat ei tanq̄ deo ad ℔ stimulāte: ꝛ p̄riū fieri malū valō ē: ꝛ vocat ℔ r̄becca filia fr̄is abrae. i. filia nachor q erat fr̄ abrae nō q̄ esset imediate filia nachor sꝫ q̄ esset filia filij nachor. s. batuelis: ꝛ sic dixit abrahā de sarra soror mea ē filia patris mei: sꝫ nō mr̄is mee: vocat ibi thare p̄rem sarre: vt p̄z. s̄. xx. c. Sꝫ nō erat ipse imediat⁹ p̄r: sꝫ magis auus. ¶ Uel vocat filia fr̄is abrae. i. filia batuelis q vocat fr̄ abrae: non q̄ esset fr̄ abrae. Sꝫ q; erat cōsobrin⁹ ꝛ vocat fr̄: sic. n. loth q erat cōsobrin⁹ abrae vocat fr̄ ei⁹: vt p̄z. s̄. xiij. c. ita batuel cū sit eodem mō cōsobrin⁹ vocabit fr̄ abrae: p̄z ℔ q; aran erat fr̄ abrae: vt p̄z. s̄. xj. c. ꝛ filius hui⁹ erat loth: vt p̄z ibidē nachor ēt erat fr̄ abrahe: vt p̄z eodē. c. filius ät nachor erat bathuel: vt p̄z ℔ ḡ erat cōsobrin⁹ abrae i eodē gradu attinēs i q̄ loth. ⌊ quāobrē si faciꝫ misericordiā: ꝛ veritatē cū dño meo. ⌋ s. dando abrae rebeccā p filio suo mja vocat ℔ q; ex benignitate: ꝛ non ex coactiōe ℔ fit vītas. i. fidelitas q; ad fidelitatē cognatōis p̄z illō tps ptinebat magis iter se accipe filias i vxores q̄ exne is dare. ⌊ indicate mihi. ⌋ s. vt negociuꝫ feliciter pficiat. ⌊ sin ät aliō placet. ⌋ i. Si nō vultis dare eam in vxorē. ⌊ ℔ dicite mihi. ⌋ vt possiꝫ cito de alia puidē ⌊ vt vadā ad dexterā ⌋ vl' ad sinistrā. i. vt vadā ad aliq̄s partē ad igrendā vxorē. Sꝫ vocat dextra ꝛ sinistra: q; isti sūt modi positiōis q locutiōi nr̄e magis cōes sūt: ꝛ iō ad quēcūq; respectū positiōis aliqs tenere debeat vocat illas positiones dextrā: ꝛ sinistrā. Cū ḡ eliezer itur⁹ eēt ad aliq̄s partē q̄situr⁹ vxorē si eā ibi hr̄e nō possꝫ siue añ siue retro: siue ōxtrorsuꝫ: vl' sinistrorsuꝫ: vocauit quālibet istarū positionū dextrā vl' sinistrā. ¶ Nico. ät dicit ⌊ ad dexterā. ⌋ i. ad terrā i q̄ hitat ysmael. ⌊ ad sinistrā. ⌋ i. ad terrā i q̄ hitat stirps loth: ꝛ motiuū hui⁹ est q; ysmaelite ptinebāt ad cognationē abrae: q; erāt nepotes ei⁹: filij ēt loth erāt cognati abrae q; loth erat cōsobrin⁹ abrae: vt p̄z. s̄. xj. c. Hoc ät accipit nico. ab hebreis. ¶ Sꝫ multū errāt i ista pte nō attendētes situs locor̄: ꝛ etates horuꝫ p̄z. n. māifesta falsitas q; terra i q̄ hitabat ysmael erat solitudo pharā: vt p̄z. s̄. xxj. c. pharā ät est iter egyptū ꝛ terrā ꝓmissiōis q; p illā venerunt iudei de egipto in terrā chanaā: vt p̄z numē. xiij. c. ꝛ iō est magis meridiana q̄z terra chanaā: terra ät in q̄ hitauit ꝓgenies loth est apud sodomā in terra q̄ vocat terra moabitarum ꝛ amōitar̄ q̄ est oriētal' respectu terre chanaā mesopotamia ē septētrional': q; ē vltra eufratē q est ad ptē septētrionalē terre ꝓmissiōis: ḡ nō est mesopotamia media iter terrā ysmaelitꝫ ꝛ loth. Añs p̄z de mesopotamia q; dr̄ iosue. xxiiij. c. trāsfluui um hitauerunt p̄res vr̄i thare ꝛ nachor ꝛ tuli abrahā de finib⁹ mesopotamie. Uocat ibi flumen eufrates q; erat maximū flumē qō tāgit iudeā: istō aūt flumē ē septētrionale respectu terre ꝓmissiōis q; erūpit de collib⁹ septētrionalib⁹: ꝛ transit p babyloniā q̄ ē ad septētrionē tre chanaā: ḡ septētrional' ē respectu illi⁹ terre eufrates. Etiā q; dī. s̄. xv. c. ⌊ semini tuo ⌋ dabo terrā a flumine egipti vsq; ad flumē magnū eufrates: ḡ opꝫ dicē q̄ tota terra canaā sit sita iter ista duo flumina ex opposito se respicientia: sꝫ flumē egypti ē ad meridiē respectu terre ꝓmissiōis: q; egipt⁹ meridiana ē respectu terre chanaā vt p̄z. s̄. xij. c. vbi dī q̄ cū descēdēt abrahā de terra chanaam in egyptū descēdebat semp̄ ꝑ meridiē ꝛ idē pz numē. xiij. c. opꝫ ḡ dicē q̄ eufrates cū ponat ex opposito septētrional' sit. ¶ Jtē pz q; esdre. j. c. iij. Dī q̄ maliuoli iudeor̄ scripserūt regi arta xerxi q̄ phiberet edificari hierusalē q; si ciuitas illa edificat seqbant icōueniētia. s. possessiōes trāsfluuiū nō hēbis iste rex cui ista scribebant erat i septētrione. s. i regno medor̄ ꝛ psarū: ꝛ respectu isti⁹ dicebat hierusalē ꝛ tota iudea iacere trāsflumē. i. vltra eufratē: ḡ iudea magis meridiana est q̄s eufrates cū ḡ mesopotamie sit trāsflumē. i. trās eufratē respectu stātiū i ꝛra chanaā: ḡ mesopotamia erat magis septētrionalis q̄s eufrates: nō ḡ poterit dici q̄ mesopotamia hēat ad dexteraz terrā ysmaelis: ꝛ ad sinistrā terrā stirpis loth: magis. n. ē ꝓpinq̄ terra chanaā mesopotamie q̄s terra ysmaelis. ¶ Jtē dato q̄ terra ysmaelis eēt ad dexteraz mesopotamie: ꝛ terra loth ad sinistrā adhuc ℔ eēt valde stultū: q; loth nullā stirpē tūc hēbat de q̄ possꝫ assumi vxor ꝑ ysaac: pz q; loth duas filias hūit q̄ iā multū antiq̄ eēnt. Jta q̄ nō possent accipi i vxores: pz q; ipse erāt puelle magne despōsate qñ euersa fuit sodoma: ꝛ tūc cōceptus fuit ysaac: ꝛ sequēti āno nat⁹: pz q; die q̄ venerūt tres angeli ad abrahā sub ilice mābre: ꝛ vn⁹ eor̄ dixit sarrā cōceptūrā ꝛ postea subiūxit q̄ rediē ad eū seq. anno illo eodē tpe: ꝛ sarra hēret filiū. s. ysaac: vt p̄z. s̄. xviij. c. eadē die duo de illis angelis iuerūt sodomā i vespere vt colligit. s̄. xviij. ꝛ xix. c. ꝛ seq. die i auroza destruxerūt: eadē die fugit loth cū filiab⁹ suis i segor ꝛ imediate i mōte q; nō fuit ausus mānere i segor: ꝛ mānsit i mōte vbi imediate filie sue inebriauerūt eū ꝛ coierūt cū eo. Erāt ḡ iā magne puelle. s. ānor̄ xx. vel plurū si ab ipso tpe cōputando vsq; istud tps qñ elieser venit i mesopotamiā erant. xlj. ān⁹ q; iste puelle cognite sūt a p̄re suo q̄si vno āno añ natiuitatē ysaac: vt p̄z ex supioribus. Deide a natiuitate ysaac vsq; q̄ accepit rebeccā vxorem trāsierāt āni. xl. vt p̄z. j. xxvj. c. vbi dī q̄. xl. ānor̄ erat ysaac qñ hūit vxorē: ꝛ lx. ānor̄ qñ genuit filios ēt q; loth coierat cum eis ifames erat ipse: q̄ pp nullus eas accipe vellet. Jdeo solū iste genuerunt de p̄re suo filios duos: vt p̄z. s̄. xix. c. ꝛ postea nūq; ab aliq̄ i vxores accepte fuerūt: de istis ät duobus filijs loth. s. amō: ꝛ moab adhuc nulla ꝓgenies stabat de q̄ posset accipi in vxorē ꝑ ysaac q; moab: ꝛ amō nōdū erāt. xl. ānor̄ qñ iuit eliezer i mesopotamiā: q; tāte etatis erāt quāte ysaac q cōpleuit ānū. xl. qñ accepit rebeccā in vxores: vt p̄z. j. xxvj. añs p̄z q; ysaac cōcept⁹ fuit āno q̄ subuersa fuit sodoma: vt p̄z. s̄. xviij. q; angeli q venerūt ad nūciādū cōceptū sarre iuerūt ad subuertēdū sodomā vt p̄z eodē. c. Moab vo ꝛ amon cōcepti fuerūt noctib⁹ duab⁹ sequētibus imediate post subuersam sodomā vt p̄z. s̄. xix. c. ḡ eodē āno nati fuerūt moab ꝛ amō q̄ nat⁹ fuit ysaac: ꝛ sic eēnt tūc q̄si. xl. ānor̄um: ꝛ illa etate gignebāt hoies ad. xxx. vel plures ānos. Jō nō poterāt adhuc hr̄e aliquā filiā q̄ eēt apta ad matrimoniuꝫ. Jdē dom est de stirpe ysmaelis q; cū eēt maior quaz ysaac. xiij. ānis vt p̄z. s̄. xvij. c vt ibi iduxim⁹ nōdū haberet filias etatꝫ nubilis: q; primi filij sui fuerūt mares. Jntantū q̄ filia sua maeleth q̄ videbat q̄dē esse prima q; vocat soror nabaioth: accepta fuit i vxorē ab esau filio ysaac in āno cētesimo vite ysaac qō pz q; ysaac ḡuit esau: ꝛ iacob cū eēt annor̄. lx. vt p̄z. i. xxvj. c. ꝛ postea āno. xl. esau duxit vxorē basemath: vt q̄dā volunt adhuc nō est ℔ verū q; vxores primas de genere cānaneor̄ accepit cū esset ānor̄. xl. vt p̄z. j. xxvj. c. si vxorē de stirpe ysmael' accepit cū iaz esset plurū qua. lxx. ānor̄. s. illo anno quo iuit iacob in mesopotamiā vt p̄z. j. xxviij. c. vbi dr̄ q; esau videꝫ q̄

non libenter pater suus respiceret filias chanaā fuit ad ysma
elem ⁊ duxit in vxorē absq; ꝯs quas priꝰ habebat maeleth
ddd filiam ysmael sororē nabaioth. Quod autē tūc esau eēt pluri
um q̄. 70. annoꝝ patet qa esau: ⁊ iacob coetanei erāt tum in
eadē die nati fuissent vt patet. c. p̄cedēti sed Jacob erat tūc an
notū. 77. vt patet exō̄claratis. j. 29. c. vbi probatur Jacob fu
isse annoꝝ. 84. quādo recepit primā vxorem: ⁊ qa septē an
nis ante illud venerat in mesopotamiā vt patet. j. 29. ergo eti
am esau tūc erat annoꝝ. 77. ⁊ sic ysaac pater istoꝝ esset tunc
annoꝝ. 137. vel quasi: ⁊ sic infertur q̄ Maeleth filia ysmae
lis eēt valde iuuēcula vel nondū nata anno. 40. vite ysaac
quādo ipse accepit vxorez. ⌊ Respōderūtq; labam. ⌋ hic po
333 nitur tertiū. s. petitionis cōcessio. Et ponunt psone p̄ncipales
cōcessio petitionis a quibus pēdebat totū negociū scz. ⌊ Labam ⁊ Batuel. ⌋ sed
Obo quare p̄eponit hic Labam patri suo: sm Josephū dicendū
kkk vt supra posuimus q̄ iste Laban nō est filius huius Bathue
Rñ. p̄ma lis sed frater eius: ⁊ Laban est maior frater ideo p̄ponit. Se
cundū alios dicendum q̄ iste bathuel erat pater Labā. Sed
Rñ. scōa postponit eus scriptura qꝛ licet a principio voluerit: matrimo
niū fieri postea tū repugnauit: vel qa filius prudentior erat
patre suo in respōdēdo ⁊ in alīs iō p̄ponit: ⌊ a domino egre
ssus est sermo. ⌋ idest ista verba de copulādo matrimoniali fe
dere a deo exiuerūt: qꝛ ipse mādauerat ⁊ voluit tale matrimoni
um. ⌊ Et nō possum⁹ extra placitū eius neqcq̄ loq. ⌋ idest
lll non solū nō possumus facere cōtra voluntatē dei imo etiam
nec loqui poterimus: qꝛ deus bene moneret eos vt nihil ali
ud possint. Sic dicit Nume. 22. c. de Balaā prophēta non po
tente ꝓphetare vel denunciare aliqō aliud q̄ qō deus man
dasset scz si dederit mihi Balath totā domū suam plenaz au
ri: ⁊ argēti nō potero mutari verba dei mei. ⌊ en rebecca cozā
te est. ⌋ idest in potestate tua. ⌊ tolle eaz. ⌋ idest poteris eā tol
mmm lere quādocūq; volueris. Sed quare nō dicebat ecce Rebec
Cur nō dixit ecce Rebecca ħ est. ca hic est veniat ysaac quādo voluerit: ⁊ accipiat eam in vxo
rem. Respondet q̄ ipse respexerunt verba eliezer qui retulit
qualiter Abrahā mādauerat q̄ nō reduceret filiuz suum in
mesopotamiā. Jdeo si cōcederent ei vxorē vanū erat q̄ cōce
derent vt iret in terrā chanaā. Jdeo cōcesserunt qꝛ aliter nō
Obo accepisset eam ysaac. ¶ Sed quare Jacob postea venerit in
Rñsio mesopotamiā: ⁊ ibi accepit vxores vt patet. j. 29. c. cū tantum
p̄hibitū fuerit ne ysaac reduceret in mesopotamiā. Respon
det q̄ fundamentū est in hoc qꝛ Abrahā videbat terrā illaz
p̄missaz sibi: ⁊ semini suo post se: ideo nolebat q̄ semē suum
maneret in ea ad possidendū eā. Si aūt nollente venire vxo
re ysaac: iret ysaac in mesopotamiā maneret i mesopotamia:
⁊ cū ipse esset totū semen abrahe qꝛ vt dictum fuit. ē. 21. ca. in
ysaac vocabit tibi semē: nō maneret semē abrahe i terra cha
naam ad possidendū eaz: ⁊ sic complerent p̄missiones facte
ad Abrahā. De Jacob aūt nō erat eadē ratio qꝛ nō fuit i me
sopotamiā vt ibi maneret. Sed vt aliquāto tpe staret de p̄ce
pto parentū: donec regesceret furor Esau: ⁊ vt acciperet vxo
rem de cognatiōe Rebecce de mesopotamia: ⁊ adduceret eā
in terrā chanaā: ⁊ postq̄ requiesceret furor Esau mater ꝓpo
nebat vt mitteret ad vocandū eum. Jsta patēt. j. 27. c. in fine.
¶ Si queraꝝ quare Labā: ⁊ Batuel audictes verba eliezer
imediate cōscripserūt dicētes ꝺm a domino factū est. ¶ Re
R⁹ Augu. spōdet Augusti. sm quosdā q̄ isti sciebāt Abrahā eē ꝓphe
tam: ⁊ cū ista Abrahā dixisset credebāt q̄ ꝓphetice dixisset:
que aūt a ꝓphetis dicunt a deo exeūt: qꝛ vt habet scōa Pe
nnn tri. c. j. nō tā volūtate hūana aliquando allata est ꝓphetia: sz
Obo spiritu sancto dictāte locuti sunt sancti. ¶ Sed cōtra qꝛ pro
p⁹. rō. phetia rex euētus imobili veritate p̄nūciat: Abrahā aūt nō
locutus fuit imobiliter: sed ad vtrūlibet mandās seruo suo q̄
duceret vxorē de terra illa sub pena maledictiōis si tamē nō
daretur ei imunis eēt a maledictiōe qō conditionaliter ⁊ ad
2. rō vtrūlibet cōtingeret. ¶ Itē qꝛ verbū abrahe nō fuit de Re
becca tradēda magis q̄ de aliqua alia qa vniuersaliter dictū
est. Sed parētes Rebecce loquebātur specialiter de Rebec
Rñsio ca dicētes q̄ a deo exierat q̄ Rebecca copularet ysaac ḡ ⁊c.
Ad p̄mum ¶ Tenēdo solutionē datā posset aliqs respōdere ad p̄mū q̄
Abrahā nō dixit illa verba cōditionaliter q̄si ipse dubitaret:
Obo sed dixit sic ad satisfaciendū seruo: ⁊ sic diximus supra. ¶ Et
hoc verū est tamē nō sufficit: qꝛ licet Abraham nō dubitaret
quantū ad se de isto cōiugio: qꝛ tñ ista verba prolata fuerant
modo dubio nō poterāt aliq intelligere q̄ erāt ꝓphetice dicta
vel q̄ a deo exīssent. ¶ Dicendum ergo q̄ sermo egressus a
deo fuit determinatio dei que potuit in signo quod seruus ac
cepit: qꝛ sicut ille dixit ita: imediate factū est vt p3. ē. ¶ Jdeo
sermo egressus est a deo qꝛ postq̄ seruus ista cōciperet deus cōclude Gratitudo eliezer determinauerat sic futurū: ⁊ posuit in mēte illius vt sic cōci-
peret. ⌊ quod cū audisset. ⌋ hic ponit gratitudo eliezer. ⌊ qō
cum audisset. ⌋ scz q̄ parētes Rebecce tradebāt eam libēter
ysaac in vxorē: ⁊ p̄mo gratitudo quātū ad deum qui hec om
nia faciebat cū dicit. ⌊ adorauit p̄nonus. ⌋ idest inclinauit se
in terrā ad regratiandū deo de tāto bono. Secūdo ponit gra
titudo: quātū ad parētes: ⁊ cognatos qui libēter cōsenserūt
⁊ hoc fuit i dādo eis munera. ⌊ Prolatisq; vasis. ⌋ idest edu
ctis: qꝛ portabat ista vasa aurea: ⁊ argētea in sarcinulis suis
recōdita. ⌊ vasis aureis. ⌋ Nō accipit hic vas pro instrumen
to ad bibendū: qꝛ Rebecca nō idigebat talibus: sed accipitur
vas sm modum hebraici sermonis pro oi genere supellectili
um. Aliquādo vocat arma vasa bellica vt p3 p̄mo Regū. 20.
c. vbi dicit de Jonatha q̄ tradiderit arma sua puero suo. In
hebraeo dicit vasa sua. Etiā instrumenta musica vocant vasa:
vt p3. ps. 70. nā ⁊ ego cōfitebor tibi in vasis psalmi. i. in psal- qd vas sit ⁊ sua significa ta.
terijs in qb⁹ cantat. Uocant ergo hic vasa: aliqua ornamen
ta mulieb3ia que fuerūt data rebecce vt insignia sponsaliuz.
⌊ dedit ea rebecce pro munere. ⌋ idest loco donarioꝝ q̄ reci- ddd
pere solēt nouiter spōsate. ⌊ ⁊ mīri ⁊ fratribus. ⌋ qꝛ libēter cō
cesserāt eam ysaac. ⌊ Jnitoq; cōiuio. ⌋ idest incepto: qꝛ non
inceperūt quousq; traderet sibi rebecca pro ysaac: sic eni di-
xerat supra nō comedā donec loquar sermones meos. ⌊ mā-
serūt ibi. ⌋ scz illa nocte: qꝛ nō stetit ibi eliezer nisi vna nocte
sequēti eni die recessit vt p3 infra. ⌊ ¶ Surgēs autē mane. ⌋
Die ponit q̄rtū. s. cōiugis adductio. ⌊ Surgēs autē mane. ⌋ Cōiugis adduc-tio.
In quo p3 diligētia redeūdi finita legatiōe: erat enim fidelis
seruus eliezer: nolebat eni morari nā Abrahā credebat istud
factū a deo dirigi. Jō credidit cōfestim terminandū: ⁊ qꝛ scie- ppp
bat ipse iter mesopotamie: cognoscebat in quot die⁹ ipe po-
terat ire ⁊ redire. Si aūt magis moratus fuisset anxiaretur
Abrahā iō nolebat expectare per aliquos dies. ⌊ Locut⁹ est
puer. ⌋ scz eliazer qui vocat puer. i. fuus: qꝛ puer denotat cō-
ditionez famulatiuā: ⁊ sic milites senacherib vocātur pueri
eius vt p3. Jsa. 37. c. ⌊ dimitte me. ⌋ Aliq libri hūt in plurali.
⌊ dimittite me. ⌋ Si eni loq̄t in plurali loquet ad mr̄es: ⁊ ad
frēs: ⁊ p̄ncipal̄r ad patrē ⁊ iō infra subiungit q̄ ad hoc respō
derunt ei frēs eius ⁊ mr̄. Si aūt ponat in singulari: diriget
sermo ad Labā: q̄ p̄ncipal̄r loquebat. ⌊ Respōderunt frater
eius: ⁊ mr̄. ⌋ aliq libri hūt frēs sed falsuz est: qꝛ vītas hebrai- qqq Cur bathuel ñ respōdit
ca vnū solū fratrē ponit. s. Labā. Si aūt dicat quare nō respō
dit Bathuel pr̄ rebecce qui erat p̄ncipalis psona. Respōdet
sm hebraeos quosdā: q̄ Bathuel videns aurz: ⁊ argentū mul-
tum qō portabat eliezer: voluit eū occidere vt hēret oīa illa. iō
posuit in brodio de quo gustaturus erat eliezer toxicū sz vo-
lūtate dei mutate sunt lāces ⁊ intoxicata data fuit Bathueli
qui ⁊ mortuus est. Ra. sa. dicit q̄ lz a p̄ncipio consensisset in Opinio rabbi Salomonis. matrimoniū: sed postea penituit ⁊ voluerat ipedire q̄ pp an-
gelus dei occidit eū. Sed ra. Abrahā Abenazra vult q̄ La-
bā erat p̄udētior Batuele pr̄e suo. Jō loquebat ipse: ⁊ non
pr̄ iccirco scriptura de eo facit mentionē solū. Alij volunt q̄
Batuel erat rex terre illius: ⁊ qñ aliq nouiter nuptura erat
dabat ei ad defloꝛandū: ⁊ ne magnates ingrederent: filius il
lius absentauit se ⁊ illa nocte mortuus est. ⌊ maneat puella
apud nos. ⌋ qꝛ puella recessura erat volebāt parētes eius q̄
aliqbus die⁹ maneret apud eos vt cōsolarent ne q̄si raptaz rrr
ab eis tolleret. ⌊ Saltē decē dies. ⌋ qꝛ satis modicū spaciū ē.
Jn hebraeo dr̄. ⌊ maneat puella apud nos dies vel decem. ⌋ ⁊
dicūt iudei q̄ p dies intelligit vnus annus: p decē intelligūtur
decē mēses. Sed hoc nō est rōnabiliter dictū qꝛ in septez
vel octo die⁹ poterant satis cōsolari. Nec cōpetebat maiori
tēpore p̄stolari: maxime: qꝛ nō videbat aliquo mō rationabi-
le q̄ eliezer ⁊ alij serui Abrahe ⁊ cameli decē manerēt tanto
tēpore apud Batuel qꝛ magnū dānū eēt Abrahe: ⁊ magna
angustia. Nam suspicās mortē eliezer: ⁊ aliorꝝ seruorum tor-
querēt continue: ⁊ diūgiū ysaac dilataretur: ⁊ valde magni
sumpt⁹ accresceret Bathueli. Et si dicas q̄ nō sequunt ista
incōueniētia: qꝛ rediret eliezer ⁊ maneret rebecca. ¶ Respō
det q̄ falsuz est qꝛ imediate dicit in littera nolite me retinere
q. d. q̄ isto tpe quo rebecca mānsura erat etiā maneret eliezer
retētus. Si aūt fuisset intētio illoꝝ q̄ recederet eliezer manē
te rebecca nō bene respondisset eliezer: ⌊ qꝛ dominus direxit
viam meā

reri: vt illius meritis alij adiuuari deberent iam efficeret vt nihil mereretur quo se vel alios iuuare valeret. ⌊ abrahам ⁊ Isaac. ⌋ alij priores fuerunt patres iacob: vt thare ⁊ nachor ⁊ alij de quibus. ē. xi. c. Sed nullum horum nominat cā est: q; promissio bonorum futurorum. s. vite eterne: ⁊ messie venturi ⁊ terre chanaan istis solis facta est. ¶ Item q; istos solos deus spāliter dilexit: ⁊ his solis locutus est. ¶ Item q; in his solis primo incepit vocari ppl's dei. ⌊ Deus q pascit me ab adolescentia mea. ⌋ i. deus qui dedit mihi bona tporalia ad vite sustentationem det etiā eis bona ad vite transitum. Hoc autē precatus fuit iacob deū. ē. 28. c. qñ dormiuit i bethel pgens in mesopotamiā. s. Si dederis mihi panem ad comedendum: ⁊ vestes ad induendum erit mihi dominus in deum. ⌊ Et angelus qui eripuit me ⌋ iacob multa mala passus fuerat: ⁊ multa pericula inciderat: sed deus eripuit eū ex oibus: vt p3. ē. 28. c. Ero custos tuus quocūq3 perrexeris: nec dimittā te donec cōpleuero oia que dixi. Et hoc faciebat deus p Angelum suum qui minister erat voluntatis dei: vt p3 ad hebre. pmo. c. ⁊ iste angelus appuit iacob demonstrāj quo se hꝛet ptra laban in decorticatione virgaꝝ: vt p3. ē. 31. c. cum dicit: postq3. n. conceptuj ouiū tēpus aduenerat leuaui oculos meos: ⁊ vidi in sōnijs ascendentes mares sup fetas varios: ⁊ maculosos ⁊ diuersoꝝ colorꝝ dixitq3 angelus dñi ad me iacob: ⁊ ego rñdi adsuj. Qui ait leua oculos tuos: ⁊ vide vniuersos masculos ascendentes sup fetas varios resp sos: atq3 maculosos. vidi. n. oia q̄ fecit tibi laban angelus et liberauit hūc de manu esau qñ venit ad cōfortandum euj ⁊ luctatus fuit cū eo in quo eū maxime cōsolatus est: vt p3. ē. 32. c. angelus etiā liberauit eū de manu laban qñ psequebat eum in via vt cōprehenderet eum acciperet oia bona ei⁹: angelus tamē apparens exteruit eū ne auderet saltē durū vbū cōtra iacob pferre: vt p3. ē. 31. c. ⌊ de cunctis malis. ⌋ i. de oibus periculis q̄ mihi acciderūt. iste erat angelus datus i custodiā iacob qui eū diligentissime mādato dei ab oi malo custodiebat. Et lz aliqñ dicatur in textu q; deus apparebat ei: vel deus eripiebat eū: itelligit de angelo: q; deus non operatur ista inferiora imediate: sj mediate angelo maxime q̄tuj ad actus humanos cum angeli sint administratorij spūs. in ministerium missi ppter eos qui hereditatez capiunt salutis vt p3 ad hebre. i. c. Sacra tñ scriptura maxime in veteri testō angelos nomine dei vocat vt p3 in hoc li⁹. ⁊ in exodo: ⁊ in alijs. In nouo aūt testaméto nō vocanť nomine dei: sj angeli solum. Et cā est: q; in veteri testaméto apparebāt angeli: vt dñi generis humani exhibentes quēdā diuinū apparatū: ⁊ pmittebāt se adorari: vt p3 Judi. 13. c. de angelo qui apparuit mamie patri sanson. In nouo aūt testaméto nō demōstrant se vt dñi nec maiores hoie: nec pmittunt se adorari: vt p3 apocalip. 19. ⁊. 22. c. vbi beatus ioānes voluit adorare angelū qui ei ista mysteria demōstrabat humiliando se corā: angelus tñ nō permisit dicens, caue ne feceris cōseruus tuus, fū: ⁊ frm tuoꝝ. Rō radicalis huius est: q; i, veteri testō nullus homo sublimatus erat ad equalitatē angelorum cum nullus homo staret in gadiso. In nouo aūt testamento christus verus Deus ⁊ homo naturā nostrā exaltauit sup choros angelorū ad dexterā dei in tantum q; ipi angeli desiderant respicere i faciē ipsius hūanitatis christi. Sic. n. ait beatus Petrus p^a canonica. c. pmo. s. in quē desiderāt angeli pspicere. Nunc ḡ nō sunt angeli maiores nobis: sj ipsi nobiscū sunt serui illi⁹ christi hois quod significauit angelus loquēs beato Joanni dicēs apo. 19. caue ne feceris. i. nō me adores conseruus tu⁹ sum: ⁊ frm tuoꝝ. i. non sum ego dñs tuus quem adorare vel cui genuflectere debeam: sj pseruus tuus sum. i. ego tecū seruus sū illi⁹ christi qui verā humanitatē assumpsit fit tamē in hoc magna dria in veteri testaméto: q; aliqñ angeli noiabāt se dei noie dicendo: ego sum deus: vl' q; scriptura dicit apparuit siue loquutus fuit deus. Aliqñ vocātur angeli: vt p3 in alijs locis radix autem huius. s. q; aliqñ noie dei aliqñ noie angelorum noientur declarabitur exo. 19. c. Est ḡ hic sensus deus meus ⁊ āgelus qui est custos meus ab omni malo me custodiēs bñdicat istis pueris. s. vt sicut deus bona mīta mihi dedit ipsis quoq3 bona tribuat. Et angel⁹ qui fuit custos meus ipse custodiat eos. Aliqui aūt multū superficialiter sācram scripturam attendentes qui omnia ad christum referre deo inate valde cupiunt quasi homero centonas ⁊ virgilio centonas p deliramenta varia cōpingentes conantur assere re Jacob itellexisse istā lrām ō messia. s. q; ñ itellexerit h ō aliq̄ āgelo q ē sba spūalis creata: sj ō āgelo magni pncipij qui ē messias ⁊ fundamētū suū ē: q; dr Angelus. ⌊ qui eripuit me de cunctis malis. ⌋ dicūt. n. q; nullus angelus ē qui eripe possit ab oibus malis: q; hoc ē potētie infinite. ¶ Itē q; dr m arci. c. 2. q; nullus pcta dimittere pōt nisi solus deus: sed pc mā malū ē imo oium malorum pessimū: q; ēt minimū pctōrum est fm suā spēm peius omni pena etiā pena gehene rō est: quia malū dicit per deuiationē a bono: qñ ḡ magis deuiatur a bono maius malū ē: sj q̄libet culpa distrahit a deo q; ē vex bonus cū diuina maiestatē offendat. nulla aūt pena fm se distrahit a deo: q; cū aliquo patiente acerbissimā penaꝝ si nihil aliud obstet pt stare gra gratū faciēs. s. diuina acceptatio imo valde magna gra. ḡ maius malū est culpa q̄ntūcūq3 pua q̄ pena q̄ntūcūq3 magna. ḡ a malo qō culpa ē nullus angel⁹ eri pere potuit. ḡ ille qui eripuit nō fuit āgelus: sj verus deus. s. messias. ¶ Ad hoc rñderi pōt q; iste fuit purus angelus q datus fuerat in custodiam iacob ⁊ qñ arguitur q; nullus angelus pōt eripere ab oibus malis dico vex esse: sed hic nō dr ab oibus malis simplr: sj ab omnibus malis pene. a. malis aūt pene angelus eripere pōt cū sit minister dei ēt q̄libet angelus in sua nāli virtute tantū ē potens q; fortitudo sua excedet robur oium hominū cōgregatorum. Sed adhuc non vr hoc cōueniēter dictū. s. q; aliqs angelus possit eripere ab oibus malis pene sine piculis: q; adhuc tanta malorum extēsio maiorē potentiā q̄ angelicā requirit. ¶ Rñdet q; null⁹ angelus pōt eripere simplr ab oibus piculis: sj pōt eripe vnuj hoiem ab oibus malis: p3 rō diuersitatis: q; picula sūt simul vbiq3 terraꝝ: alia. n. picula sunt in india: alia i ethyopia: alia in hispania. Virtus aūt angeli nō se pōt simul extendere ad tm̄ locū: vel tā grandia spacia: ideo si aliqs eripere dēret ab oibus piculis simul hic ⁊ in oriente ille angelos excederet si tamen oia picula ⁊ malū iferētia q̄ sunt pcurrerēt i vnuj locū ⁊ ad vnā cālitatē poterat āgelus expellere illa cū vt⁹ sua vnita sit maior q̄ vtus aliorum vnita. Cū ḡ vnus angelus pōt vni hoi semp assistere pt eū ab oi piculo eruere. Cū ḡ Jacob dixit angelū qui eripuit me de cunctis malis. i. piculis ad se solū retulit. s. q; eū solū eripuisset: ⁊ nō alios hoies qō sat̄ facile ē cuilibet āgelo ēt minimo oium in virtute: vel robore. ⌊ bñdicat istis pueris. ⌋ i. q; deuj eos benedicat bona pferēdo: ⁊ angelus bñdicat eis a malo eos eripiēdo. ⌊ ⁊ Jnuocēť sup eos nomē meū. ⌋ i. rogo deū q; faciat eos vocari nomine meo. s. q; vocenť de Jacob: ⁊ sint duo capita tribuū iter filioj Jacob. ⌊ ⁊ noia patrū meoꝝ abrahā ⁊ Isaac. ⌋ i. ēt rogo q; innocenť super eos noia pr̄um meoꝝ. s. vt dicantur filij abrahe ⁊ filij Isaac: hoc aūt dicit: quia pmissio fuit fcā istis: iō si isti cape debebāt ptes illi⁹ hr̄ditatis neće erat vt vocarēť ex noie istorum triū pr̄iarchaꝝ qb⁹ ex pmissione ista hr̄ditas debebat. ⌊ ⁊ crescāt i mltitudine sup terrā. ⌋ q̄ntū ad plis numerositatē: i hebreo ponit h quoddā vbū qō sigt mltiplicari vt pisces i latino aūt nō ē aliqd vbū potēs exprmere sigtuj illius. Et ponit illud vbū ad exprmēdū numerosā mltitudinez q; pisces magis mltiplicātur: ⁊ i maiori nūero sunt q̄ aliqd genus aialiū. ⌊ videś aūt Joseph q; posuiss pr̄ su⁹ dexterā su per effrayn. ⌋ qd erat p̄ suā volūtatē. cū manasses eēt pmogenit⁹ ⁊ vellet eū maiorib⁹ bñdictiōibus honorari. ⌊ ḡuiter ac cepit. ⌋ i. displicuit ei: q; videbat eē p̄ ordinem rectitudinis. ⌊ apphēsaꝝ pr̄is manū leuare conat⁹. ⌋ i. apphēdit manum dexterā pr̄is quā posuerat sup effrayn: ⁊ conat⁹ fuit trāsferre ad manassē. ⌊ nō ita pcēdit pr̄. ⌋ i. non ē iustū qō agis. s. vt ponas manū dexterā sup minorē. Dicebat ār. ioseph hoc putās q; iacob ageret hoc ex errore ñ cogscēs qs eēt pmogenitus. Sciebat tñ: vt j. p3: sj ioseph ig̃rabat euēntū futurū ō futura mltiplicatione: aut glia pueroꝝ. lz ppha eēt ⁊ mlta ei a deo reuelarenť vt p3. ē. 40. ⁊. 41. c. de⁹ tñ iterdū reuelat vni ppe que alteri nō reuelat: vl' ñ dat pticulū spūm ppie. Sic p3. 4. re. c. 4. ō mlier q̄ vēit ad heliseū vt suscitaret filiū eius cūq3 pcubuiss ad pedes ei⁹: ⁊ giesi niterēť eam leuare dixit heliseus dimitte eā: q; aia ei⁹ i amaritudie ē: ⁊ dns celauit a me vt idicauit mihi. Sic p3. 2°. re. 7. c. ō nathan ppha ⁊. 4. re. c. 5°. ō heliseo ppha. ⌊ Quia h ē pmogenit⁹. ⌋ demonstrauit nūc ei manasse: ⁊ nō mirabat ioseph q; pr̄ ei⁹ nō cognosceret qs eēt pmogenitus: q; forte vnus non videbat maior altero in etate cū nō excederet nisi forte vno āno q; tps i iuuene, 24. vel. 25. ānorū quales erant isti duo: vt supra decla-

No.

ss

ss

ss

ss

ss

Bb Obiec. Lc Peccatuj ē pessimum malorum oium

Dd Rñsio

Ee Obiec.

Ff Rñsio

rauimus nullā dñe facit apparētiā: vl' forte: q2 iacob nō clare videbat: vt dr̄.s.q2 caligauerat ꝓinimia senectute nec posset bñ distiguere in figura. ⌊ Pone dexterā tuam sup caput eius. ⌋ qñ ioseph conatus fuit leuare manū dexterā iacob ò capite effrayn: ⁊ ponere sup caput manasse tūc iacob intelligēs erro:ē Joseph. s.q ꝟ faciebat: q2 nō coḡuerat dispōnem ò futuro statu pueroꝝ ꝑsit ḡuiter manū ita q nō potuit eā leuiter eleuare Joseph q volēs facere ꝯ volūtatē ꝑris icepit vbis admonere: vt ipse ꝟ faceret dicēs. ⌊ nō ita cōuenit pr̄. ⌋ ad qò iacob renuēs ait. ⌊ scio fili mi scio ⌋ .i.nō putes me facē ꝟ ex erro:e: q2 bene scio q ipse ē ꝓmogenitus. ⌊ ⁊ ꝟ quidē. ⌋ i.manasses. ⌊ erit in ppl'os. ⌋ .i.nascent ò eo populi multi: q2 nati ò eo mlt'as ciuitates: ⁊ oppida replebāt. vl' meli⁹. ⌊ Erit in ppl'os. ⌋ .i diuisus in duos ppl'os: q2 spāle fuit i tribu manasse ḡntū ad'alias tribus: q2 cuilibet tribui dabat tota hereditas simul ⁊ ꝓtinua: vt p3 i diuisione fcā iosue. i5. ⁊. 18. ⁊. 19. c. Tribus āt manasse diuisa fuit in duas ptes: ⁊ dimidia pars accepit possessionē vltra iordanē. s. in regno og regis basan: ⁊ seon regis esebon duoꝝ regum amoꝛreoꝝ: ⁊ cecidit eis in partē terra Basan: ⁊ dimidia pars mortis Galaad. vt p3 nūeri. 32. ⁊ deutro. 3. c. Alia aūt medietas tribus manasse accepit sortē citra iordanē apud frem suū effrayn: vt p3 Josue. 16. ⁊. 17. c. ⌊ ⁊ multiplicabit. ⌋ .i.nō solū diuidet i duos ppl'os: ꝟ ēt qlibet ppl'os illoꝝ mlt'iplicabit in gētes mlt'as. ⌊ ꝟ frater eius iunio: ⌋ .s.effrayn. ⌊ maioꝛ illo erit. ⌋ i honoꝛe: ⁊ dignitate. ꝟ p3: q2 iosue qui introduxit ppl'm isrl' in terrā ꝓmissionis fuit ò tribu effrayn. vt p3 nūeri. i5. c. vbi vocat Osee. sed idē nomē ē. Patet ēt iosue. 24. c. fuit āt iosue gl'iosioꝛ: ⁊ beatioꝛ iter oēs duces ⁊ reges hebꝛeoꝝ: nec fuit quisq̄ tam foꝛtunatus. quod ad magnam gloriam tribus effrayn redundabat. ¶ Item q2 de tribu effrayn surrexerūt reges qui regnarent sup regnū isrl': quoꝝ ꝓimus fuit Jeroboā ò stirpe effrayn: vt p3. 3. re. c. xi. ⌊ ⁊ semē eius crescet in gētes. ⌋ .i.ꝟ tribus effrayn nō fuerit diuisa in duas partes quēadmodū tribus manasse maioꝛis tamē multitudinis fuit ⁊ hoc notatur cum dicitur. ⌊ ⁊ semē eius crescet in gentes. ⌋ faciens dñiaꝫ inter gentes: ⁊ ppl'm: q2 ppl'i vocant cōgregationes vrbane vel oppidane ita q quelibet ciuitas vel quodlibet oppidum facit ppl'm. Gens autē vocatur q̄dā multitudo specialiꝫ vni⁹ ꝓuincie vel terre: ⁊ continet multa loca. ⌊ benedixitq; eis in illo tēpoꝛe. ⌋ .i.tunc impositis manibus forma āt benedictionis est que seqtur ꝟ sup2a ptē bñdictionis posuerit. Jn te bñdicet. ⌋ istud ꝓnomē te. demōstrat Joseph. ⁊ ꝟ filios bñdicere velit prem tñ. s. tm̄ Joseph bñdicit: q2 bonū pris deriuat in filios: ⁊ bonum filioꝝ redundat in gloriam patris. Sic. n. inuicem sua bona cōmutant ꝓpter ꝓnexionē gignētis: ⁊ geniti q̄ vult redire in idēptitatē numeralē cū aliq̄ndiu gignēs ⁊ genitū ꝼm partē fuerūt idē nūero qñ. s. pars materialis ex qua genitus constat non erat decisa a gignēte sed erat idem realiter cū eo. Sic p3. s. in bñdictionis ꝓncipio cū vellet Jacob bñdicere filiꝭ Joseph dr̄ in textu bñdixitq; filio suo Joseph: ⁊ deinde seqtur Deus in cuius cōspectu ambulauerūt prēs mei ⁊c. bñdicat pueris istis. ē autē sensus. ⌊ Jn te bñdicetur isrl'. ⌋ o ioseph in te benedicetur isrl'. i. i seie tuo. ⌊ isrl'. ⌋ i. iacob: ⁊ sic vult dicere ego benedicā in te. i. in seie tuo: ⁊ p3 p id quod subdit. ⌊ faciat tibi dñs sic effrayn; ⁊ manasse. ⌋ s.q qñ aliqs volebat alteri ipꝛecari bonuꝫ dicebat faciat tibi deus tantū bonū ḡntū fecit manasse ⁊ effrayn. Et in ista bñdictione bñdicebat iacob. i. recipiebat bonū vel gloriam. s.q tantū bonū euenisset nepotibus suis vt in noie suo bñdicerent gētes: vel alī hoies de iudeis iter se. ⌊ atq; dicēt. ⌋ .s.iter hoies volentes sibi ipis. i. vnus alteri bona ipꝛecari: vel bñdicere: ita q istud qò sequit eēt forma bñdicēdi. ⌊ faciat tibi deus sicut effrayn ⁊ manasse. ⌋ Jn hoc notat q mlt'a bona tpalia deus istis dedit: q2 hoies qñ ipꝛecant alīs bona siue ex affectu: siue sine affectu ipꝛecantur maxia bona: q2 nihil magis ꝓstat bona magna ipꝛecari q̄s pua. Deus āt in ꝓceden do qd agat viderit. Lū ḡ in oibus istoꝝ spāliter fieret benedictio: ⁊ bonoꝝ ipꝛecatio. neē ē q his magna bona valde ꝓcessa sunt. ⌊ ꝓstituitq; effrayn añ manassē. ⌋ ꝑt dupl'r intelligi. vno mō q qñ bñdicebat hos iuuenes posuit effrayn ante manassen applicādo magis ad se effrayn: ⁊ retro eu3 q̄si ponēdo manassē. ¶ Alio āt mō ⁊ verius ꝓpriꝰ ꝓnātius ire intelligit q iacob ꝓstituit effrayn ante manassen. i. ꝓposuit eu3 ꝼm dignitatē dans ei maioꝛē auctoꝛitatē i ꝓstituēdis ⁊ eligēdis ꝓncipibus: ⁊ figēdis: ⁊ locādis vl' mutādis castris alīq; in qbus ꝑeminentia aliqua pōt inueniri. ⁊ p3 hoc: q2 qñ mouebantur filī isrl' per desertum distinguebāt in q̄ttuoꝛ turmas sub quattuoꝛ vexillis: vt p3 nūeri 2. c. de quibus vnū erat vexillū filioꝝ effrayn sub quo castrametabātur filī manasse: ⁊ tribus beniami. ⌊ ¶ Et ait ad ioseph. ⌋ hic ponit 2ⁿ ꝓncipale. s. Joseph spāliꝫ ꝓmiatio: fuit aūt spāliter ꝓmiatus in parte hꝛditatis apud sichen quā emerat a rege emoꝛ: vt p3. s. 33. ⁊ iosue. 24. rō aūt huius erat: q2 iacob lꝫ oēs filios diligeret a nullo tm̄ nec ab oibus simul sūptis tanta bñficia: ⁊ honoꝛez recepit q̄nta a ioseph: iō tenebat ei pl'a dare q̄ꝫ alīs: q2 ꝑter hoc q filius erat bñfactoꝛ magnus fuerat nō tm̄ potuit equi parare iacob magnitudinē bñficij absolute in se nec lꝫ dedit tanq̄ꝫ illi satisfaciens: lꝫ ad solam memoriā specialez tribuit. Ex alia tm̄ pte ēt nihil dando satisfecerat: q2 ḡntacūq; bona filius faceret patri nō pōt equiparari bono recepto a pr̄e euꝫ esse recepit. Sic. n. ait pl'a. 9. ethi. dñs ⁊ parētibus equalia retribuere non possumus. ⌊ En ego moꝛioꝛ. ⌋ .i. vide q ego nūc moꝛiar coꝛa te. ⌊ ⁊ erit deus vobiscū. Nūc loquit ad oēs filios suos qui vident tūc interfuisse. decebat. n. vt qñ pater dabat spāliter aliquid vni filioꝝ alī viderent ne postea i diuisione hꝛditatis, iurgia seqrent. Et si dicat q̄ꝫ: q2 in ꝓncipio seq̄ntis. c. dr̄ vocauit āt iacob filios suos: ḡ añ non erant ibi. Rñderi ꝑt q ibi erāt. ꝫ aliqualr distabāt a iacob qñ ista dicebat postea aūt qñ eos spāliter bñdicere: aut maledicē voluit fecit ꝓpꝛius accedere: ⁊ hoc fuit vocare eos. Vel pōt teneri oppositū q nō fuerit ibi ⁊ qñ dr̄ hic. ⌊ erit vobiscū. ⌋ De⁹ dico q loq̄batur ad ioseph: ⁊ alios filios suos abñtes tāq̄ꝫ ad pñtes. Sic. n. cōsueuimus aliqñ loq vni hoi ò aliq̄ cōitate i pl'ari tāq̄ꝫ loq̄mur oibus ò illa cōitate pp ꝓnexionē i aliquo vno vl' q: idē bonū vl' malū oib⁹ illis euenire dz. ⌊ erit deus vobiscū. ⌋ Jml'tiplicādo vos. lꝫ i isto tpe ml'tū trībl'amini. ⌊ vt erit de⁹ vobiscum. ⌋ liberādo vos ò manu gētis q̄ vos i posterū afflictura ē. ⌊ ⁊ reducet vos ad trā pr̄uꝫ vr̄oꝝ. ⌋ .i. ad trāꝫ chanaā q̄ ꝓmissa fuit pr̄ibus vr̄is: ⁊ i q̄ hitauerūt pr̄es vr̄i. ⌊ do tibi ptē vnā. ⌋ nō dabat istā ptē ioseph: ꝫ posteris suis: q2 sciebat q ioseph nō iret ad possidēdū eā: q2 i egypto moriturus erat. filī āt sui possederūt eā. Sic p3 iosue. 24. c. vbi dr̄ q in illa pte agri sepulta sūt ossa ioseph: ⁊ data fuit in hꝛditatē posteris. ⌊ extra frēs suos. ⌋ .i. ꝑter ptes q̄s suscipere debēt filī tui diuidēdo cū fribuꝫ tuis: ego do tibi spāliter lꝫ ⁊ in lꝫ faciebat ꝓditionē ei⁹ melioꝛē. ⁊ saꝫ patebāt tā in lꝫ: q2 Joseph prem suū: ⁊ frēs pauerat tpe famis: ⁊ ꝓmiserat eū portare ad sepulchꝛa maioꝛ suoꝝ i terrā chanaā qò mlt'is expēsis idigebat. Sic hodie in testis obseruat q pr̄ dare pōt maioꝛē ptē vni filio q̄ꝫ alteri spāliter si ab eo bñficia recepit specialia. ⌊ quā tuli de manu amoꝛrei. i. ꝺ potestate regis amoꝛrei. s. emoꝛ. iste emoꝛ non erat amoꝛreus vt hic dicit: sed erat eueus vt p3. s. 34. vocat tm̄ amoꝛreus noie gñali. Sicut enim oēs isti ppl'i iterdū vocant chananei gñali noie vt p3. s. 24. c. cū fecit iurare seruo suo eliezer q ñ acciperet p filio suo vxoꝛē de filiabus chananeoꝝ. ⁊ tm̄ p hoc nō dabat ei Iniam accipiendi vxoꝛē de gergeseis: vel ferezeis. Sed mandabat ire i mesopotamiā. Sic vocantur interdum isti ppl'i oēs amoꝛrei ꝓpter dignitatem amoꝛreoꝝ q2 foꝛtissimi erant iter omnes septem ppl'os terre chanaā. ⌊ i gladio: ⁊ arcu meo. ⌋

Quo accepit partē agri gladio ⁊ arcu si eam erant.

Sed Dices qūo pōt ista littera stare. s.q Jacob in gladio ⁊ arcu acceperit ptē agri ab emoꝛ rege sichē cū dicat sup2a. 33. c. q emit illā ptē agri centū agnis: ⁊ edificauit ibi tabernaculū. ¶ Aliqs foꝛte rñdebit q lꝫ ꝑmo emisset iacob partē agri ab emoꝛ tm̄ postea accepit totā sichen armoꝝ vi. s. iure bellico: ⁊ ad notandū q nō solum dabat ei ꝑticulam illam q̄ꝫ emerat: sed etiā totam sichen dictū fuit. ⌊ in gladio ⁊ arcu. ⌋ q2 modicum p emptionē acquisitum est per bellū aūt totū. Sed hoc fl'm: quia dato q tota sichē fuissꝫ ante possessa a iacob tamē solū dedit ioseph spāliter illā ꝑticulā quaꝫ emerat: vt p3 iosue. 24. vbi ponit possessio eius tradita filīs Joseph ⁊ dr̄ ossa quoq; ioseph q̄ tulerant filī isrl' de egypto sepelierunt in sichen in parte agri quez emerat iacob a filīs emoꝛ patris sichen centum nouellis ouibus ⁊ fuit i possionē filioꝝ ioseph. ¶ Dom ē ergo q illam solā ꝑticulā hic spāliter donauerit: qūo ḡ dr̄ acquisiuisse in gladio ⁊ arcu trāslatio caldaica dicit hic in ꝑcibus ⁊ oꝛone q̄ methaphoꝛice armadñr cū p illa hostes impugnemus: vt p3 exo. 17. c. qñ

oꝛante

Joseph spiritualis ꝑliatio

Obiec. Rñ°

Rñ°

Rñsio doctoꝛis

Sg' Gentes ⁊ populi differunt

Pb

Cōstituitq; effrayn añ manassen dupl'r exponitur

Ji ꝑ° mō

2° mō

Qō. II. No.

Rñsio alicuius ad quesitum qō nis

Cō fut°

orante moyſe vincebant amalechite: ⁊ ceſſante oꝛone: ⁊ manu eleuatione vincebãtur iudei. Et hanc ſniam ſequit Rabi abꝛahã abenaꝛra. Eſt aũt ſenſus q̃ qñ filij ſui deſtruxerũt ſichimitas ipſe timuit valde increpauitq; filios ſuſpicans q̃ incurrerẽt ſup eũ oẽs vicini terre: ⁊ delerẽt eũ. vt p̃z. ē. 34. c. ıõ tunc oꝛauit: ⁊ deus incuſſit timoꝛẽ oibus circũſtantibus: ita q̃ nullus auderet pſequi eũ: vt p̃z. ē. 35. c. ⁊ ſic tenuit pacifice terrã ſichẽ p oꝛonẽ: ⁊ deprecationẽ. ¶ Nicolaus ſequtur i hac pte ſniaꝛra. ſa. ꝑpatriote ſui ad quẽ ſaꝛ affectus ẽ. ſ. q̃ qñ ſymeon ⁊ leui vaſtauerũt ſichẽ occidẽtes oẽm virũ oẽs qui i circuitu erãt armauerũt ſe vt irruerẽt ſup Jacob: ⁊ pderent eũ cũ domo ſua. ipſe ãt cõfidẽs ò diuio adiutoꝛio armauit ſe: ⁊ familiã: ⁊ ſtetit in porta ſichẽ expectãdo ſi hoſtes irruerẽt deus tñ imiſit ſup eos timoꝛẽ validũ: vt ſe nõ mouerẽt. ⁊ ſic iure belli optinuit terrã illã q̃ ò oꝛ i gladio: ⁊ arcu pdẽtibus ſichimitis locũ ſuum: ⁊ vitã ꝑpter demeritum violatiõis Dine. q̃ ò ḡ illi iuſte pdiderũt iacob iuſte poſſedit. tamen etiam: q; deus totam illam terram ei promiſerat. Jacob autem ꝛs aduena: vel peregrinus eſſet in terra chanaan tamẽ icepit poſſidere non ſolum partẽ quã emerat ab emoꝛ rege ſichen: ſed etiam totam ſichen cũ terminis ſuis. quod p̃z: q; poſt ꝛ quãdo iacob miſit ioſeph filium ſuum ad paſcua: vt videret fratres ſuos iuit ad terram ſichem: quia in ſichimis paſcebant greges fratres ſui tanquã in terra propꝛia. Ciuitas autem ſichen in diuiſione ſoꝛtium tribuũ cecidit filijs Joſeph. ſ. in pte effraym: ſed dato q̃ cecidiſſet in ſoꝛtẽ cuiuſq; alterius tribus. neceſſe erat q̃ illa pars q̃ ſpãliter data fuerat filijs Joſeph maneret apud eos cũ illa daꝛet ꝓter oẽs ſequẽtes diuiſiones. Sic. n. mandauerat hic Jacob. ¶ Vl̃ poteſt dici obtẽta ſichen in gladio. ⁊ arcu non in gladio Jacob: ſed in gladio filioꝛũ ſuoꝛum qui occiderunt hitatoꝛes ⁊ ceperunt vrbem. ¶ Prima autem expoſitio melioꝛ eſt: iſta enim tertia nõ mltum valet: q; non eſt veriſimile q̃ iacob gloꝛiaꝛet in tali acqſitione ſichen per gladium ſymeon ⁊ leui cum redarguerit eos de tali acquiſitione ibi. 34. c. ⁊ ſequenti. c. foꝛtius ⁊ mordatius in eos inuehitur vocãs eos vaſa iniquitatis bellãtia nec multũ valꝛ. ¶ 2ª expoſitio poſita a rabi ſalomone. ſ. q̃ aꝛ mauerit ſe iacob: ⁊ familia ſua: q; dato q̃ ad defendẽdum ſe arma ſũpſit q̃ò valde icertũ ẽ tñ nõ ꝓp ꝟ recte diceꝛet acquiſiuiſſe i gladio: ⁊ arcu: q; ciuitas nõ fuit acqſita tũc: ſꝛ magiꝰ diceꝛet acqſita qñ ſymeõ ⁊ leui deleuerũt hitatoꝛes vrbis. ¶ Itẽ q; iſte modus loq̃ndi redũdat in ꝓpriã gloꝛiaꝛ quod iacob nõ faceret q̃ intẽdebat ſp gloꝛiã dei maxie q; non eratꝛ vex q̃ in arcu: ⁊ gladio acquiſiuiſſet: ſed nec defendiſſet magis ãt volũtate dei q̃ imiſit terꝛoꝛẽ i oẽs vicinos ꝓp̃los: alias eni irritus fuiſſet arcus ⁊ gladius. iſte ãt timoꝛ irruit ſup illos qñ deprecatus fuit iacob deũ: vt liberaret eũ: iõ p oꝛonez: ⁊ preces recte acqſiuiſſe dr̃ q̃ ſigꝫuit prima expoſitio.

¶ Cur hec terra nõ data fuit potiꝰ ſymeõi ⁊ leui q̃ Joſeph

Querũt Aliq cũ ſymeon ⁊ leui iſtã terrã deſtruxerit: ⁊ deletis indigenis hitatoꝛibus cepint quare nõ data fuit eis ſpãliter i poſſionẽ: ⁊ fuit data ioſeph q̃ nihil in ꝟ fecerat. ¶ Rñdet ioãnes bleſenſ. q̃ i terra illa deſtruxit iacob idola abſcõdẽs ea ſub terebito q̃ ẽ poſt vrbẽ ſichẽ: vt p̃z. ē. 35. c. ioſeph aũt ſigt chriſtũ iõ recte ei daꝛ: q; ſigbaꝛ q̃ chriſtus dñaꝛet gẽtibus deletis ſimulachꝛis eaꝛ. Sꝛ iſta rõ ẽ mltũ methaphoꝛica. in methaphoꝛicis ãt nõ eſt arguere: iõ ſalua reuerẽtia eiꝰ nõ mltum valet. ¶ Dom̃ ḡ q̃ ſymeõ ⁊ leui valde peccauerũt in deſtructiõe ſichimitaꝛ tũ q; ppl̃s inocens erat: ⁊ ſolus ſichen ⁊ pr̃ ſuus emoꝛ peccauerãt: tũ q; confederati erãt: ⁊ alij cõplẽtes fedus circũciſi erãt iſti aũt ꝑditoꝛie valde occiderunt eos quã ob rem deteſtabiles valde erãt: ⁊ valde redarguit eos ibi iacob magis tñ nũc ante moꝛtẽ vocans eos vaſa iniquitatis: ⁊ noleng gloꝛiam ſuam noſari in illis: vt p̃z ſequẽti. c. nõ debuerũt ḡ ò tanto ſcelere fructũ aliũ preter maledictionem repoꝛtare. Si tamẽ daretur eis ſichen repoꝛtarent cõmodum de malitia quod iuꝛa valde deuitãt. ¶ Aliter ãt põt reſponderi etiam valde conuenienter q̃ iſta queſtio nõ habet locum: quia ſi iacob dediſſet Joſeph vrbẽ ſichen quã ſymeõ ⁊ leui depopulati fuerant ⁊ acquiſierant etiam ſceleſte: ſed dedit ei partem agri quam emerat ab emoꝛ: ⁊ erat extra ciuitatem ad quam nihil attinebat id quod fecerunt ſymeon ⁊ leui quo iure dato q̃ illi iuſte occidiſſent ſichimitas ⁊ laudabiliter acquiſiuiſſent vrbẽ eoꝛum tamen nihil pertinebat ad eos de agro quẽ emit Jacob ab emoꝛ: ⁊ quem nunc donauit Joſeph nihil ergo queſtio ad illa attinet ad illud.

Opinio nicolai E

Q. III. A No. B Rñſio Joãnis ad queſitum qõ nis Cõfut. C

Prima rñſio doctoꝛis

D 2ª rñſio

Cap. xlviiij.



Ocauit ãt iacob filios ſuos: ⁊ ait eis. Cõgregami vt ãnuncie q̃ vẽtura ſũt vobis i dieb' nouiſſimis. Cõgregami ⁊ audite filij Jacob audite iſrl' patrẽ vr̃m. Rubẽ ꝑmogenit' meus. Tu foꝛtitudo mea ⁊ pncipiũ doloꝛis mei. Pꝛioꝛ in donis maioꝛ in impio. Effuſus es ſicut aq̃. Non creſcas: q; aſcẽdiſti cubile pr̃is tui: ⁊ maculaſti ſtratũ ei'. Symeõ ⁊ leui fr̃es vaſa iniqtatis bellantia. In ꝓſiliũ eoꝛ ñ veniat aia mea: ⁊ i cetu illoꝛ ñ ſit gloꝛia mea: q; i furoꝛe ſuo occiderũt viꝛ: ⁊ i volũtate ſua ſuffoderũt muꝛ. Maledict' furoꝛ eoꝛ: q; ptinax: ⁊ idignatio eoꝛ q; dura. Diuidaꝛ eos i iacob: ⁊ diſpgã eos i iſrl. Juda te laudabũt fr̃es tui. Manus tue i ceruicib' inimicoꝛ tuoꝛ adoꝛabunt te filij patris tui. Catulus leonis iuda. Ad ꝑdaꝛ fili mi aſcẽdiſti requieſcẽs accubuiſti vt leo: ⁊ q̃ſi leena. Quis ſuſcitabit eũ? Nõ auferet ſceptrũ ò iuda ⁊ duxꝛ de femoꝛe ei': dõec veniat q̃ mittẽdus ẽ: ⁊ ipſe erit expectatio gẽtiũ. Ligãs ad vineã pullũ ſuuꝛ: ⁊ ad vitẽ o fili mi aſinã ſuã. Lauabit i vino ſtolã ſuã: ⁊ in ſãguine vite palliũ ſuũ. Pulchꝛioꝛes ſũt oculi eiꝰ vino: ⁊ dẽtes eius lacte candidioꝛes. Zabulon in littoꝛe maris habitabit: ⁊ in ſtatiõe nauiũ ptinges vſq; ad ſydonẽ. Jſachar aſinꝰ foꝛtis: accubãs iter ẽminos. Vidit requiẽ q̃ eẽt bõa ⁊ trã q̃ optima: ⁊ ſuppoſuit humerũ ſuũ ad poꝛtãdũ: factuſq; eſt tributis ſuiẽs. Dan iudicabit ppl'm ſuũ: ſicut ⁊ alia trib' i iſrl'. Fiat dan coluber in via ceraſtes i ſemita moꝛdens vngulas eq; vt cadat aſcẽſoꝛ eiꝰ retro. Salutare tuũ expectabo domine. Gad accict' ꝓliabit'ãñ eũ: ⁊ ipe acciget retroꝛſuꝛ. Aſer pinguis panis eiꝰ: ⁊ ꝓbebit delicias regibꝰ. Neptaliꝛ ceruꝰ emiſſus ⁊ dãs eloqa pchꝛitudĩs. Filiꝰ accreſcẽs ioſeph filiꝰ accreſcẽs ⁊ decoꝛ aſpectu. Filie diſcurrerũt ſup muꝛ. ꝛs exaſperauerũt eũ ⁊ iurgati ſũt iuideruntq; illi hñtes iacula. Sedit in foꝛti arcus eiꝰ ⁊ diſſoluta. ſũt vincula brachioꝛ ⁊ manuum illiꝰ p manꝰ potẽtis iacob. Inde paſtoꝛ egreſſus eſt lapis iſrl'. Deꝰ pr̃is tui erit adiutoꝛ tuꝰ ⁊ opꝰ bñdicet tibi bñdictiõibꝰ celi deſup bñdictiõibꝰ abyſſi iacẽtꝫ deoꝛſuꝛ bñdictiõibꝰ vberũ ⁊ vulue. Bñdictiões pr̃iꝰ tui ꝓfoꝛtate ſũt bñdictiõibꝰ pr̃uꝛ eiꝰ dõec veniret deſideriũ collis eternoꝛ. Fiãt i capite ioſeph ⁊ i vertice naſarei iter fr̃es ſuos. Beniamĩ lupus rapaxꝰ mane comedet ꝑdã ⁊ veſpe diuidet ſpolia. Oẽs hi in tribubus iſrl' duodeci. Hec locutꝰ ẽ eis pr̃ ſuꝰ bñdixitq; ſinglis bñdictiõibus ꝓpꝛijs ⁊ ꝑcepit eis dicẽs. Ego ꝓgreꝛoꝛ ad ppl'm meum. Sepelite me cũ pr̃ibꝰ meis i ſpelũca duplici q̃ ẽ i agro ephꝛõ ethei ꝟ mãbre i terra chanaã quã emit abꝛahã cum agro ab effron ethei o i poſſeſſionẽ ſepulchꝛi. Ibi ſepelierũt eũ ⁊ ſarrã vxoꝛẽ eiꝰ. Ibi ſepultus eſt Iſaac cũ rebecca ꝓuge ſua. Ibi ⁊ lya ꝑdita iacet. Finitiſq; mãdatis qbus filios iſtruebat collegit pedes ſuos ſup lectulũ ⁊ obiit appoſituſq; ẽ ad ppl'ꝫ ſuũ.

Cap. xlviiij.



Ocauit. Deſcripta bñdictiõe filioꝛ ioſeph in ſpeciali hic conſequẽter deſcribitur benedictio omniuꝫ filioꝛ iacob in vniuerſali cuilibet tamẽ ſuam benedictiõem applicando ⁊ diuidit in duas partes. Primo docet eos ea que pertinent ad eoſ quãtum ad ſtatum vite moꝛtalis. Secundo mentes eoꝛum erigit ad ſpẽ ⁊ deſiderium vite imoꝛtalis. ibi. ⌊ ⁊ benedixit ſingulis. Prima in duas. Primo ponit prefatio ſiue q̃dã ꝓhemialis pꝛelocutio. Scõo ſubiũgit opis ꝓſecutio ibi. ⌊ Rubẽ. ⌋ ꝑmogẽi tuo. ⌋ Circa ꝑmũ. iſta ꝑfatio ſiue ꝑlocutio ꝓtinet aliaꝛ viꝛes ꝑfationũ

A Diuiſio

pfationū. Est aūt vis aliaz pfationū auditoz attentum aut docilē reddere. Sic.n. fit hic: q: pmo filij iacob attenti: vl' docil̄ reddunt cū dr eis congregamini: vt annunciez vobis tc̄. ⁊ Uocauit aūt iacob filios suos. ⁊ista lra dupliciter intelligi pōt: vt diximus pce. c. Uno mō q̄ starēt omnes filij Jacob pntes qñ loquebat iacob supadicta: aliud Joseph ⁊ filios eius ⁊ tūc est sensus. ⁊ Uocauit iacob filios suos. ⁊. i. q̄ oēs preter Joseph: ⁊ filios suos erant aliqualr elongati a iacob: q: illa q̄ dicebant nō attinebāt ad eos. Postq̄z aūt finita fuerūt illa colloquia: ⁊ iacob voluit loqui oibus vocauit eos. i. mandauit eos: vt appropiquarent sibi: ⁊ diligenti⁹ audirent. Si aūt dicamus aliter. s. q̄ filij iacob nō erāt tunc presentes ē sensus q̄ iacob vocauit filios suos. i. fecit eos vocari: q: in vltimo vite sue loq volebat cū eis: ⁊ hoc q: pres solent loqui cum filijs in fine vite sue instruentes eos in moribus. Sic fecit moyses vt p3 deutero. 31. c. ⁊ vsq̄z ad finē deuteronomij. Sic ēt fecit thobias putans mortem sibi iminere monita filio suo tradidit: vt p3 thobie. 3. c. Sic etiā fec̄ samuel toti israeli quē vt filium fouebat ad finem vite redarguēs ⁊ ad bonam spē eleuans: vt p3 pmo re. 12. c. Sic etiā fecit christus ihs ad finē vite sue mortalis iter hoies discipulos suos valde instruens in opibus charitatis: ⁊ in oibus alijs necessarijs magnū sermonē faciens: vt p3 a pn̄. c. 13. Joānes vsq̄z 18. Sic.n. dr in pncipio. 13. c. ante diē festū pasche. Sciēs ihs q: venit hora eius cum dilexisset suos ⁊ in finē dilexit eos. ⁊ Et ait illis: ⁊ postq̄z vocati venerunt ad eum. ⁊ Congregamini. ⁊. i. cōiungimini ad me: ⁊ audite diligenter q̄ dico. hic vult eos reddere dociles: benivolos: ⁊ attentos q̄ pertinet ad naturā pfationis. dociles reddit eos in q̄ntū dicit. ⁊ vt annūciem vobis q̄ ventura sunt in nouissimis dieb⁹. ⁊. q. d. nolo vobis historiā texere de preteritis quoz potestis hr̄e notitiā vsu: vel experimento: vel studio historiaz siue fide auditoz nec de pntibus: de quibus qlibet vr̄m iudicare pt: q: sensibus pntia sunt. S3 de futuris de qbus notitiā hēre nō potestis nisi reuelatione diuina. Recte.n. q̄ntū ad istā partē captauit docilitatē: q: nihil est quod magis dociles reddat q̄z promissa narratio de futuris. Desiderant.n. hoies valde notitiā futuroz. ⁊ hoc ppter duo. Primo q: magis afficiuntur ad cognoscendū ea q̄ difficiliora cognitu sunt preterita aūt ⁊ pntia humano studio faciliter cognitioni puta sunt futura aūt nullo mō nisi a pncipio supiori. Et h̄ ēt dicit aristo. in pmo d aia i plogo. vbi iter rōnes alias q̄s ponit ad pbādū q̄ desiderāt hoies hr̄e cognitionē d aia est vna: q: difficilis cognitio ei⁹ ē. Sic.n. ait ⁊ oio āt difficilimoz accipere cognitionē d ipa. ¶ Scdo ppter necessitatē vl' vtilitatē nraz. Sūt.n. hoies valde amātes se ipos: ⁊ cū sciāt se a multis pericula ppeti posse: ⁊ totū bonū pdere: ⁊ noscāt preterita nec malū: nec bonū iferre posse. pntia aūt siue bona: siue mala iā videri. Solius q̄ futuri solēt expectatione ⁊ timoze suspēdi cū sit pdictio amātis sp peioza timere: vt p3 iudi. 5. c. de mr̄e sisare q̄ eū diligebat deterioza suspicāte. Describit ēt h̄ Ouidius in li⁹. epl'az epl'a pma q̄ titulat. Penelopes ad vlixē. ⁊ icipit hāc tua Penelope lēto tibi mittit vlixe. timēt hoies i futurū malū sibi euēturū. maxie q: h̄ p expientiā in alijs cognouerūt: nec lecti: vl' qeti sunt donec aliqd istoz nouerint. Benivolos aūt notat esse debere: q: vocat eos filios d se patrē filij āt benivole audire debent patrē suū. ⁊ h̄ insinuat cū dr. ⁊ audite isrl' pr̄em vr̄m. ⁊ attētos reddit i h̄ qd bis dic̄ audite quasi cū magna diligētia audiēdū ee moneat ēt: q: non solū voce coporea audiri debere monet: sz ēt magis auditu tacito itellectus. ¶ Circa pmū. Cōgregamini vt ānuncie vobis. ⁊. i. piungimi bñdictione mihi: q: aliqd spāle vobis volo annūciare. ⁊ q̄ vētura sūt in nouissimis diebus. ⁊ dies nouissimos vocat dies in qbus ista ꝓpleta sūt: q: nō imediate cōpleri debebāt: sz post mltos dies fuit āt vltimata hoz cōpletio i tpe christi q̄ntū ad illud qd dictū ē d iuda d cuius seie pnūciātur futuri reges vsq̄z ad messiā. Et istū modū loquendi hñt ppbe vocātes tpa remota vltimos dies. vt p3. Esa. 2. ⁊ michee. 4. c. s. erit in nouissimis dieb⁹ pparatus mons domus dñi in vertice mōtiū. ⁊ loquūtur ibi ambo d xpo futuro vt ab oibus pcedit: ⁊ alias magis in suis locis videbit. Deo dāte vel vocant isti vltimi siue nouissimi dies q̄ntū ad prici piū cōplectionis hoz: q: pma istoz inceperūt cōpleri in nouissimis dieb⁹ pegrinationis iudeoz. Prima. n. istoz q̄ hic pdicūtur inceperūt cōpleri tpe distributōis sortiū in terra chanaā: vt p3 discurrēdo p ea q̄ dicta sunt cuilibet tribui: tps āt quo inceperūt recipere sortes in terra chanaan fuit nouissimū in pegrinatione eoz: q: a pncipio qñ Abraham exiuit d terra caldeoz q̄ erat terra natiuitatis sue: vt p3. s. xi. c. maxime qñ ipse recessit mandato dei de mesopotamia. vbi erat domus patris sui: ⁊ venit in terram chanaan. icepit pegrinari q: non tenebat locū certū: nūc. n. stabat i⁹ bethel. nūc in egypto: nūc in hebrō: nūc gerara. nūc in bersabee: vt p3 per ordinē istoz. s. 12. c. ⁊. 13. ⁊. 20. ⁊. 21. Deinde tota posteritas sua pegrinata ē p. 400. ānos: vt deus pdixerat. s. 15. c. s. scito pnosces q̄ pegrinū futurū sit semē tuū i terra nō sua: ⁊ subjciēt eos fuituti affligētq̄z q̄dringentis ānis qñ aūt filij isrl' exierūt de egypto: ⁊ trāseuntes desertū redierūt in terrā chanaā pmissam accipiētes in ea sortes finierūt pegrinationē sua: iō vocant q̄ hic pdicunt euentura in nouissimis diebus. i. q̄ icipiēt cōpleri in vltimis diebus pegrinationis cū iceperint sortes tribubus distribui. vl' vocant ista euētura nouissimis dieb⁹: q: q̄dā eoz cōplenda erāt diebus messie: vt sunt illa q̄ pdicunt de iuda: ⁊ sceptro auferendo. Dies aūt messie in scriptura nouissimi vocant tā fm ppbas q̄z fz scriptores noui testamenti. ⁊ rō ē: q: nouissimū vel vltimū vocant illud i. qō oia tendūt ⁊ finis ē. Sed oia q̄ in veteri testō scripta sūt, ponebant vt significantia messiā futurum esse vel disponētia ad participiendū fructū quem ipse causaturus erat. Sic.n. loquuntur doctores hebreoz um dicētes q: omnes ppbe ppbauerunt ad dies messie. In nouo testamēto dies messie nouissimi vocantur: q: eis nō succedent alij dies in quibus aliter viuere debeamus. s. fz aliā legē. Sic dicitur Apo. 10. c. s. q: angelus qui tenebat vnum pedem in mari: ⁊ alium in terra iurauit per viuentē in secula seculoz um q: amplius tēpus non erit. i. post legem nouam alia non succedet lz de veritate huius magis dicetur ibidem deo dante, vocatur etiaz tēpus messie hora nouissima: vt p3 Jo. pma. c. 2. carissimi nouissima hora est: ⁊ loquebat ibi Beatus Joānes de tempore quod tunc inceperat. s. de diebus annunciatt Euangelij. ⁊ Congregamini: ⁊ audite. ⁊ duplicat eandem sententiam p multa verba ppter duo. Primo q: modus rhetoricus ē sententiam verbis exagerare. Scdo quia intendit multum benivolos reddere: ⁊ attentos repetitio autem verboz attentionem captat. ⁊ Audite filij Jacob. ⁊ In hoc reddit benivolos cum filius benivole audire debeat ea que mandat pr̄ ⁊ dicit. ⁊ audite Isrl'. ⁊. i. Jacob patrez vestrum duplicatio sententie est: ⁊ in hoc notat attentio: q: dicit audite: monere. n. aliquē q̄ audiat est reddere eū attentum. ⁊ ¶ Rubē. ⁊ h̄ ponitur 2m. s. operis persecutio coaptando singulis benedictiones suas. Et primo incipit a Ruben: ⁊ non sequitur totaliter ordinem natiuitatis: quia Dan pmo natus est q̄z zabulō. vt p3. s. 30. c. fz primo ponitur zabulon. Item primo natus fuit Jsachar q̄z zabulō: sed hic non sic ponitur. Itē pmo dan ⁊ neptalin q̄z Jsachar: ⁊ zabulon: sed hic fit econuerso hec omnia patent. s. 30. c. nec fuat h̄ iacob aliquem modum specialem ordinis.

Quomodo iacob benedixerit filijs suis.

Sed Querit cū dicat cōiter q̄ iacob bñdixit i morte filios suos qūo eos bñdixerit: q: h̄ ñ vr̄ vl' bñdicere cū aliqb⁹ magis maledicat vt p3. j. d symeōe ⁊ leui quos vocat vasa iniqtatis: ⁊ pdicit eos dispgēdos i signū maledictiōis. ¶ Itē q: bñdictio ē iprecatio boni. h̄ āt ñ ē aliqd tale: sz magis ea q̄ dr̄ ponūt p modū ānūciatiōis rez gerēdaz. Sic.n. dr i pncipio congregamini vt ānūcie vobis que vētura sūt i nouissimis dieb⁹. Ad h̄ rndēt qdā iudei stultissimi dicēte q̄ iacob itēdebat bñdicē filijs suis: ⁊ eis futura ānūciare: vt p3 i pn⁹. c. sz postea recessit ab eo spūs ppbie: ⁊ incepit variare. dicēs ista q̄ sequūt iterdū bñdicēs iterdū āt maledicēs. Sz ista stultitia magē ē: ⁊ isup hereses dānāda valdē. p q: ipi volūt q̄ ista q̄ h̄ dr̄ sint q̄dā deliramēta iacob carētq̄z spū ppbico: q: tē seqrēt q̄ aliq̄ deliramēta i sacra scriptr̄a asserēt ⁊ vt dicta certissima tenerēt hac āt heresi detestabilioz nll'a ē q: totaliter eneruat robur: ⁊ auctoritatē sacre scriptr̄e i q̄ si aliq̄ falsa p̄mittāt equū ē vt d ceteroz vitate suspitio hēat quo se mel pcesso totū hūanū statū i vanū laborare pstabit cū nulla certitudo hēbit d bōis q̄ i scriptura bñe agētib⁹ pmittūt ⁊ d penis q̄ negissimis viris ifligēde asserūt. ¶ Itē q: ipi dñt q: p iacob hñs spm̄ ppbicū dixit cōgregamini vt ānūcie vobis q̄ vētura sit, deide q: recedēte ab eo spū icepit vacillare: q: tē seq̄

retur q

Uocauit iacob filios suos dupliciter intelligitur

B

p° mō

2° mō

C

Doies valde desiderāt notitiaz futuroz ppter duo

p°

2°

Longregamini ⁊ audite dixit propter duo

D

p°

2°

Operis psecutio Jacob

E

Qō. 1.

A

No.

p⁹ rō

2⁹ rō

B

Rñsio quoz undam iudeoz Cōfu°.

p⁹ rō

2⁹ rō

retur q̄ spūs dñi faceret aliquē mētiri dicendo q̄ annuncia
ret futura: ꝛ postea ñ ānūciaret. ¶ Itē q̄ tūc cū homo deser
5ª rō tus a spiritu dei naturali via de futuris nihil noscat ꝓtingere
ret q̄ iacob sic ista dicēs erraret in aliqbus fm dicens. Ḃ āt
incōueniens est: q̄ spiritus dñi bonus qui ē spūs ꝓphicus
£ nūq̄ facit mentiri: q̄ certus ꝛ securus est: vt p̄z sapie. 7. c.
Diabol⁹ etiā: q̄ mendaciū ꝑoli demoni cōuenit qui mendax est: ꝛ pa
est pater ter mendacij: ꝛ a p̄ncipio in vitate nō stetit: vt p̄z Jo. 8. c. spi
menda- ritus. n. dei neminē seducit: iō q̄n ꝓphe regis achab ei denū
cij ciabant ꝓspera cum essent aduersa euentura: ꝛ ipse malī
4ª rō cia sua demereret occidi permisit deus ꝓphas ei⁹ decipi: ſ3
adhuc ad istam deceptionem non iuit aliquis spiritus bon⁹:
D sed ꝓuus spiritus qui ibi vocatur singl'ariter: vt habet .3⁹
Obiec. re. 22. c. ¶ Item patet hoc esse falsum: quia omnia ista secreta
que hic Jacob dixit eodem modo completa sunt nec defuit
ex eis verbum vnum quin compleretur. hoc autem esse non
Rñsio poterat q̄ vnus homo tot veritates: ꝛ de tam varijs rebus
E ita cito ꝓtulisset circa futura de quibus nulla certa cogni
tio humana est. Et si dicas q̄ dixit istas veritates nō ex ha
bitu cognitio: siue per lumē ꝓphicum siue alias: ſ3 per acci
dens: vel a fortuna: vt sicut ꝓtingeret eum falsum dicere: ita
5ª rō poterat euenire verū dicere. Sed nō potest stare: q̄ dato q̄
aliquis a casu diceret aliquam futuram veritatez multas ta
men ꝛ tam varias dicere non posset: q̄ fortuna est cā carēs
aliqua directione plura ꝛ omnia vera dicere sine quadaz di
rectione nō est. ¶ Item si ista spiritu dei dicta non essent spi
ritus dei nō confirmaret illa: sed spiritus dei nō cōfirmaret
6ª rō illa: sed spiritus dei ea confirmauit ꝛ declarauit: q̄ moyses
qui ista scripsit nō scribebat ea tanq̄ ipse sciret ea memoria
rez gestarum: vel q̄ ea i hist oriis recepisset: ſ3 q̄ spūs sctūs
dictabat ei ista scribenda. Patet q̄ aliter non potuisset ei cō
stare de mundi creatione: ꝛ de modo: ꝛ ordine rerū creata
Alia rñ rum. Si ergo hec falsa fuisset aut deliramēto humani ingenij
sio plata spūs ꝓphicus nō dictaret ea scribēda moysi. Concludo
F dū ḡ ē istos ml'tū errare: q̄ ista ꝓphico spū dicta ꝛ cōscripta
Obiec. sūt. Rñderi aūt fortassis posset q̄ ista q̄ in lra dicunt fue
G runt bñdictiones: q̄ in eis aliqua bona futura ꝓnūciantur.
Rñsio Et q̄n obḡcit q̄ symeō ꝛ leui nō benedicunt. ſ3 magis male
H dicunt. Rñdet q̄ q̄ in alijs oibus bñdictionis v̄ba ponunt
Rñsio oēs iste bñdictiones vocant a maiori ꝑte sicut scriptura face
doctoris re cōsueuit. ¶ S3 magis v̄ dom q̄ iacob bñdixit filijs suis
J q̄: vt. j. dr̄ bñdixitq̄ singulis bñdictionibus ꝓprijs ꝛ nō v̄
p̄ª rō q̄ fuerint bñdictiones iste q̄ ponūtur ḃ ꝓp rones supra assi
gnatas. ſ. q̄ bñdictiones ꝓferunt p modū iprecationis bo
noꝝ. iste aūt dicunt p modū enūciatiōis futuroꝝ ēt q̄. j. dr̄
bñdixit singulis bñdictionibus ꝓprijs. ḡ nō fuit aliqs eoꝝ
qui nō bñdiceret. S3 manifestū ē q̄ ea q̄ dicta sūt symeon i
2ª rō ꝛ leui nō fuerūt bñdictiones: ſ3 maledictiōes. ḡ alie benedi
ctiones date fuerūt. ¶ Itē q̄. j. i fine huius. c. fit dr̄ia inter
Determi. istas ānūciationes: ꝛ singuloꝝ bñdictiones: q̄ dr̄ i lra hec
Ruben locutus ē eis pr̄ suus bñdixitq̄ singulis bñdictionibus ꝓ
prijs ita q̄ hec refert ad supradicta: ꝛ enūciata deinde dicit
fuisse factas spāles bñdictiones ad quēlibet. ¶ Cōcludendū ḡ vr̄ q̄ iacob bñdixerit filios suos: ſ3 bñdictiones tacent
q̄ fuerit. ¶ Rubē ꝓmogenitus. Incipit a Rubē q erat ma
ior fm carnē: ꝛ filⁱ⁹ lie q̄s ꝓmo carnaliter coḡuerat iacob: vt
p̄z. 8. 29. c. ꝓmogenitus me⁹. ſ3 carnē ꝓmo natus fuit Ru
bē q̄s alij: ſ3 ꝓmogeniture iura nō accepit: q̄ ex pcto suo de
Exposi. meruit illa. ſ. q̄ coiuit cū vxore pr̄is sui: vt i lra stati cōmemo
Nicolai rat. tu fortitudo mea. Nicolaus exponit sic. i. tu fortitudo
K mea q̄ntū ad bonū vtutis ꝛ gr̄e q̄ in te lucere dēret potius
Exposi. q̄s in alijs: ſ3 ecōuerso fcm ē. q̄ fact⁹ es p̄incipium doloris
doctoris mei. Ji. q̄ ꝛ m'tos alios dolores senserim nullū tn ita mihi
L durus sicut iste quē tu ituliſti coeūdo cum vxore mea: ſ3 ista
snia nō m'tū coheret lre. Jō dōs al'r. Fortitudo mea. Ji. q̄
M te in etate robustiore genui: ꝛ tu ceteris fortior: ꝛ digniꝝ eē
Exposi. debueras. p̄incipiū doloris mei. Ji. tu fuisti p̄ncipiū dolo
Diero. ris mei. i. sollicitudinis mee: q̄ aī q̄s te genuisse nullā curam
hēbam cū aūt te genui icepi sollicitudinibus anxiari. Jel vt
ait Diero. in li⁹. ō sentēt̄ys sctoꝝ dr̄ p̄ncipiū doloris: q̄ vsq̄
ad illū dolorē nullū iacob senserat vel dr̄ p̄ncipiū doloris q̄n
tū ad seis effusionē q̄. in virginibus cū q̄dā difficultate fit cū
ibi tā vir q̄s femina coꝛrūpant: ꝛ vtrobiq̄ quedā nature vio
lentia inferat q̄n aūt genuit Jacob Ruben ꝓmogenitū nul
lā vnq̄ feminā cognouerat: iō ibi dolorē q̄ndā sensit in pri
ma coꝛruptiōe. Ponūtur aūt ista ad designandā ingratitu
dinē Rubē: q̄ cū ipe eēt ꝓmogenit⁹ pr̄is sui: ꝛ fortitudo sua
ꝛ in eo incepant dolores pr̄is sui magis tenebat pr̄ suo q̄s
aliqs ō alijs cū ḡ ipe fedauerit balā pr̄is sui vxorē multū vi
tupandus: ꝛ dānādus erat. Jpor in donis. Jlra hebraica ē
hic multū intricata ex quoda ipoꝛpꝛio mō loq̄ndi. Et trāsla
tio caldaica exponēs illā dixit q̄ ruben tria hic hr̄e debebat
s. regnū sacerdotiū: ꝛ ꝓmogenituā. S3 i hoc ml'tū ipoꝛpꝛie
loqtur distinguēs ꝓmogenituā ꝑ sacerdotiū: ꝛ regnū. Q̄ꝛ
primogenitura hic accipitur ꝓ iure cōuenienti primogeni
to. Sunt autem hec iura que enarramus. ō. 25. ꝛ. 27. c. inter
q̄ ꝓmū est p̄ncipatus regnatiuus siue dominatiuus iter fra
tres. Scōm est sacerdotium deinde duplex portio hr̄ditatis
ꝛ alia ibidē ꝓnominata. Nō distiguit ḡ bñdictione ꝓmoge
nitura a iure regnatiuo: vl' iure sacerdotali tanq̄ si distingua
tur totū a ptibus suis: ꝛ ponātur eē ml'te res cū nō sit aliqō Determi.
ens ipm totū ablatis ptib⁹. Dimissa ḡ illa iepta distictiōe di
cēdū q̄ iacob designauit oia iura ꝓmogenite in his duo
bus q̄ i lra ponūt. ſ3 p̄ncipal'r signēt̄ur duo. Jpor in donis. J
i. q̄ rubē: q̄ ꝓmogenit⁹ erat debebat eē maior i donis q̄s ali
qs ō frib⁹ suis. s. q̄ duplex portio hr̄ditatis ei dareť. ſ3 pdi
dit eā. Fuit aūt translatū ius ꝓmogenite q̄ntū ad istā pti
culā ad ioseph: q̄ cū alij fres singulas sortes acciperēt: ꝛ sin
gulas tribus denoiarent ioseph duas sortes accepit: ꝛ duas
solus tribus denoiauit: vt p̄z in duobus filijs eius manasse:
ꝛ effrayn qui duas tribus denominauerunt: ꝛ duplicem sor
tem acceperunt: vt p̄z ꝑcedē. c. Jmaior impio. Q̄ꝛ p̄ncipa
tus inter fratres debebatur p̄rimogenito ꝛ cum p̄rincipat⁹
regnatiuus promissus fuisset semini Jacob ille pertineret ad No.
tribum Ruben nisi peccatum eoitus obstitisset. Jn his aūt
duobus omnia alia iura p̄rimogeniture aut dñt dignitatez
aut vtilitatem. Si aūt dicant dignitatem reducunt ad impe
riū. Si aūt dicūt vtilitatē reducunt ad p̄ioꝛitatē i donis. vñ
ius sacerdotale ad vtrūq̄ ptinebat: q̄ aliquo mō dicit digni
tatē. s. ptātem imolandi hostias. coꝝ dño fm tps illud. ali
quo mō ad vtilitatē ꝛ3 q̄ sacerdotes recipiebant q̄dā iura a
ppl'o siue iter gēiles siue iter hebꝛeos ō hebꝛeis satis p̄z. de
gētilibus aūt p̄z. ō. 47. vbi dr̄ q̄ terra egyptioꝝ vēdita fuit
ꝑter terrā sacerdotū q̄ libera mānsit: q̄ illis ō hoꝛreis publi
cis ministrabant cibaria: iō nō sūt coacti vēdere terrā suam. §§
Dabat ēt siue añ legē datā: siue post legē datā: post legē da
tā p̄z nūeri. 18. ꝛ deutero. 12. ꝛ. 18. c. añ legē p̄z: q̄ abꝛaham de
dit decimas ō oib⁹ reb⁹ suis melchisedech regi salē: q̄ erat Melchise-
sacerdos dei altissimi: vt hr̄. ō. 14. c. magis tn ptinebat sacer deb Rex
dotiū ad iperiū. i. ad dignitatē q̄s ad dona. i. ad vtilitatez: q̄ Salē
sacerdotiū fm se icludit ptātē imolādi ꝛ offerēdi victias deo N
p accns aūt dicit aliqs reddit⁹: vl' pēsionē q̄s āt ꝓmogenitus
sederet i capite mēse ad dignitatē: vl' iperiū ptinet q̄ āt bñ
diceret fres suos ad dignitatē ptinet ꝛ iperiū. Q̄ꝛ vt ait apo
stolus ad hebꝛeos. 7. sine q̄dictiōe vlla qō min⁹ ē a maiore
bñdicīt q̄ ēt ꝓmogeniti vestib⁹ nobiliorib⁹ iduant ad hono §§
rē siue dignitatē ptinet q̄ āt a pr̄e bñdicat i morte spāl'r ad Opio quo-
vtrūq̄ ptinet. s. ad dignitatē: ꝛ ad vtilitatē: q̄ vtrūq̄ ibi ꝛfer rundam
tur vl' vtrūq̄ pr̄ moriēs iprecat ꝛ sic p̄nt reduci ad ista duo
oia alia ꝓmogeniture iura. effusus ē sic aq̄. Jaliq referunt
B ad libidinē ꝛ3 quā coḡuit rubē nouereā suā balā: ſ3 moral'
vl' mistic⁹ vr̄ eē sēsus: talis ē. n. itētus ꝛ3 nicolaum q̄ effusus
fuit rubē: vt aq̄. i. q̄ sic q̄n aq̄ ō vase effūdit nihil manet sic i
effusiōe aliox liquox: vt i melle qō ñ p̄t tm effūdi qn aliqd
maneat iherēs ō vino āt māet odor saltē. De oleo effuso ma O
net piguedo: ꝛ sapor idē ō alijs liquoꝛib⁹: q̄ aliq̄l'r inhesim
sūt vl' tenacis nature. De aq̄ āt effusa nihil manet ō sapore:
vl' odore: siue colore: ita rubē effusus fuit: q̄ ō iurib⁹ ꝓgeni
ture ad eū ptinētib⁹ nihil ei māsit: ſ3 totū fuit trāslatum ad
al's trib⁹: q̄ ps fuit trāslata ad ioseph ps ad iudā ps aūt po
stea leui ꝑcessa ē: vt diximus ꝑce. c. S3 q̄ntū ad sacerdotiū nō
erat aliqua dr̄ia: quia in qualibet tribu p̄rimogeniti de illa
tribu erant sacerdotes anteq̄ deus specialiter segregaret le
uitas ad sacerdotium: vt p̄z Exo. 24. c. vbi mandauit moyseꝝ
iuuenibus de p̄ncipibus tribuum: vt immolarent victi
mas ad confirmationem federis. vt patet ibidem. ¶ Iste sē
sus satis conformis est littere: sed adhuc conformius dici
potest q̄ Ruben effusus fuit sicut aqua: quia sicut aqua P
non eleuatur supra terram eminens vel faciens tumoꝛes: Unde a q̄
sed est equalis terre. vnde dicta est aqua quasi equa ꝛ
petit

Sed Queritur cur dicat hic de tribu Gad q; iuit acincta ad pugnandum coram alijs tribubus cū nō solum ipsa: sed etiam tribus Ruben: z dimidia pars manasse eodem modo iuerint: vt patet eorum promissio numeri. 32. z completio Josue. 22. c. ¶ Rñdetur q; de qualibet istarum tribuum idem vel consimile dici debebat: z Jacob qui ista cognoscebat ꝓphice cognouit idem in tribu Ruben sicut i tribu Gad: z idem in dimidia tribu manasse. Sed nō decuit idem in alijs dici. Quantum ad ruben causa patet: quia Jacob loquens per spiritum intendebat multum reprehēdere Ruben propter peccatum coitus cum bala. non decuit ergo inter reprehensiones inseri laudes. Quantum ad dimidiaz partem tribus manasse non potuit hoc fieri: q; non bñdixit hic Jacob distincte tribum manasse: z effrayn: sed solum benedixit patrem earum Joseph. Maxime quia dato q; quelibet harum tribuuz per se benediceretur nō poterat dimidia pars manasse cui hoc competebat distincte benedici. ⌊ z ipe accingetur retrorsum. ⌋ i. non solum Gad cum Ruben: z dimidia tribu manasse fuerunt precicti: vt pugnarent añ frēs suos precedentes eos in bellis: sed etiā retrorsum. i. post accicti sūt. i. parauerunt se ad pugnandum: q; postq; stetissent isti per. 14. annos cum fratribus suis in terra promissiōis. s. trans iordanem redeuntes in patriam suum hostes cōuicinos habuerunt cum quibus cōfligentes fortiter deuicerūt. hoc autem ipsi post alias tribus certamen habuerunt: ideo retro. i. postea etiam acicti dicuntur. ⌊ ¶ Aser pīguis. ⌋ hic ponit prenunciationem quantum ad tribum aser: z tāgit cōditionem status eius in abundantia terre nascentium. ⌊ pinguis panis. ⌋ i. in terra sortis aser vbertas frugum: z oīum terre nascentium erit que vocantur pinguedo panis. ⌊ prebebit delitias regibus. ⌋ quia in terra aser erant aliqua specialia terre nascentia que non erant in alijs sortibus tribuū z hec apportabātur ad delectandum reges: quia hīs libenter vescebantur. Sic ait beatus Hiero. in libro de collectionibus sanctoū aser pinguis panis eius de fructibus terre sue honorabit reges. ⌊ ¶ Neptalin. ⌋ hic ponitur prenūciatio neptalin z solum tangitur status eius quantum ad terre nascentium qualitatē. ⌊ ceruus emissus. ⌋ Aliqui dicunt q; intelligitur hoc de bello facto cōtra sisaram ducem regis Jabin: vt patet iudi. 4. c. in quo barach mandato delbore prophetisse accepit decem milia virorum de tribu neptalin qui iuerunt expedite cum eo in pugnam: z fecerunt vastationē in sisaram: z milites suos: z propter istam victoriam fuit factum canticum diuine laudis a delbora z Barach in quo cōtinebantur eloquia pulchritudinis: vt p; iudi. 5. c. Sed non videtur cōgrue ista expositio q; non solum descenderūt ad istud bellum viri filij neptalin: sed etiam de zabulon. vt patet iudi. 4. etiam de ysachar: z manasse: vt patet iudi. 5. ideo de quolibet eorum equaliter dici debebat q; erat ceruus emissus. Alij dñt q; filij neptalin recipiebant munera ab alijs tribubus: z propter hec dabant eloquia pulchra imprecando bona dantibus munera quemadmoduz fieri ꝓsueuit. Sz adhuc non conuenit hoc: q; non manet ratio quare dicātur filij neptalin ceruus emissus. ¶ Dicendum ergo q; in sorte neptalin erant terre nascentia temporanea valde ita q; p̄us ibi fructus: z segetes crescebant: z maturabantur q̄s in alijs sortibus tribuum. Dicebatur ergo ista terra velox sicut ceruus emissus. i. emissus ad cursum idem enim sigt emissus q; velox. ⌊ Dans eloquia pulchritudinis. ⌋ i. q; de istis nouis fructibus: z frugibus qui nascebantur in sorte neptalin offerebantur oblationes primitiuorum in templo. z propter has sacerdotes pulchras laudes domino personabant que vocantur eloquia pulchritudinis. ¶ Joseph filius. ⌋ hic ponitur prenunciatio facta Joseph in qua tangitur primo hystorica narratio gestorum Joseph sub quadam figuratione. deinde ponuntur benedictiones quantum ad posteritatem eius. ⌊ Filius accrescens Joseph. ⌋ hic alludit Joseph interpretationi nominis Joseph: quia Joseph sigt in hebreo additum: vel crescentem. z vocauit eum mater sua Rachel sic quia quando genitum eum peperit dixit addat mihi deus z alterum filium: vt patet. ē. 30. c. suus pater eum ioseph vl' crescentem nunc vocauit: q; multū creuerat super fratres suos in honore: z dominio: quia factus fuerat prepositus totius egypti: vt p;. ē. 41. c. crescebat etiam in posteritate sua: qa de filijs eius due tribus facte sunt q; nulli alteri de fratribus eius euenit. ⌊ filius accrescens. ⌋ duplicatur ad rethoricam exornationem vt sepe diximus: quia talis est vsus in pphīs maxime in li° Esaye. vel duplicatur ad notandaz valde magnā multiplicationem Joseph: quia repetitio verborum designat vehementiam conceptionis intellectualis. ⌊ z decorus aspectu. ⌋ erat enim Joseph valde pulcher: vt p;. ē. 39. c. quia i ß similabatur Racheli matri sue que valde pulchra erat vt habetur. ē. 29. c. ⌊ filie discurrerunt super murum. ⌋ i. quādo ioseph erat in egypto: quia viri: z femine illius terre aliqualiter deformes sunt: vt diximus. ē. 12. c. Joseph autez valde pulcher erat. mulieres quando sciebant q; transiturus esset per callem ponebant se ad fenestras: vel ascendebant super muros ad cōtemplandam speciem eius: z hoc maxime quando erat factus prepositus egypti: q; tunc incedebat in habitu ꝑcioso: z ornatus valde. ⌊ Sed exasperauerunt eum. i. amari cauerunt quasi dicat. licet iste Joseph ita pulcher esset vt ab omnibus amari deberet: z nullus ei nocumentuz inferre deberet tamen exasperauerunt eum. i. amaricauerūt vitā eius prementes eum multis angustijs quando fratres eius non poterant ei quicq; pacifice loqui: sed omnia cum quodā vultu horribili: z turbato: quod ipsi vertebatur in angustiam: z merorem. Etiam quia eum occidere voluerunt: vt p;. ē. 37. etiam: quia eum ad vltimum vendiderunt Jsmaelitis: vt duceretur in longinquam terram. ⌊ Jnuiderunt q; ei habentes Jacula. ⌋ i. fratres sui inuidebant ei: quia a patre plus ceteris amaretur: z quia accusauisset eos de crimine pessimo: z quia somnia illis dicebat in quibus innuebatur q; ipse foret in posterum dominus eorum. ⌊ habentes iacula. ⌋ i. verba dura: z acuta que vocantur iacula: q; pungunt: z perfodiūt vt iacula: z fuerunt hec quādo non poterant ei quicq; pacifice loqui: sed omnia in duriciem conuertebant: vt cum dixerunt nunquid rex noster eris aut subīciemur ditioni tue.

¶ Aliqui autē exponunt istam litteram referentes ad dominam Joseph. s. vxorem phutipharis que amaricauit Joseph duci faciens eum in carcerem: z iurgata fuit contra eū dicens q; voluerat ei illudere: vt patet. ē. 39. c. Sed non pōt stare ista expositio: quia littera loquitur hic pl'aliter domina autem sua erat vna persona. Item quia dicitur inuiderunt. domina autem sua erat vna persona non inuidit ei: quia nō erat aliquid in quo domina inuideret ei cum esset maior eo: z generaliter ab omnibus inuidia semper dicatur esse de maioribus, rebus q̄s habeat ille qui inuidet. domina autem seruo suo maior est. ¶ Item quia dicitur habentes iacula hoc autem non conuenit ei cum ipsa sit vna: etiam quia non habebat iaculum contra ioseph vl' iacula. Aliqui exposuerunt de filiabus egyptiorum que licet discurrerent per muruz ad videndum eum tamen amaricauerunt cū. Sed non cōuenit ista expositio: quia non videtur quomodo filie egyptiorū possent amaricare Joseph: z inuidere ei: quia hoc aut sigbitus fuisse

Fortitudo Gad in pugnam.

Q. v. A No.

Rñsio ad q̄ situz qōnis B

Aser Prenūciatio ad tribū Aser C

Neptalin Prenūciatio neptali D

Opinio q.dam E

Cōfutatio.

F Aliorum opinio Cōfut° Deter°

Joseph G Prenū ciatio facta Joseph

H Joseph quid hebraice

Aliquorum expositio I

Cōfut°, p° rō 2° rō 3° rō Aliquorū opio K Cōfut°.

fuisse anteq̄ ioseph fieret prepositus egypti aut post. Si autem dicatur fuisse ante quomodo poterant filie egyptiorum inuidere: quia tunc seruus erat nec aliquam preminentiam habebat de qua possent inuidere ei. Si autem dicatur fuisse postq̄ factus fuit prepositus egypti quomodo poterant ei filie egyptiorum amaritudinem facere: quia potens erat ⁊ omnes ei obediebant: vt patet .s. 41.c. vbi dixit pharao ego sum pharao absq; tuo imperio non mouebit quispiam pedem vel manum in tota terra egypti. ¶ Dicēdum ergo est q̄ ista littera non potest intelligi proprie nisi de malo quod contra ioseph faciebant fratres sui. ⌊ Sedet in forti arcus eius. ⌋ fortis vocatur deus qui solus fortis est super omnia: quia quicquid vult facit. Arcus vocatur defensio sicut dixim⁹. s. p̄ce. c. in fine. Est sensus ly amaricassent eum: ⁊ inuidissent habētes iacula. i. fratres sui volentes eum occidere non fuit defēsus ab aliquo homine: sed deus solus qui fortis est fuit arcus eius. i. defensio eius: vt eum ab hūs omnibus liberaret: ⁊ postea de carcere educeret. ⌊ ⁊ dissoluta sunt vincula brachiorum eius. ⌋ hoc ponit ad designandum liberationem a carcere in quo detinebatur ioseph a quo solus deus eum liberauit. In hebreo dicitur. ⌊ deaurata sunt brachia eius. ⌋ vel ⌊ topazion cōstitutus fuit super brachia eius. ⌋ quod iudei referunt ad ornamenta que fuerunt posita in brachiis eius quando constitutus fuit prepositus egypti. Quod verisimile: quia cum rex tradiderit ei tunc anulum suum: vt p3. s. 41. c. satis credendum est q̄ daret multa alia ornamenta maxime fecit eum adduci in curru secūdo regis: ⁊ clamari coram eo: vt omnes cognoscerent eum prepositum esse terre egypti. ⌊ Per manū potētis iacob. ⌋ i. p manū vl' ptātē dei q̄ ē fortis iacob. i. q̄ ē fortitudo: vl' potētia iacob: q3 iacob totam suam spē: ⁊ fortitudinē ponebat i deo ō se ipo nihil cōfisus. Et p̄t referri ly ad vtrūq; sēsū lre supiorio. i. q̄ siue vicula: Joseph fracta aut dissoluta fuerit. siue brachia ei⁹ deaurata fuerint vtrūq; factum est per manum fortis Jacob. i. dei: qa ipse monuit pharaonem ad faciendum. s. vt Joseph de carcere educeret: ⁊ vt eum sublimaret. ⌊ Jnde. ⌋ i. de ioseph. s. de seie eius. ⌊ Pastor egressus est. ⌋ pastores vocātur reges: quia ad modum pastorum subditos: vt oues per bonas leges dirigunt ducentes in bonum: ⁊ facientes cauere a malo. Sic vocat aristo. in. 8. ethicorū vbi tractat de amicitia politica dicēs q̄ rex amat subditos sicut pastor oues: ⁊ probat ibi per dictum homeri qui agamenonē regem bonum pastorem populorum nuncupauit. De tribu autem Joseph egressus ē pastor. i. rex s. ieroboā qui fuit de tribu effrayn filij Joseph: vt habetur 3⁹. re. xi. c. ⁊ xij. ⌊ lapis isrl'. ⌋ lapis: q3 solidus est cemento cōunit. Sic dicitur iste ieroboā fuisse lapis: quia primus fuit ⁊ cementum in omnibus regibus isrl'. i. decem tribuum: vt p3 tertio re. 12. c. hebrei intelligunt hoc de ipso Joseph qui fuit pastor isrl'. i. Jacob patris sui: ⁊ totius familie ⁊ fuit lapis super quem initebantur tempore angustie famis. ⁊ tunc ē sensus referendo ad supiora. s. ⌊ Jnde egressus ē pastor. ⌋ i. post q̄ de⁹ dissoluit vicula ioseph. ⌊ Jnde. ⌋ i. ex ipo tēpore egressus est pastor. i. factus est pastor. i. cibator: vel sustentator. ⌊ lapis isrl'. ⌋ i. etiam fuit firmamentum iacob ⁊ totius domus sue: vel aliter. ⌊ Jnde. ⌋ i. de carcere. ⌊ Egressus est pastor. ⌋ i. ideo dissoluit deus vincula brachiorum ioseph: vt exiens inde esset pastor patris sui: ⁊ fratrum suorum. ⌊ De⁹ patris tui. ⌋ i. deus quem ego colo: vel qui mihi bona ml'ta fecit. sicut dixit p̄decē. c. Deus qui pascit me ab adolescentia mea: ⁊ multa alia promisit. s. ⌊ erit adiutor tuus. ⌋ te defendēdo ab aduersis: ⁊ prospera conferendo. nominat autem deū patris sui quasi dicat non solum faciet deus tibi bonum propter meritum tuum: sed etiam propter preces meas. ⌊ ⁊ omnipotens benedicet tibi. ⌋ i. multiplicabit te in bonis. Recte vocat hic omnipotentem: quia nullus melius multiplicatū aliquem facere potest q̄ omnipotens. ⌋ Benedictionibus celi desuper. ⌋ hic imprecatur multiplicationem in terre nascētibus que sunt fundamentum totius humane vite ⁊ omniū diuitiarum. Consistit autem ista fertilitas in duobus. s. conuenienti agente: ⁊ contēperante: ⁊ in materia bene suscipiētē. Agens autem disponens ista inferiora ad multiplicationem fructuum est influentia celestis a qua secundum pḥm in secundo de generatione: ⁊ corruptione causatur oīs corruptio: ⁊ gnatio in terra. Jsta autem influentia est in rore: vel pluuia terram humectante: ⁊ inebriante: ⁊ fecūdante ad productionem. vt patet Esa. 55. quomodo descendit imber: ⁊ nix de celo: ⁊ illuc vltra non reuertitur: sed terram inebriat ⁊ infundit eam: ⁊ germinare eam facit: ⁊ dat semen serenti: ⁊ panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Quando autem ros vel imber venit de celo i cōgruentia secundum statum terre ⁊ calor temporibus suis ad digerendum humiditatem: ⁊ maturandum fructus celū benedictionem suam infundere dicitur. ⌊ ⁊ benedictionibus abissi iacentis. ⌋ secundum q̄ est materia bene suscipiens ē terra. dispositio ergo bona terre. s. q̄ sit bene suscipiens celi influentiam: ⁊ q̄ ipsa sit in se pinguis apta ad fructus gignēdos: terra autem ficca sterilitati cognata est. ista terra vocatur abissus deorsum iacens: quia est infima in situ omnium elementorum: vel vocatur abissus. i. sine visu: quia nullo modo est visui paruia. sicut alia elementa sunt in totum vel in p tem. Simile habetur. s. 27. c. in benedictione esau. s. in rore celi: ⁊ in pinguedine terre erit benedictio tua. ⌊ Benedictionibus vberum ⁊ vulue. ⌋ posuit benedictiones. i. multiplicationes in terre nascentibus que ordinantur ad esum ⁊ sustētationem animalium hic ponit ipsam multiplicationem animalium. s. filiorum ioseph. Et quia multiplicatio individuorum in specie humana est per generationem, Generatio autē habet pro vase conseruatiuo vuluam. i. matricem mulieris dicit hic venturam ioseph benedictionem. i. multiplicationē vulue. i. filiorum genitorum in vulua. i. matrice. Non vocatur autem hic vulua os ventris: siue os matricis: vt pauca scientes trufatorie dicunt: quia hoc nihil erat quoniam isto modo benedictio vulue est multiplicatio in coitu: ⁊ multiplici seminis effusione: sed hoc non prodest per se: quia multi semper coeuntes plurimum abundantes in humore seminali nunq̄ gignunt: quia generatio fit secundum contēperationem seminis virilis: ⁊ femine in matrice in qua sequitur: vel sterilitas vel paucitas: vel pluralitas in filiis. multiplicatio ergo coitus secundum se modicum agit: quia ex vno coitu solo possunt duo vel tres filij generari: vt patet. s. 38. c. vbi thamar concepit phares: ⁊ zaram ad vnum coitū iude. Nō est ergo multum necessaria coitus multiplicitas que attinet ad benedictionem vulue: vt vulgariter sumitur cū fiat vbertas conceptus ex contemperatione seminis que attinet ad vuluam: vt sit matricem. Et quia natura non solum intendit generationem imo magis conseruationem geniti: cuius generatio fiat ad conseruationem speciei per durationem aliqualem in diuidui geniti: quia alias generatio frustratoria esset quod non conuenit intentioni nature non solum ponitur hic generatio que pertinet ad generationē vulue: sz etiam enutritio genitorum que pertinet ad vberum vbertatē: ⁊ de nominat vbera: q3 mox geniti: quia teneri sunt nullo alio cibo ali possunt nisi lacte quod est cibus liquidus ⁊ valde tener: etiam: quia secundum intentionem pḥi ex eisdem gignimur sumus: ⁊ alimur. vnde ait in primo politicorum q̄ natura desiderans conseruationem rei genite sicut ingenia vel generationem: ita ingeniat cibum rei genite. s. lac in vberib⁹ quousq; fetus per se cibum solidum capere queat. ⌊ dicitur ergo benedictionibus vberum. ⌋ i. sicut deus dedit tibi benedictionem vulue filios in gignendo potentiam tribuēdo: ita det benedictionem in vberibus tribuendo lac ad nutriēdum: ⁊ postea nutriendum. Quia in lacte in quo est prima natorum alimentatio tota sequens nutritio ad conseruationem intelligitur. Hoc patet ose. 9. c. vbi cum loqueretur contra tribum effrayn dixit gloria eorum ab vtero a partu: ⁊ a conceptu. i. tota gloria vel totum bonum effrayn consistebat in generatione filiorum: ⁊ nutritione: ideo prophetа ꝓpter peccata eorum predicit eis mala oppositа per modum ip̄recationis. dicens da eis domine quid dabis. da eis vuluam sine liberis: ⁊ vbera arentia: ⁊ sicut ista benedictio vberum: ⁊ vulue refertur ad homines eodem modo potest referri ad pecora: quia conceptus fit ibi, in matrice: ⁊ nutritio i lacte vberum. Est autem benedictio q̄ pecora multiplicarentur in q bus tota antiquorum substantia consistebat: sed magis dicēdum est q̄ per benedictionem celi ⁊ abissi intelliguntur ml'tiplicationes in frugibus: ⁊ fructibus: ⁊ in animantibus p benedictionem vulue: ⁊ vberum intelligatur multiplicatio liberorum. Et ista est propria expositio. Alio modo potest exponi q̄ referantur omnes iste benedictiones ad ipsam per sonam Joseph. Et ponuntur hic quattuor benedictiones: q3

Quare terra vocatur abissus

Benedictionibus vberū tripliciter exponitur.

2ª exposi.

quattuor sunt de quibus aliquis: vel in quibus benedici solet. s. dies in qua natus est. Et terra in qua natus est. Tertio q̄ sunt benedicta vbera que eum lactauerūt. Quarto q̄ benedictus sit vterus in quo gestatus est ista concordant littere. ⌊Benedictionibus celi de super. ⌋Quantus ad primā benedictionem diei in qua aliquis natus est: quia dies ¦causatur secundum motum celi. s. per motum solis super nostrū emisperium. ⌊Benedictionibus abissi iacentis deorsum. ⌋Quantum ad secundam benedictionem. s. benedicta terra i qua natus est que vocatur abissus: quia est inferior in situ omnibus elementis: z minus paruſa visui. ⌊Benedictionibus vberum. ⌋quantum ad tertiam benedictionem. s. benedicta sunt vbera que eum lactauerunt. ⌊Et vulue. ⌋quantū ad tertiam benedictionem. s. benedictus sit vterus i quo gestatus est: quia vterus vocatur vulua: vt supra declaratum est ⌊Benedictiones patris tui. ⌋i. benedictiones mee. ⌊Cō fortate sunt benedictionibus patrum eius. ⌋i. benedictiones mee quas ego do tibi maiores sunt q̄ benedictiones patrum eius. i. q̄ benedictiones quas dederunt patres eius. s. patres mei quasi dicat maiorem benedictionem ego tribuo tibi q̄ contulit abraham filio suo Jsaac z Jsaac pater meus mihi. Uel maiores sunt benedictiōes quas ego recepi a deo q̄ benedictiones quas receperunt patres mei. Una autem istarum expositionum sequitur ex alia. s. si maiores benedictiones deus contulit Jacob q̄ patribus suis q̄ ipse potuit conferre maiorem benedictionem filio suo Joseph q̄ patres sui. s. abraham z Jsaac contulerant ei: z non solum sequitur q̄ poterant conferre maiores benedictiōes ipse filio suo Joseph q̄ contulerat abraham Jsaac: z Jsaac Jacob: sed ēt q̄ contulit, nam quilibet horum benedicebat filio quantum poterat: quia benedictio ista erat imprecatio: vt bonus quod deus alicui promiserat: vt veniret super eum: z semen eius q̄ confirmaretur: z sicut specialiter dictum fuerat ad patres q̄ ita transiret ad filium. ¶Adhuc potest alio modo exponi q̄ ille ablatiuus benedictionibus non tenetur comparatiue sicut tenebatur secundum duas priores expositiones: sed q̄ signet causam instrumentalem: z est sensus scias fili mi Joseph q̄ benedictiones mee qui sum pater tuus confortate sunt. i. facte sunt fortes benedictionibus patrum suorū. i. per benedictiones patrum suorum. z hoc patet: quia per additionem efficitur aliquid maius: quia abraham solum contulit benedictionem suā quaz a deo acceperat filio suo Jsaac Jsaac autem contulit magis: quia contulit benedictionem quam acceperat a patre suo: z insuper propriam benedictionem, deinde Jacob dedit maiorem benedictionem ioseph: qz dedit benedictionem abrahe z benedictionem Jsaac: z insuper benedictionem suam: ideo confortata fuit benedictio sua benedictionibus patrum suorum. i. per benedictionem patrum suorum adiuuantem benedictionem suam. ¶Istarum autem trium expositionum secunda tenenda est. s. q̄ benedictiones quas deus dedit iacob fuerunt maiores quam ille quas dedit patribus suis. Et est intentio sūmaria in tota ista littera q̄ benedictiones maiores quas dedit deus iacob q̄ patribus suis veniant super caput ioseph. Et sciendum ad euidentiam hui⁹ q̄ deus tenet istum modum in datione gratuitorum quemadmodum tenet natura ab eo condita in sua operatione. Natura enim in operando procedit ab imperfectis ad perfecta: vt patet in prohemio primi philoso. Sic autem deus ꝛ hoc non est generaliter: quia nullus certus ordo deo prefigendus est cum ipse sit ordo: z regula. Sanctis enim antiquis reuelata sunt aliqua mysteria: sed pauca z nō multum clare. deinde posteriores plura: z clarius cognouerunt. Sic dicitur exo. 6. c. quando dixit deus moysi ego dominus qui apparui abraham Jsaac: z Jacob: z in deo omnipotenti z nomen meum adonay non indicaui eis. Sed postea indicauit istud nomen moysi cum dicatur cognouisse deum: z vidisse per essentiam: vt innuitur numeri. 12. c. z ibi dictum fuit de hoc. sic ergo cum Jacob esset posterior patribus suis plura ei reuelata sunt q̄ patribus suis: z plura ei promissa sunt. z in hoc congaudet iacob filio suo Joseph dicens benedictiones mihi date a deo sunt maiores benedictionibus quas receperunt patres mei: z has tibi confero. Et non potest stare conuenienter prima expositio. s. q̄ benedictiones quas ego do tibi sunt maiores q̄ benedictiones quas dederunt mihi patres mei: quia tunc esset littera aliquiliter superflua: quia. j. dicitur. ⌊Fiant in capite Joseph. ⌋i. iste benedictiones magne veniant in capite Joseph. Tertia expositio. s. q̄ benedictiones Jacob confortate sunt per benedictiones patrum suorum eodez modo non conuenit hic quia. j. demonstratur q̄ tenetur iste ablatiuus comparatiue cum ponitur vsq̄ quantum extenditur benedictio data iacob. ⌊Benedictiones patris tui. ⌋i. benedictiones mihi a deo collate. ⌊fortificate sunt benedictionibus patruz eius. ⌋i. facte sunt maiores q̄ benedictiones collate patrib⁹ meis. ¶Et est sciendum q̄ benedictionem Jacob fuisse confortata tam super benedictiones suorum patrum potest duplex intelligi. s. aut quantum ad reuelationes aut q̄tum ad ꝓmissiones. Si quantum ad reuelationes verum est: quia plura reuelata fuerunt Jacob q̄ abrahe. aut Jsaac. vt. j. declaratur. Si autem quantum ad promissiones non erat maior promissio facta nouis sanctis patribus q̄ veteribus: quia idem vtriq̄ promittebatur. dicebatur tamen maior esse promissio facta nouis: quia istis explicite fiebat: veteribus autē implicite. scilicet q̄ id quod promittebatur abrahe implicite promittebatur Jacob explicite. z de hoc loquitur hic Jacob ad Joseph. s. q̄ benedictiones sue fortificate sūt super benedictiones patrum suorum. i. q̄ clarius promissa sunt ei omnia ista q̄ omnibus precedentibus: z sic plura sibi promissa esse existimauit: quia ille cui aliquid implicite promittitur sibi promissum esse non putat. Sed dices quomodo sciebat Jacob q̄ reuelationes facte ei erant maiores reuelationib⁹ factis antiquis patribus. Respondetur q̄ abraham cui primo reuelationes z promissiones facte sunt declarauit hic filio suo. scilicet quid ei promissum esset ad demonstrandum dei benignitatem promittentis: z ad incitandum eum: vt desideraret placere deo z ambulare in preceptis eius. Deinde facte fuerunt reuelationes: z promissiones Jsaac: z has declarauit Jsaac filio suo Jacob ratione superiori. Jacob ergo recepit postea reuelationes: z promissiones: z collatis illis iuuenit iacob reuelationes: z promissiones ei factas esse maiores. i. euidentiores z magis explicite. Sic enim dauid cognoscens reuelationes factas aliis prophetis: z reuelationes factas sibi cognouit reuelationes factas ad se esse maiores q̄ reuelationes factas antiquis. Sic patet pſ. i 18. Super senes intellexi. i. magis cognoui ego de tuis mysteriis q̄ senes qui precesserunt me. ⌊Donec veniret desiderium collium eternorum. ⌋i. in tantum vel vsq̄ ad tantuz ista facta reuelatio magna fuit: z clara q̄ venit ad desiderium collium eternorum. i. q̄ in hac reuelatione fiebat mentio de collibus eternis. i. de paradiso qui est altus locus: vt colles: z est eternus: quia in eternum durat. hec autem reuelatio fuit quomodo porta paradisi apperienda esset per christum in passione sua. ⌊Fiant in capite Joseph. ⌋i. iste benedictiones magne mihi date a deo super benedictiones patrum meorum confertate veniāt super caput Joseph. scilicet ego rogo deū vt omnes benedictiones mihi date a deo compleantur in ioseph. ⌊Et in vertice nazarei inter fratres suos. ⌋Repetitio eiusdem sententie est vocatur Joseph nazareus. i. separatus secundum interpretationē hebraici nominis quoniam illi q nazarei separati erant. vnde votum nazareorum nihil aliud est q̄ votū de separatione a quibusdam quibus omnes alii homines licite vtuntur: vt non ascendat nouacula in caput eius non bibat vinum nec comedat quicq̄ de vinea non accedat ad exequias mortuorum nec tangat dato q̄ sit pater vel mater: z quedam alia de quibus numeri. 6. c. erat autem separatus Joseph inter fratres suos: quia alii eum odio habebāt nec poterant ei quicq̄ pacifice loqui: ideo non poterat cōmunicare cum eis. postea vere ductus in egyptum separatus fuit a fratribus suis. tota ergo vita Joseph fuit in separatione a fratribus suis. est ergo sensus fiant siue veniant benedictiones iste in capite nazarei inter fratres suos. i. in capite Joseph qui fuit nazareus. i. separatus inter fratres suos. ¶Hebrei autem aliter exponunt litteram istam. s. promissione facta sibi maiore q̄ patribus suis. Uolunt enim q̄ non solum fuerunt ei declarata plura q̄ fratribus: sed etiaz ei promissa plura q̄ patribus suis. ¶Et sciendum q̄ ista diuersitas sententie inascitur ex aliquali variatione littere: qa in littera hebraica habetur minus q̄ in nostra: quia ipsi nō habent veniret. Et vbi nos dicim⁹ donec dicunt ipsi vsq̄ z vbi nos dicimus desiderium dicunt ipsi terminum: quia dictio hebraica

3ª expo.

Nota

Nota

Obiec.

Rñsio

Quid votū nazareorū sit

Expositio hebreorū.

Nota

ctio hebraica ibi poſita eſt equiuoca ad vtrumq; & vbi nos dicimus eternorum hebrei dicunt ſeculi: quia idem nomen eſt pro vtroq; ſcilicet olam: ergo eſt littera eorum continuata ſuperiori. ⁊ Benedictiones patris tui confortate ſunt benedictionibus patrum ſuorum vſq; ad terminum ſeculi. ⁊ dicunt etiam iudei q̄ benedictiones Jacob fuerunt maiores q̄s benedictiones patrum ſuorum: quia quando deus apparuit ei apud bethel cum iret in meſopotamiam: vt patet ſ̄. 28. c. dixit ei dilataberis ad orientem occidentem ſeptentrionem: & meridiem. In hoc volunt iudei q̄ deus promiſerit iacob dominium totius mundi non in ſe: ſed in ſemine eius. Abrahe autem non tantum: ſed valde modicum promiſſum eſt. ſcilicet ſolum terra chanaan. de abraham patet. ſ̄. 13. c. cū dixit leua oculos tuos a loco in quo es ad aquilonem. orientem & meridiem: & occidentem. & cum in hoc videretur dixiſſe multum vniuerſaliter reſtrinxit ſe dicens omnes terras quam conſpicis tibi dabo: & ſemini tuo poſt te. De Iſaac autem patet. ſ̄. 26. c. tibi dabo vniuerſas regiones has cōplēs Iuramentum quod ſpopondi abraham patri tuo. Benedictiones ergo Jacob dicunt fuiſſe maiores: quia ei tota terra poſſidenda promiſſa eſt. vt inferunt ex littera ſuperiori. ſcilicet. ⁊ Uſq; ad colles ſeculi. i. vſq; ad terminos totius terre. & tunc exponetur ſic littera. ⁊ Benedictiones patris tui. ⁊ benedictiones date mihi. ⁊ Confortate ſunt benedictionibus patrum eius. ⁊ i. facta ſunt maiores vel fortiores q̄s benedictiones patrum meorum. ſcilicet que eis fuerunt date: & patet per ſequentem litteram. ⁊ vſq; ad terminum colliuꝫ ſeculi. ⁊ i. benedictiones vel promiſſiones facte patribuſ meis ſolum fuerunt de terra chanaan danda eis: & ſemini eorum. benedictiones autem mihi collate ſunt vſq; ad terminum collium ſeculi. i. vſq; ad colles: vel ſaltus in quibus terminatur tota terra habitabilis. quaſi dicat tota terra mihi promiſſa eſt. ¶ Sed iſta expoſitio non poteſt ſtare: quia preſupponit falſum. ſcilicet q̄ Jacob fuerit promiſſum dominium totius mundi in ſemine ſuo: quia eadem promiſſio fuit facta Jacob: & omnibus patribus ſuis: ſed ſuis patribus ſolū fuit promiſſa terra chanaan: vt patet in ſuperioribus: ergo etiam Jacob ſola terra chanaan promiſſa fuit. Hoc apparet manifeſte exo. 6. c. vbi dixit deus moyſi ego dominus qui apparui abraham: & Iſaac: & Jacob in deo omnipotenti: & nomen meum adonay non indicaui eis: pepigiq; cum eis phedus vt darem eis terras chanaan terrā pegrinationiſ eor. & poſt ſubditur & ſcietis: quia ego ſum deus veſter: & eduxeri vos de ergaſtulo egyptiorum & induxerim ſuper terram ſup quam leuaui manum meam: vt darem eam abraham Iſaac & Jacob. ecce qualiter in hijs euidenter apparet ſolam terram chanaan fuiſſe promiſſam Jacob ſicut fuerat patribus ſuis. ¶ Item vt volunt iudei patribus poſterioribus ſemp promittebantur maiora: ſed moyſes fuit pater poſterior populi iudaici q̄s abraham Iſaac: & Jacob ergo debuerunt ꝑmitti maiora illi populo iudaico tempore ſuo. Confirmatur: quia moyſes magis acceptus erat deo & plura reuelabat ei q̄s prioribus: quia vt dicitur exo. 6. c. deus apparuit abrahā Iſaac: & Jacob & nomen ſuum magnum adonay non indicauit eis. moyſi autem iſtud nomen indicatum eſt. ¶ Item quia moyſes vidit deum facie ad faciem: vt patet numeri. 12. ceteri enim prophete aut in ſōnio aut per viſionem deum loquentem audiebant. Moyſes autem non per enigmata: & figuras deum videbat: ſed facie ad faciem. idez patet deutro. 34. c. ſcilicet non ſurrexit maior prophetа in iſrl' quem noſſz deus facie ad faciem in ſignis: & prodigijs: ſz tempore moyſi non fuit promiſſa iudeis niſi terra chanaan. vt patet exo. 3. dixi: vt educerem vos de afflictione egypti in terram chanaan: iebuſei hethei amorrei: ferrezei & euei: & iſta eſt tota terra chanaan: & non amplius: ergo non fuit facta maior ꝑmiſſio Jacob. ¶ Item promiſſio facta Jacob complenda erat in ſemine ſuo: quia in Jacob non potuit compleri: ſed poſteri ſui putauerunt promiſſionem eſſe completam quando tenuerunt pacifice terram chanaan: vt patet in libro Joſue ſepius & in libro iudicum & in libro regum: & paralipo. ergo ſola illa terra promiſſa fuit ei. habetur enim clare ioſue c. 21. cum dicitur deditq; domin⁹ iſrl'i omnem terram q̄s ſe patribus eorum traditurum iurauerat: & poſſederunt illam atq; habitauerunt in ea: & ſequitur. j. ne vnum quidem verbuꝫ quod illis prēſtiturum ſe eſſe promiſerat irritum fuit: ſed rebus omnia expleta ſunt. Et hoc neceſſario tenendum eſt Falſa eſt ergo expoſitio iudeorum ſecundum quam putant totum mundum promiſſum fuiſſe Jacob ad poſſidendum. Tenenda eſt ergo prior expoſitio in qua demonſtratur q̄ fuerit promiſſio maior Jacob non in pluribus rebus ei promiſſis: quia eadem omnibus promiſſa ſunt: ſed in rerum ꝑmiſſarum explicatione: quia alijs patribus non explicite fuerunt: Jacob autem explicite fuerunt donec veniret deſiderium collium eternorum: ideſt donec ſua explicatio in tantum accederet q̄ explicaretur ei apperitio vite eterne ideſt paradiſi qui videtur eſſe in collibus eternis ideſt in altitudine ſūma ſemper durante quam deſideramus valde. ¶ Alij exponunt deſiderium collium eternorum de collibus arnon qui inclinati ſunt ad introitum filiorum iſrl'in cōfinio terre moab: & apud amorreos & interfecti fuerunt: ibi amorrei ò quo dictum fuit numeri. 21. c. vocantur autem colles eterni: quia ita erant duri & lapidoſi q̄ videbantur poſſe in eternum durare. apud iſtos montes accepit poſſeſſionez dimidia tribus manaſſe que dicitur recepiſſe ſortem trans iordanem: vt patet deutro. 3. & numeri. 32. c. & applicatur ſic. benedictiones mee que confortate ſunt ſuper benedictiones patrum meorum veniant ſuper caput Joſeph: donec veniat deſiderium collium eternorum: ideſt donec poſteritas ſua habitet confidenter circa colles illos qui eterni ſunt preduricie quod valde a me deſideratuz eſt. ¶ Alij exponunt de monte ſamarie in quo accepit poſſeſſionem tribus effrayn. & vocantur iſti colles eterni eadem ratione qua. ſ̄. & tunc dicebat Jacob benedictiones mee maiores benedictionibus patrum meorum veniant ſuper te fili mi Joſeph donec veniat deſiderium collium eternorum ideſt donec poſteritas tua per effrayn habitet in monte ſamarie tanq̄s in ſorte ſua in qua ſunt colles eterni valde deſiderati a me: ſed expoſitio prima quam ſupra dixi tenenda eſt inter has quattuor. ⁊ Beniamin. ⁊ hic ponitur prenunciatio beniamin: qui fuit duodecimus: & vltimus filius: & ſolum tangit quēdam caſum particularem quantum ad vnum bellum. ⁊ Beniamin lupus. ⁊ iſta littera intelligitur de bellis que fecerunt filij beniamin contra ceteras tribus: quia ipſi acceperunt in gabaa que erat villa quedam in ſorte beniamin vxorem cuiuſdam leuite tranſeūtis: & violenter tantum abuſi ſunt illa quouſq; occiderunt illam: vt patet iudi. 19. c. deinde omnes tribus congregate pugnauerunt contra eos: & beniamin deuicit omnes tribus. xi. bis & in prima vice occiderunt viginti. duo millia virorum de alijs tribubus. in ſecunda occiderunt decem octo milia: vt patet iudi. 20. c. Sed poſtea ad vltimum victi ſunt in tertio bello: & perierunt omnes viri de illa tribu vſq; mulieres: & paruulos preter ſeccentos viros qui fugerunt in petra remon. & tunc eſt ſenſus. ⁊ Beniamin lupus rapax. ⁊ i. tribus beniamin ita tunc ferociter pugnauit tam lupus famelicus deſiderans rapere pecudes ad cibum. ⁊ mane. ⁊ i. in mane ſiue aurora. ⁊ Predam comedet. ⁊ i. interficiet hoſtes de alijs tribubus. ⁊ Et veſpere diuidet ſpolia. ⁊ i. in ſero finito bello cum redire debebant in loca ſua accipiebant ſpolia mortuorum: & diuidebant ea inter ſe. ¶ Aliter poteſt hoc exponi non de iſto bello ſic geſto: ſed de conditione tribus beniamin: quia nimis bellicoſa erat: & diſpoſita ad bellum. & hoc patet iudi. 20. c. vbi laudantur filij beniamin q̄ erant viri fortiſſimi maxime viri gabaa qui ita ſiniſtra: vt dextra vtebantur preliando. iactantes autem fundis ita ad certum lapides: vt capillum quoq; poſſent rapere: vel percutere: & nequaq̄s in alteram partem ictus lapidis deferretur. dicitur ergo tunc. ⁊ Beniamin lupus rapax. ⁊ Quia ſemper erant in hac tribu viri bellicoſi rapaces vt lupus. ⁊ Mane comedet predam. ⁊ i. per diem pugnabit contra hoſtes: & occidet eos quod eſt comedere predam ſicut dicimus in lupis. ⁊ Et veſpere diuidet ſpolia. ⁊ i. quando finiebat bellum in ſero diuidebat ſpolia inter ſe. ¶ Aliqui catholici cum hebreis concordantes exponunt hoc de templo ſalomonis quod erat in ſorte beniamin. nam hieruſalem erat in ſorte beniamin: vt patet Joſue. 19. c. in hieruſalem autem fuit factum templum ſalomonis. In hoc autez templo erat ignis perpetuus iuxta illud leui. 6. ignis in altari meo ſemper ardebit: quem mitteret ſacerdos ſubijciens ligna: in hoc conburebantur quotidie ſacrificia in mane: & in veſpere: vt patet numeri. 28. c. & leui. 8. & exo. 29. hoſtie concremande ap

Dictū iudeoꝝ

Cōfut°. expoſi.

Terra chanaā

Alioꝝ expoſitio.

Alioꝝ dicuntur colles eterni

Alioꝝ expoſitio

Beniamin

Prenūciatio beniamin

Expoſitio quorundaz catholicoꝝ ac hebreoꝝ

ponebantur super ignē: ⁊ vorabantur. partes autem remanentes diuidebantur inter sacerdotes: vt p3 leui. 6. ⁊. 7. c. vbi ponitur qd accipiebant sacerdotes de holocaustis: quid de victimis pacificis: qd de sacrificio pro peccato. ⁊ tunc dicitur. ⌊ Beniamin lupus rapax. ⌋ i. erit vt lupus rapax: qa in sua sorte erit ignis altaris qui rapit ⁊ vorat victimas sicut lupus. ⌊ mane comedet predā. ⌋ i. mane conburentur victime: ⁊ dicentur laudes diuine. ⌊ Et vespere diuidet spolia. ⌋ i. in sero sacerdotes inter se diuidebant secundū mandatum legis reliquias sacrificiorum. ¶ Sed ista expositio nō videtur conueniens. Primo qr ly templum fuerit in sorte beniamin tamen nihil attinebat ad beniamin: quia sacerdotes cō ponebant sacrificia: ⁊ deinde diuidebant inter se. nō debuit ergo denominari beniamin specialiter ab eo quod ad ipsum non attinebat. ¶ Item non congrue vocatur incensio hostiarum rapacitas lupi: quia voracitas: vel rapacitas lupi in scriptura in malum accipitur non ergo debuit transferri ad immolationem holocaustorum que erat ad diuinā laudem.

¶ Itē quia satis apparet ista verba. s. ⌊ mane comedet predam. ⌋ satis dictorte adduci ad istā intentionē cū illa proprie conueniant bello: aut latrocinio: non enim videtur qualiter sacrificia oblata deo vocentur preda cum volūtarie dentur: ⁊ de propriis. ¶ Itē: quia dato ꝙ sic applicare vellem⁹ non consonat cum sacrificia non solum fierent in mane: sed etiaz in vespere. ita enim pertinebat ad perpetuam dei religionez ⁊ honorem: ⁊ festiuitatem sacrificium vespertinū sicut matutinum: vt p3 nūeri. 28. c. imo specialiter sacra scriptura nominauit acceptū sacrificium vespertinum. vt p3 ps̄. 141. dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo eleuatio manuum mearū sacrificiū vespertinū. ¶ Itē quando dicitur vespere diuidet spolia. quod referunt ad diuisiōez ptinet relictarum de sacrificijs inter sacerdotes non conuenit: quia sacerdotes non solum accipiebant partem sacrificiorum in vespere. imo etiam in mane cum de vtriscz aliqua iura eis accrescerent imo stante hoc magis proprie dicerentur in mane diuidere spolia: quia plura iura adueniebant sacerdotibus in sacrificijs matutinis q̄z in vespertinis: ⁊ patet: quia vt declarauimus in exodo: ⁊ in leuitico sacrificia spontanea q̄ faciebant laici inter iudeos in holocaustuz: vel pacificas hostias siue pro peccato fiebāt in sacrificio matutio vt ipsi interessent ibi videntes: ⁊ non in vespertino. nunc autem sacerdotes plura iura recipiebant de sacrificijs sponte oblatis a populo q̄z de illis que ordinarie offerebantur de redditibus tabernaculi. Quia sacrificia que ordinarie fiebant. s. matutinuz: ⁊ vespertinum erant holocausta: vt patet exo. 29. ⁊ nūeri. 28. De holocaustis autem nihil recipiebant sacerdotes nisi pelles pecorum immolatorum: vt patet leui. 7. c. Cum ergo sacrificia vespertina essent ordinaria ⁊ per consequens holocausta nihil pertinebat ad sacerdotes nisi pelles. in tempore autem sacrificij matutini veniebant laici qui multotiens sacrificia spontanea faciebant. s. hostias pacificas. In hijs autem plura sacerdotes habebant: quia vt dicitur leui. 7. sacerdos qui offert victimam pacificorum habebit pectusculum: ⁊ armū eleuationis: Patet ergo ꝙ magis proprie diceretur retenta ista sententia ꝙ mane essent diuidēda spolia q̄z in vespere. infertur ergo non debere sic exponi litteram. Sed redeundum ad primam ⁊ secundam sententiam. Augustin⁹ exponit istam litteram de beato Paulo apostolo qui fuit de tribu beniamin: vt patet prima ad chorin. 5°. c. iste in mane i. ante conuersionem suam ad christum erat: vt lupus rapax persequens christianos: vt patet actu. 9. eos vinctos adducens in hierusalem: sed post suam conuersionem fortissime p̄dicabat: ⁊ disputabat contra iudeos. ⁊ in hoc diuidebat predam: quia sententias legis: ⁊ prophetarum digerebat: ⁊ coaptabat contra iudeos in testimonium euangelij. conuersio autem sua vocatur vespere: quia fuit vltimus status suus. Sed ista vtrum magis allegorico q̄z litterali sensui coaptentur non facile dixerim: videntur tamen magis ad sensum mysticum applicari. ⌊ Et omnes hij in tribubus suis duodeci ⌋ i. isti qui benedicti sunt duodecim sunt: ⁊ faciunt trib⁹ duodecim quilibet suam: vt videtur littera velle innuere. Non est tamen sic intelligendum: quia si quilibet istorum hic nominatorum faceret tribum sequeretur esse tribus. 13. quia tunc leui faceret tribum cum hic computetur nō dicitur tamen facere tribum: sed de Joseph exeunt due tribus: patz hoc quia in tota sacra scriptura veteris testamenti vbi fit mētio de tribub⁹ non ponitur leui. quia tribus dicitur secundū sortem quam accipiebant in terra promissionis. leui autem non accepit sortem: quia domin⁹ erat sors eius: vt patet numeri. 18. c. Sed sine leui adhuc fuerunt duodecim tribus: ⁊ 12. distributiones sortium: vt patet numeri. 35. c. ⁊ Josue. 15. 16. 17. 18. 19. c. simul sūptis. Potest tamē adhuc vocari trib⁹ leui: qr trib⁹ denoīatur dupliciter quia aut vl'a capite: aut a possessione: vel a sorte. ⁊ quia possessiones vel sortes distincte solum fuerunt. 12. in quibus nullam accepit leui non vocabitur hoc modo tribus leui. Si autem nominentur a capite: quia leui fuit vnus de. 12. filijs Jacob: ideo ita denominabitur ab ipso tribus sicut a iuda vel Ruben. primo modo tribus accipitur cōmuniter in omnibus libris veteris testamēti. Secundo modo accipitur in nouo testamento: vt patet Apoc. 7. c. vbi inter numerum signorum in alijs tribub⁹ ponuntur duodeciz milia signati de tribu leui. sed iste modus accipiendi tribum non est vsitatus sicut primus. ⌊ hec locutus est eis pater suus. ⌋ Prenunciando cuilibet eorum aliquid de eueturis sibi vt spiritussanctus dabat eloqui illi. ¶ Benedixitqz. ⌋ hic ponit secundum. s. incitatio ad spez ⁊ desiderium vite imortalis. ⁊ hoc facit dupliciter. Primo in verbo imprecando eis bona spiritualia. Secundo in signo preter dendo resurrectionem futuram. Circa primum. ⌊ benedixitqz singulis. ⌋ i. postq̄z loquutus fuit eis ista q̄ erant per modum prophetice enunciationis benedixit eis dicendo bona per modum imprecationis. ¶ Aliqui volunt ꝙ benedictiones date a Jacob fuerint iste que. s. posite sunt: quia cuilibet specialis enunciatio facta fuit sicut dicitur in littera ꝙ benedixit Jacob benedictionibus proprijs. Sed non videtur: quia benedictio dicitur a bonorū imprecatione. hic autem non omnibus bona dicuntur: sed quibusdam mala vt Ruben: leui: ⁊ symeoni. vt patet. s. Et si dicas ꝙ maiori parti benedicendo diceretur benedixisse cuilibet particulariter. Non sufficit quia littera vult magis exprimere: qr si dixisset benedixit omnibus adhuc sub benedictione plurium staret ꝙ dicerentur omnes benedicti: sed dicitur benedixit singulis. i. cuilibet per se. ⁊ ad confirmandum hoc magis dicitur. ⌊ benedictionibus proprijs. ⌋ i. ꝙ cuilibet singulariter specialis benedictio collata est. ¶ Item quia benedictio fit semper per modum imprecationis: sed ista non dicta sunt per modum imprecationis per modum annunciationis futurorum: vt patet supra cum dictum fuit cōgregamini: ⁊ annunciabo vobis que ventura sunt in nouissimis diebus ergo non sunt iste benedictiones. ¶ Item quia scriptura facit hic differentiam inter istas superiores ānunciationes: ⁊ inter benedictiones cum dicitur. hec loquutus est eis pater suus benedixitq̄z singulis benedictiōibus ꝑprijs. primum refertur ad superiora. scilicet hec loquutus est eis. s. istas futurorum annunciationes. ⌊ benedixitqz eis. ⌋ i. ⁊ benedixit eis. ponit enim istos duos actus esse distinctos.

¶ Dicendum videtur ergo ꝙ preter supradicta que futurorum ānunciationes dicuntur dedit cuilibet filio vnam specialem benedictionem Jacob que non ponitur hic: quia nō omnia scribuntur que gesta sunt. ista enim que supra ānunciata fuerant erant futura contingentia quantum ad statuz temporalem cuiuslibet tribus istarum. non est ergo verisimile ꝙ tam deuotus patriarcha qui supra in ānunciatione Joseph dixerat reuelationem suam peruenisse vsqz ad desiderium collium eternorum. i. vsqz ad reuelationem apertionis paradisi quem omnes desiderant non dixisset filijs suis aliquid de vita eterna excitando eos ad desiderandum eam. Satis ergo ē rationabile ꝙ in benedictionibus singulorum cōmemoraret aliquid de vita eterna que omnia hic tacētur. ⌊ Precepit eis. ⌋ hic ponitur eleuatio ad spem: vel desiderium vite eterne in signo. s. mandando eis sepelire corpus suum in sepulchro patrum propter spem resurrectionis. ⌊ Precepitq̄z eis. ⌋ i. omnibus filijs postq̄z benedixit eos. Preceptum autem subditur. ⌊ Ego congregor ad populum meum. ⌋ i. ego morior sicut patres mei: ⁊ per hoc congregor ad illos: quia antea ego manebam in vita hac remotus ab eis. nunc autem per mortem congregor ad eos: quia vado ad locum in quo ipsi sunt. Sepelite me cum patribus meis quasi dicat non sepeliatis me in hac terra egypti.

¶ Cur

Cōfutatio. p⁹ rō

2ª rō

3ª rō

4. rō

5. rō

Tribus dupliciter denominat

A a p°

2°

B b Incitatio ad spē ⁊ desiderium vite imortalis

C c Quorū dā opio No. Cōfut°.

D d Obiec.

E e Rñsio p⁹ rō

2ª rō

3ª rō

Determinatio

¶ Cur nō rogauit Jacob ceteros filios: vt sepelirēt eum in terram chanaan.

No. O. III. A Rñsio ad questi nē questionis. B

Sed Dices quare non rogauit hic Jacob ceteros filios q̄ eum ducerent in terram chanaan ad sepeliendum. Solum enim Joseph rogauit: vt patet. s. 48. c. ceteris autem mandauit. ¶ Respondetur q̄ magis tenebantur ceteri filij ad mandata patris q̄s Joseph: quia filij semper cum patre vixerant: z ipse dederat eis vxores: z bona q̄ habebant Joseph autem nihil dederat cum semper fuisset i egypto: z omnia recepisset a pharaone. ¶ Item quia Joseph erat constitutus in dignitate cum esset prepositus totius terre egypti. vt patet. s. 41. c. Illij autem fratres erant psone priuate sine aliqua dignitate aut honore: ideo iustum erat ceteris mandare Joseph non: sed rogare. ¶ Item ioseph ministraturus erat omnes expensas ad funera patris: z ad portandum eum in terram chanaan que satis magne erant ceteri autem solum erant comitaturi corpus patris vsq̄s in terram chanaan. Decebat ergo Joseph tanq̄s magis laborantem rogari ceteris autem hoc precipi. ⌊ In spelunca duplici. ⌋ quare vocetur spelunca duplex supra diximus. 23. c. in hac sepeliebantur patres sui in spe resurrectionis: quia cuz crederent messiam conuersaturum in terra illa z morituruz z resurrecturū putabant se cum illo resurrecturos: z sic fuit quia multa corpora sanctorum que in monumentis dormierant surrexerunt: z apparuerunt multis in ciuitate hierusalem: vt patet Matth. 27. c. de quibus essent isti tres patriarche cum essent principales in veteri testamento. ⌊ Que est in agro ephron ethei. ⌋ terra illa in qua est hebron est terra etheorum. Sunt ethei vnus de septem populis terre chanaan. emit autem abraham agrum illuz in quo erat sepulchrū ab ephron: z confirmatus fuit ager quondā ephronis abrahe in possessionem sepulchri pro se: z posteritate sua: vt p̄z. s. 23. c. ⌊ Contra mābre. ⌋ aliqui dicunt mābre esse ciuitatem hebron que alio nomine vocatur arbee: z chariatharbe: z mābre: sed vt diximus. s. 23. c. magis videtur signare conuallem quandam que vocatur conuallis mambre quod quidez tenet secundum quorundam opinionez: sed veritas aliter se habet scilicet q̄ mābre est nomen ciuitatis: vt in eodem. c. declarauimus. ⌊ In terra chanaan. ⌋ ista est causa quare ibi mandabat sepeliri se iacob. scilicet quia in terra illa chanaā messias moriturus. z resurrecturus erat. Fuit autez cōuallis mābre: siue ebron apud quam erant sepulchra istorum patriarcharum in parte meridiana terre chanaan in sorte iude. vt p̄z iosue. 14. z. 15. c. ⌊ quā emit: ⌋ .s. spelunca duplicē. principaliter abrahā emit agrum: z accessorie venit sepulchruz quod erat in agro. lz vt. s. diximus. 23. c. satis potuit abrahaz emere directe speluncam duplicē: quia illa nonduz erat facta locus sacer cū nullus ibi sepultus fuisset: nec in toto agro: sed erāt cōstructa sepulchra ad sepeliendum. ⌊ in possessionē sepulchri. ⌋ .i. illum agrum cum spelunca non emit abrahām ad colendum illum: vel serendum aliquid in eo: vel vt planraret ortum: quia hoc non permisissent ethei: quia cuz ille ager esset iter suos agros vbi mortuos condebant pararetur eis preiudicium: quia necesse esset transire animalia ad colendū super agros sepulchrorum gentilium quod ipsi nullo modo paterentur emit ergo agrum solum ad possessionē sepulchri. vt possideret illum ad sepeliendum mortuos suos. ⌊ ibi sepelierunt eum. ⌋ .i. abrahām. ⌊ Et sarram vxorem eius. ⌋ preponitur abrahām propter dignitatem: sed non fuit ipse primo sepultus quoniam sarra mortua est ante eum: quia ipse sepeliuit eam: vt patet. s. 23. c. fuit enim mortuus abraham 38. annis post sarram: patet: quia sarra mortua est cum esset annorum. 127. vt patet. s. 23. c. abraham autem mortuus fuit anno. 175. vt patet. s. 25. c. z sic superant anni abrahām ad annos sarre in. 48. a quibus detrahantur decem quibus natus fuit abraham ante sarram: quia quando abraham erat centenarius sarra fuit nonagenaria: vt patet. s. 17. c. manebunt anni. 38. quibus mors sarre fuit ante mortem abrahe. ⌊ ibi sepultus Jsaac. ⌋ de hoc habetur aliqualiter. s. 35. c. ⌊ cū Rebecca coniuge sua. ⌋ de Rebecca coniuge sua q̄ ibi sepulta sit non habetur alibi: sed sufficit q̄ habeatur hic. ⌊ Ibi z lia condita iacet. ⌋ ex hoc videtur q̄ lia mortua fuerit in terra chanaan anteq̄s descenderent in egyptum de hoc diximus. s. 46. c. alias non videtur modus quomodo ipsa sepulta fuerit in spelunca duplici. Rachel autem que principalis vxor iacob erat non fuit sepulta in spelūca duplici: quia mortua fuit in itinere inter bethel: z efratan siue bethleem cum periclitaret in partu: z ibi sepulchrum ei constructum est vt patet. s. 48. c. ⌊ Finitisq̄s mandatis. ⌋ .i. mandatis de ducendo corpus suum in terram chanaan. ⌊ Quibus filios instruebat. ⌋ Quia in istis mandatis dabat eis moduz quomodo eum portare deberent: z in hoc instruebantur. vel quia in mandando eis hoc instruebat eos sperare futuram resurrectionem. Uel quia inter ista mandata interponebat eis aliqua salubria monita. ⌊ collegit pedes suos super lectuluz. ⌋ dum enim ista loquebatur Jacob pendebant pedes sui a lecto forte super aliquod stratum. deinde hūs dictis recollegit se totum in lecto: z hoc patet: quia dictum fuit. s. 48. c. q̄ iacob iacebat in lecto cum veniret ad eum ioseph: sed audito q̄ veniret ioseph confortatus sedit super lectum. ad sessionē super lectum vt proprie diceretur sedere: necesse erat pedes extra pendere: quia alias magis iacere q̄s sedere diceret. maxime quia sic oportebat: vt loquendo conuerteretur ad eos Tenuit ergo pedes pendentes a lecto quandiu loquutus. est. deinde finitis colloquūs collegit pedes suos in lectuluz i. retraxit eos ad se: z incepit rursus iacere in lectulo exrētus quia iam deficiebat viribus. ⌊ Et obijt. ⌋ ex quo p̄z fuisse eū mortuum sine magno dolore: z mortis atrocitate qualiter moriuntur illi quorum mors imatura aut acerba est. scilicet in adolescentia aut virilitate: sed ista mors fuit ex continua corporis resolutione vsq̄s quo nihil mansit in quo vita fundaretur. ⌊ Et appositus est ad populum suum. ⌋ .i. collectus est in lymbo sanctorum patrum qui vocatur synus Abrahe. ⌊ vel appositus est ad populum suum. ⌋ .i. ad angelos non in re: sed in certa spe. angeli autem sunt populuſ beatoꝝ: qz faciūt vnam ptem ciuitatis dei vt ait augustinus. 12. d ciuitate dei i pncipio. ¶ Nicolaꝰ āt redarguit magrm historie scolastice: q̄ dixit iacob fuisse appositū ad ppl'm suū. .i. ad āgelos. Pro q̄ vr pōsupponere fl'm nullꝰ. n. ad āgelos apponit nisi q̄ trāsferē ad locū vbi ipsi sūt i beatitudie celi empirei: lz añ passionē nullus ß adeptus ē q̄re nec ipe iacob cū ianua celi sanguie christi reserata ē q̄ añ duris repagulis clausa fortissime tenebatur. Secūdo q̄ motiuum magistri videt fl'm. dixit. n. q̄ abraham z Jsaac tam pauci erant vt populū facere non possent: quia non solum in limbo tunc erat abraham z Jsaac: sed z multi alij viri sancti vt abel de quo reddit testimoniū matth. 23. cū dr a sanguine abel iusti. Et seth z noe: z melchisedech alijq̄s viri q̄ penituerūt ō malis suis vt patet sapientie quarto capitulo. ml'te quoq̄ mulieres sancte vt forte sarra: z Rebecca: z Lia. isti autem populum facere poterant. maxime quia secundum leges humanas decem homines faciunt populum. ¶ Posset responderi pro magistro. Quantum ad primum: quia non solum dicuntur illi apposiri ad angelos qui sunt cum eis secundum rem: sed etiam illi qui eis apponūtur secundum firmam: z certam spē: z hmōi sūt oēs i gra decedentes: quia q̄ modicuz distat nihil distare videtur. ¶ Ad argumentū q̄n arguit cōtra motiuum magistri. respondetur q̄ ipse nō assūpsit ppl'm suū. i. iacob p̄ tota cōgregatione fidelium in gratia decedentium: sed solum pro congregatione illa patriarcharum. scilicet abrahām ysaac: z iacob z rationabiliter fit ista denomiatio ppl'i distincte ab oibus alijs fidelibus: qz lz alij pertineāt ad ciuitatem dei tamen specialiter pertinebat abrahā: z sui posteri: quia eis solis promissiones de messia futuro dē suo semine facte sunt: z de vita eterna: z hos specialiter accepit Deus ad se: z speciali amore dilexit eisq̄s se frequenter ostendebat deditq̄s circūcisionē in signum distinguēdi hūc populum a ceteris populis terre: vt patet. s. 17. c. z hoc expressit ibidem dicens masculus cuius prepucij caro circuncisa non fuerit peribit de populo suo. vocauit ibi populum suum quasi ille quidam populus specialis esset. z sic patet deutro. 7. c. vbi dicitur Deum iunctuz fuisse populo huic amore speciali: z fecisse eum sibi peculiarem populum de cunctis populis terre. de isto ergo populo peculiari dei qui incepit in abraham loquitur hic magister. dicens q̄ non erāt tot de eo qui possent facere populuz: quia solum abraham z Jsaac mortui fuerant: z due eorum vxores: z vxores due iacob. scilicet sex persone. Dato q̄ omnes hee in lymbo manerent populum non facerent. Pro mō accipiēdo mlti erāt in libo. sed accipiēdo 2° mō valō pauci. q̄ āt magister

No. Nicolai contra magrm historie scolastice

E

pma rō

2a rō

Rñsio

F

Ad primas rōnem

Ad secūdā

magiſter accipiat. in iſto ſecũdo mõ p3 ex vbis ſuis: q3 dic̃ de populo iacob ſolum eſſe in limbo abraham ⁊ Iſaac. S3 manifeſtum eſt q3 ipſe non excludit a limbo abel quem eccleſia pthomartyrẽ vocat: ⁊ chriſtus eu3 iuſtu3 vocauit Matth. 23. c. nec excludit Noe qui dicitur ſolus placuiſſe deo in generationibus ſuis: vt p3. ſ. 6. c. ⁊ poſt mortem ſua3 narratur de eo tanq̃ de aliquo qui indubitate bonus eſt q3 deo placuerit ⁊ q3 fide: ⁊ meritis eius ſecula conſeruata ſunt: ⁊ facta ſunt ei teſtamenta de non deſtruendo ſeculum per diluuium: vt patet eccleſiaſtici. 44. idem ad hebr. xi. vbi eſt cathalogus ſanctorum. idem de adam patet quem tota eccleſia aſſerit eſſe nunc in paradiſo: ⁊ conſequenter fuiſſe ante in limbo: quia de peccatis ſuis valde doluiſſe ſacre ſcripture teſtimonio confirmatur. Sic patet ſapientie. 10. c. hec id eſt ſapientia illu3 qui primo formatus eſt a deo pater orbis terrarum cum ſolus eſſet creatus cuſtodiuit ⁊ eduxit illum a delicto ſuo. i. fecit eum penitere de peccato prime tranſgreſſionis. Cũ q̃ omnes hos teſtimonio canõice ſcripture pſtet fuiſſe viros ſanctos non eſt intelligendum q3 eos magiſter excluderet a conſortio beatorum: ſed vocauit populum ſolã congregationem iſtius populi peculiaris dei qui incepit in abraham de quo ſolum duo viri erant in ly mbo. De trib⁹ autem feminis mortuis que coniuncte fuerant iſtis viris non conſtat. vera ſunt ergo que dicit Nicolaus: ſed argumenta ſua non militant in magiſtrum.

Nom

ss

Cap. L.

A

Quod cernens Joſeph ruit ſuper faciẽ patris flens ⁊ deoſculans eu3 precepitq3 ſeruis ſuis medicis: vt aromatib⁹ condirent patrem. Quibus iuſſa explentibus tranſierunt quadraginta dies. Iſte q̃ppe mos erat cadauerum condi-torum. Fleuitq3 eum egyptus ſeptuaginta diebus. Et expleto plan-ctus tempore: locutus eſt Joſeph ad familiã pharaonis. Si inueni gratiam in conſpectu veſtro: lo-quimini in auribus pharaonis: eo q3 pater meus adiurauerit me dicens. En morior in ſepulchro meo quod fodi mihi in terra chanaan: ſepelies me. Aſcendam igitur ⁊ ſepeliam patrem meum ac reuertar. Dixitq3 ei pharao: aſcende ⁊ ſepeli patrem tuum ſicut adiuratus es. Quo aſcendente ierunt cum eo omnes ſenes domus pharaõis: cunctiq3 maiores natu terre egypti: domus Joſeph cum fratribus ſuis abſq3 paruulis ⁊ gregibus atq3 armentis: que dereliquerunt in terra ieſſen. Habuit quoq3 in comitatu currus ⁊ equites. ⁊ facta eſt turba non modica. venerũtq3 ad areã achad que ſita eſt trans iordanem: vbi celebrãtes exequias planctu magno atq3 vehementi impleuerunt ſeptem dies. Quod cum vidiſſent habitatores terre chanaan dixerunt. Planctus magnus eſt iſte egyptijs. Et iccirco vocatum eſt nomẽ loci illius planctus egypti. Fecerũt ergo filij iacob ſicut preceperat eis: ⁊ portantes eum in terra chanaan ſepelierunt eum in ſpelunca duplici quã emerat abraham cum agro in poſſeſſionem ſepulchri: ab ephron etheo contra faciem mambre. Reuerſuſq3 eſt Joſeph in egyptum cum fratribus ſuis ⁊ omni comitatu ſepulto patre. Quo mortuo timentes fratres eius ⁊ mutuo colloquentes: ne forte memor ſit iniurie quam paſſus eſt: ⁊ reddat nobis omne malum quod fecimus: mandauerũt ei dicentes. Pater tuus precepit nobis antequa3 moreretur: vt hec tibi verbis illius diceremus. Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum ⁊ peccati atq3 malicie quam exercuerunt in te. Nos quoq3 oramus vt ſeruo dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Joſeph: veneruntq3 ad eum fratres ſui: ⁊ proni adorantes in terram dixerunt. Serui tui ſumus. Quibus ille reſpondit. Nolite timere. Num dei poſſumus reſiſtere voluntati. Vos cogitaſtis de me malum: ſed deus vertit illud in bonum: vt exaltaret me ſicut in preſentiarum cernitis: ⁊ ſaluos faceret multos populos. Nolite timere. Ego paſcam vos ⁊ paruulos veſtros. Conſolatuſq3 eſt eos ⁊ blande ⁊ leniter eſt loquutus ⁊ habitauit in egypto cum omni domo patris ſui: Vixit centum decem annis: ⁊ vidit effrayn filios ſuos vſq3 ad tertiam generationez. Filij quoq3 machir filij manaſſe: nati ſunt in gentibus Joſeph. Quibus tranſactis loquutus eſt fratribus ſuis. Poſt mortem meam deus viſitabit vos: ⁊ aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram quam iurauit abrahã Iſaac ⁊ Jacob. Cunq3 adiuraſſet eos atq3 dixiſſet deus viſitabit vos: aſportare oſſa mea vobiſcum de loco iſto: ⁊ mortuus eſt expletis centumdecem vite ſue annis: ⁊ conditus aromatibus repoſitus eſt i loculo in egypto.

ſ. 47.

B

C

ſ. 45. d D

Cap. L.

Quod cernens. Deſcripta Jacob morte hic agitur de eius honorabili tumulatione. Et diuiditur in duas. Primo ponitur funeris Jacob executio. Secundo in egyptum reuerſio ibi. ⌊ Reuerſuſq3 eſt. ⌋ Prima i duas. Primo ponitur ad patrem morientem compaſſio. Secundo honoris exhibitio ibi. ⌊ Precepitq3. ⌋ Circa primum. ⌊ quod cernens Joſeph. ⌋ i. Joſeph videns patrem ſuum obiuiſſe quem nimis diligebat. ⌊ Ruit ſuper faciem patris. ⌋ Flendo et deoſculando eum: quia iſte eſt modus plangendi recenter mortuos quos viuentes deoſculantur tanq̃ adhuc in eis vita permaneat. Vel forte Joſeph ruit ſuper patrem ſũ mortuum ad claudendum oculos eius dum adhuc teneri erant anteq̃ rigeſcerent: vt fit in alijs cadaueribus: ⁊ hoc quia mos erat: vt filius magis dilectus: vel alia perſona que morienti carior eſſet contegeret lumina morienti. Et hoc p̃dixerat Deus Jacob anteq̃ veniret in egyptum: vt patet. ſ. 46. c. ſcilicet Joſeph quoq3 ponet manum ſuam ſuper oculos tuos quod de morte intelligatur: vt ibidem expoſitum fuit. ⌊ Flens ⁊ deoſculas eum. ⌋ in ſignum amoris: quia adhuc ei iam mortuo qui nihil aliud niſi gleba inutilis erat oſſuum applicare dignabatur. Precepitq3 ſeruis ſuis. ⌋ hic ponitur honoris exhibitio que fuit in condiendo eum ia3 mortuum: ⁊ plangendo ſolemniter ferendoq3 in terram chanaan. ⁊ quia in morte anima ſeparatur a corpore. Anima autem tria facit in corpore. ſcilicet: vt conſeruãs corpus: vt mouens illud: vt vinificans illud. neceſſe eſt ergo anima ſeparata a corpore corpus non conſeruari: ⁊ per conſequens corrumpi: ⁊ non moueri: ⁊ non viuere. ⁊ q3 quodlibet iſtorum damnum eſt ad quodlibet ſequitur fletus: ideoq3 in hoc capitulo ter ponitur planctus. Et quia primum damnum eſt corruptio quam incurrit corpus ex aĩe abſentia: primo

A Diuiſio

ss

B Ruit ſuper faciẽ p̃ris

honoris exhibitio

C Anima tria facit i corpore

p^m damnum

2^m

3^m

conditur

conditur aromatibus:quia ista conseruant corpora lōgo tē-
pore.Et quia 2m damnū est q̄ corpus fiat imobile: z necessa
rio ab alio portabile si moueri debeat sequitur ad hoc q̄
cadauer iacob portatū fuerit ab alijs in terram chanaan.
¶Tertiū dānū ē q̄ corpꝰ efficit ñ viuēs:z p̄ñr p̄uertit i trā
ideo sequitur q̄ terra terre coniungatur:ideoq̄ corpus Ja-
cob quantum ad tertium tumulatum est.De primo dictum
est partis et hic magis ponitur.s.condimentum corporis.|p̄
cepit autem seruis suis medicis.]Quia Joseph erat prepo
situs totius egypti medicos multos habebat: z pigmenta-
rios qui scirent condire corpora mortuorum.z vocantur isti
medici improprie: quia medici sunt qui curant de sano : z
egro:corpus autem quod mortuum est:quia iam nec sanabi
le:nec egrotabile est exīt consideratione medicoꝝ. Vo-
cantur ergo magis pigmentarij vel vnguentarij qui talia cō
ficiunt q̄s medici.|Ut aromatibus condirent patrem.]Vo
cantur aromata quedam vnguenta confecta que virtutem
habent conseruandi a putrefactione.Sic enim oportebat:q̄
corpus deportari debebat longe in terram chanaan ne in iti
nere resolueretur: z gigneret intollerabilem: z pestiferū odo
rem.|Quibus iussa explentibus.]i.dum isti occuparētur
in complendo q̄ mandauerat Joseph.s.condiendo aromati
bus patris cadauer.|Transierunt quadraginta dies.]Et
subditur causa quare tanto tempore morati sunt in condiē-
do cadauer .s.|Iste quippe mos erat cadauerum condito-
rum.]i.que condiri debebant.s.q̄ seruarētur per.40. dies.
In hoc autez dicit magister in historia scolastica differre mo
rem egyptiorum: z iudeorum,nam apud egyptios .40. die-
bus corpora que condiebantur seruabantur anteq̄s sepelirē
tur apud hebreos.30.diebus solum z hoc totuz completum
fuit in Jacob:quia.70.diebus luxerunt eum egyptij:vt p3.i.
erat autem iste mos:vt corpora que condiri deberent per no
uem dies primos incondita reseruarentur: z quotidie plan-
gebantur: z fomentabatur aqua vt sciretur an anima sopita
esset an egressa.Deinde condiebantur per.30.dies:quia non
tumulabantur mox:vt condiebātur:sed pmittebanꝫ desicca
ri ad aerem:vel alias vt aromata proficerent ne simul totum
sub terra putrefieret.|Fleuitq̄s eum egyptus.70. dies .]Is
40.dies luctus sufficerent secundū consuetudinez egyptio-
rum tamen:vt compleretur vterq̄s ritus.scilicet egyptiorum
z hebreorum .70. dies planxerunt eum. ad egyptios au-
tem nihil attinebat lugere Jacob:sed amore ioseph fleuerūt
eū tandiu:quia ioseph erat prepositus egypti tantaq̄s eis bo
na contulerat.¶Hebrei quidam dicunt q̄ egyptus planxit
iacob pro beneficio quod susceperat ob causam eius.s.q̄ ad
ueniente eo in egyptum nilus fluuius inundauit.Sed hoc
ñ.45.c.improbatum est:ideo tenendum est primum.|exple
to planctus tempore.s.]i.70.diebus in quorum quibusdam
conditus est in alijs solum deploratus est.|loquutus est io-
seph ad familiā phonis.]persuadendo eis vt precarentur re
gem concedere licentiam Joseph eundi in terram chanaan
ad sepeliendum patrem suum.|Si inueni gratiam in cōspe
ctu vestro.]i.si vos diligitis me:vel reputatis me in aliquo.
|loquimini in auribus phonis.]i.loquimini ad pharaonē
nollebat Joseph rogare pro se imediate:quia videret ex pas-
sionali affectione hoc agere familia autem pharaonis possz
suadere regi hoc esse rationabile:z sic rex consentiret. |Eo
q̄ pater meus adiurauerit me.]Quod iuramentū transgre
di non licet.|en morior.]i.ecce tu vides q̄ ego morior. sūt
verba iacob ad ioseph.|i sepulchro meo quod fodi mihi i ter
ra chanaan.Sed dicetur contra:quia iacob mandabat se se
peliri in spelunca duplici: vt patet .ñ.49. capitulo z ista
spelunca fuerat empta ab efron per abrahā:vt patet.ñ.23.c.
z preceden.c.Et si dicas q̄ in illo agro quem abraham emit
ab efron ad ius sepulture iacob fodit aliquod sepulchruz p̄
se.Adhuc dicetur contra:quia ipse mandauit se sepeliri i spe
lunca duplici quam emit abraham ab efron:vt patet p̄cedē.
c.ergo non fodit aliam speluncam cum mandaret se sepeliri
in spelunca quam emerat auus suus abraham.¶Respon
detur q̄ spelunca duplex non solum erat vnum sepulchruz
duplicatum.Sed erat quidam locus magnus paratus ad
sepeliendum mortuos in quo iacob aliquem locum parauit
in ipsamet spelunca ad sepeliendum se:z vxorem suam lia:
quia Rachel iam mortua fuerat quando venit iacob ad vi-
dendum sepulchra in ebron.scilicet postq̄s venit de mesopo
tamia Rachel autē i itinere mesopotamie mortua est.|ascē-
dam igitur.]i.rogāte q̄ permittat me ascendere in terram
chanaan dicebatur ascendere:quia terra egypti magis au-
stralis est q̄s terra chanaan,Terra autem septentrionalis ge
neraliter altior q̄s terra australis:ideo euntibus de egypto i
terram chanaan versus egyptum ascendere est.|Et sepelia
patrem meum ac reuertar.]Quasi dicat non intelligat do-
minus meus rex q̄ ego vellim manere in terra chanaan:q̄
nihil aliud morabor postq̄s sepeliero patrem.|Dixitq̄s pha-
rao ascende.]diligebat pharao valde ioseph: z noluit eum
contristari.maxime quia videbat q̄ rem iustam poposcisset.
|Et sepelli patrem tuum sicut adiuratus es.]i.quia adiu-
ratus es a patre tuo quod non licet transgredi permitto te
ascendere:quia alias non permisissē te ascendere cū sis val-
de necessarius pro negocijs regni.|Quo ascendente.]i. ia
cob ascendente in terram chanaan ad sepeliendum patrem
suum.|ierunt cum eo omnes senes.]i.omnes viri prudē-
tes: z iudicantes:vel habentes auctoritatem qui vocantur
senes,i.sensati non est hoc verū simpliciter:quia tunc nō ma
nerent in domo pharaonis aliqui viri honorabiles qui co-
mitarentur regem: z consulerent:vel famularentur tempore
illo quod est absurdum:quia plures deberent manere cum
rege q̄s ire cum ioseph:sed est hic hyperbole.sicut multotiēs
fit in scriptura . Sic dicitur .ñ.41.c. q̄ de omni terra venie-
bant in egyptum vt emerent alimenta: z malum inopie tem
perarent.Sed ibi declaratum est q̄ non veniebant omnes
terre nec est verisimile.|Cunctiq̄s maiores natu terre egy-
pti.]Maiores natu vocantur dupliciter vno modo dicun-
tur maiores natu.i.antiquiores in etate:quia ante nati sunt
z sic sepe accipitur z vocatur vnus frater maior natu alte-
ro:quia prius natus est.Alio modo vocantur maiores natu
i.qui de maiori genere vel nobiliori sunt: z isto modo accipi
tur hic:quia non est intelligendū q̄ omnes seniores egypti
venissent cum eo:quia hoc fuisset pondus inutile. Sed ad
honorandum ioseph inerunt cum eo illi qui nobiliores erāt
genere: z eodem modo est hic hyperbole:quia non est hic in
telligendum q̄ omnes senes egypti vel nobiles irent cuz io
seph:sed multi de illis.|Domus ioseph.]i.omnes famuli
ioseph: z milites sui.|Cum fratribus suis.]i.omnes fīes
undecim ioseph ascenderunt illuc:quia sic decebat ad hono
randum patrem. z dato q̄ ipsi non haberent affectuz ad pa
trem propter amorem ioseph: z reuerentiam facerent: quia
timebant eum z verebantur.|absq̄s paruulis suis:quia fer
re paruulos erat pondus inere ad nihilq̄s conueniens. ma-
xime quia non multum more contracturi erant in eundo: z
redeundo.|absq̄s gregibus: z armentis que dereliquerūt
in terra gessen.]i.etiam reliquerunt paruulos: z armenta:
z ls non dicatur hic de vxoribus tamen intelligendum est:
quia frustra vxores ducerentur ad terram illam cuz mox vi
ri redituri erant maxime:quia femine ad itinerandū inepte:
z impeditiue sunt.¶Item quia paruuli indigent cura ma
terna.cum ergo dicatur q̄ paruuli manebant in domo idez
de vxoribus intelligendum est.Itē quia requirebatur que-
dam dispositio domestica que non poterat fieri sine feminis.
¶Itē non est intelligendū q̄ omnes filij iacob irent cū cor
pore eius in terram chanaan : quia cum dicantur armenta
mansisse in domo: z armenta: z greges sine pastore non sūt
ergo manebant saltem de iudeis saltem gregum pastores q̄
erant de filijs hebreorum.nec potest dici q̄ hebrei haberēt
conductos aliquos egyptios ad custodiendas greges: qa
egyptij detestantur omnes pastores ouium.vt patet .ñ.46.
c.sed ipsimet hebrei pascebant.ceteri autem de filijs Jacob
qui specialibus officijs: z necessarijs nō erant adaptati iue
runt illuc.|In terra gessen.]quia in hac morabantur a pri-
cipio quo inuerunt vsq̄s in egyptum: z tunc |habuitq̄s in co
mitatu currus z equites.]i.venerunt cum eo currus falca
ti qui erant ad bellum de quibus sepe in libris regum. z pa
ralipo.iosue. z iudi.equites autem sunt insidentes curribus
ad puguandum.duxit ḡ secum ioseph aliquē apparatū belli
cum:vt si quispiam vellet inferre eis vim vel pugnam.|z
turba facta est non modica.]imo valde multa : quia omnes
cupiebant honorare ioseph.|Veneruntq̄s ad aerā achad]
hic ponitur iuocatio planctꝰ.achad in hebreo non est nomē
ppriū:ls cōe z figit spinas grādes.Erat ātista area cāpꝰ ma
gnꝰ circūdatus tablis z spinis vndiq̄s i modū corone vl' ouili
s z

Aromata quid ℰ

ℱ Hebreorū opinio

ℊ Obiecꝰ. No.

ℌ Rñsio

ℐ Obiec. Rñsio ℵ

Maiores natu vocātur dupliciter. ℒ

pꝰ mō

2ꝰ mō

Nom.

ℳ Jnuocatio planctus

lis: ⁊ recollegerunt ſe ibi egyptij: vt ait hyſtoria ſcolaſtica ꝓpter bella inſurgentia. ⌊ queſita eſt trans iordanem. ⌋ eūdo de egypto in terram chanaā: ſed ecōuerſo eſt venientibus ō terra chanaā in egyptū. ⌊ celebrātes exequias ⌋. rō autē celebrandi exequias: vel inuocandi planctum illic fuit ſicut nunc vulgariter fit: quia plangitur quando moritur: deinde intercepto vel ceſſante planctu ad modicum quando ſepeliri debet apud tumulum planctus relictus reſumitur: quia tunc nouus dolor generatur cum tollatur ab oculis amantium ille qui quondam carus habebatur. Ita cum nunc Joſeph ⁊ egyptij intrarent in terram in qua cadauer patris Joſeph relicturi erant quaſi nouo dolore ꝓpuncti plāgebāt.

Qō. I. A Rñſio ad q̄ ſitū qōnis. B

¶ Cur exequie iacob non fuerūt facte apud tumulū eius

Sed Dices quare iſte exequie nō facte ſunt apud tumulum Jacob in ſpelunca duplici apud manbre cum magis diceret ibi facere. ¶ Reſpondetur q̄ egyptij feciſſent ibi libenter exequias: ſed timuerunt manere tot diebus in terra chanaā ne forte irruerent ſuper eos chananeorū gentes. Jn area autem illa cum eſſet in ꝓncipio terre chanaa: ⁊ poterant retrocedere ſi viderent aduerſus ſe bella cōſurgere manſerūt ſeptē diebus exequas celebrātes q̄s apō tumulū eſſent celebraturi. ⌊ Planctu magno atq̄ vehemēti. ⌋ fit iſta replicatio ſecundū conſuetudinē hebraice lingue ad notandā intenſionē planctus: quia ſumptis ante viribus intermiſſo fletu nunc demū recentiores: ⁊ fortiores redibant ad plangendū. ⌊ Quod cum vidiſſent habitatores terre chanaā. ⌋ Jn cuius ꝓncipio manebant egyptij tam validū plāctum fieri. ⌊ dixerunt planctus magnus eſt egyptijs. ⌋ hoc ſenſerant in experientia: ⁊ mirabantur q̄ veniētes egyptij tam acerbe plangerent: ⁊ ideo putabant aliquod magnum malum egyptijs accidiſſe. ⌊ ⁊ iccirco. ⌋. ſ. q̄ factus fuerat ibi aliqd notabile. ⌊ appellauerunt nomen loci illius planctus egypti. ⌋ q̄ ibi egyptij tam diutine planxiſſent. Sic enim antiquitus imponebantur nomina locis: vt patet. ō. de bethel. c. 28. ⁊ de monte Galaad. ō. 31. ⁊ de manayn. ō. 32. ⁊ in multis alijs. ⌊ fecerūtq̄ filij iacob. ⌋ in hoc notatur diligens cōſumatio ꝓcepti in opere: q̄ filij Jacob omnes ſimul iuerunt ad tumulationem patris: vt ꝓceperat ipſe anteq̄ moreretur. ⌊ Jn ſpelunca duplici. ⌋ quare ſic vocetur videas. ō. 23. c. vbi aſſignauimus rationē. ⌊ Quam emerat abraham cū agro. ⌋ hic textus notat principaliter emiſſe agrū: ⁊ ſecundario ſpeluncam: q̄ ipſam cum agro emit. i. agrū emit: ⁊ q̄ ſpelunca erat in agro cōſequenter: ⁊ acceſſorie tranſibat in poſſionē abrahe cū agro. Sed ſi diceretur q̄ ipſa ſpelunca principaliter empta fuit nō erat error: q̄ nōdū fuerat fcā res ſacra vel locus ſacer q̄ō fit ꝓ cadaueris illationē in illā. Tunc aūt illa monumēta erāt noua i q̄ nōdū q̄ſq̄ ſepultus fuerat: ſi erant ꝓta ad ſepeliendum ipſū efrō: ⁊ cognationē ſuā. Sic dicit̄ luc. 23. c. q̄ ioſeph ab arimathia ciuitate ſepeliuit corpus ihu in monumēto nouo q̄ō exciderat ſibi in petra in quo nondū quiſq̄ poſitus fuerat. Sic itelligendum eſt hic: quia ſi cadauera gentilium fuiſſent illata in ſepulchra illa nullo modo emiſſet abraham: q̄ illa inquinata cēſeret: ⁊ nephas videretur patriarchas capitaneos linee xp̄i cum gentilibus idolatris tumulare. ⌊ Quā emerat abrahā. ⌋ contra hoc dictū fuit ō. ſ. en mortuor in ſepulchro meo quod fodi mihi in terra chanaā ſepeliens me. Si ergo abraham emerat non poterat fodere illud Jacob. Reſpondeatur, vt. ō. ſ. q̄ ſpelunca duplex quam emit abraham non ſolū erat vnū ſepulchrum: ſed erat magnus locus defoſſus in quo iacob poſtea diſpoſuit ſibi ſepulchrū: ⁊ vxori ſue fodiēdo aliqd ⁊ eodē mō vī q̄ Jſaac foderit ibi ſepulchrū ꝓ ſe: ⁊ Rebecca vxore ſua. ⌊ i poſſeſſionez ſepulchri. ⌋. i. q̄ vēditio facta fuit cū iſta cōditione q̄ acciperet abraham agrum illum ad ſepeliēdū ibi mortuos ſuos: ⁊ ad nullum alterum vſum: quia tunc redundaret in preiudiciū: ⁊ dedecus gentiliū: vt. ō. fuit expoſitū. ⌊ cōtra faciē manbre. ⌋. i. nō intra cōualle manbre: ſed contra eam. i. ex oppoſito in aliquo loco cōiuncto vel vocatur hebron manbre: ⁊ dicitur contra faciem manbre. i. contra ciuitatem illam. q. d. nō erat ſepulchrum illud in ciuitate: ſed in agris: q̄ nunq̄ fuit mos ſepeliri corpora mortuorum in ciuitatibus niſi poſt chriſtum ⁊ a ſolis chriſticolis: ⁊ hoc fit: vt in cimenterijs cōdantur que ſunt loca ſacra: ⁊ ſecundū diſpoſitionē eccleſie quedam pars pene remittitur bonis fidelibus ibi ſepultis. Et vt a fidelibus qui eccleſias viſitāt ꝓpter ſacramēta ⁊ celebri

Nom

Obiectio. C

Rñſio D

Reuerſio Joſeph in egyptum E

